

Rękopis i jego oprawę wyrestaurował introligator Jan Wyżga
w r. 1936. Dano nowe tektury w okładkach, nowe wyklejki
i nowe karty ochronne. Ze starej wyklejki przedniej okładki
(która była bardzo zniszczona) zachowano jedynie nalepiony
poniżej wycinek z dawną sygnaturą i starą wyklejkę tylnej
okładki wprawiono na końcu rękopisu.

LIBER DRAMMATICUS

Collegii Kalissiensis Soc. Jesu

Ab Anno 1711 Ad Annum 1726



Annus 1711 et 1712

Oratio

In renovatione Studiorum

ä 1. 7bris
1 Septembris

Quicunq; magnitudinem malorum cum annis tuis conferat, Regnorum olim delicium, nunc dolor Polonia, existimet aut calamitatum tuarum antiquitatem, priscas orbis ruinas præcessisse, aut tantundem Poloniam unius anni discrimine, quam tot Sæculorum exitijs mundum universum passum esse. Minimam Orbis et abjectam quidem partem mentita est fama Lechiam, calamitatem nostram detestem! Iuro per istos Patriæ ardentis cineres, vix major post exustum Orbem cinis, quam post consumptam Poloniam exstaret! eadem et Succensi orbis, et ardentis Poloniæ favilla est! miserum me! quantis bellorum et Vesani furoris incendijs torrebat Patria! quot funeribus emoriebatur vastum illud Regni corpus! adeo ut dubitare cogantur sæcula, an unicum in orbe imperium, an in uno Imperio mundus universus absumptus sit: Si enim mala nostra inquiritis Auditores toticus Orbis calamitatem cogitate: Si orbem casurum imaginamini? Poloniam cadentem aspicite: Sic ruet Orbis, uti Regnum hoc unicum collapsum est; ut ruinæ nostræ aut imago fuerint casuri Orbis aut exemplar. Ilihil majus contra universam hanc terrarum molem expediet fortuna, quam quod contra nos armavit: jamq; olim in funesto illo furiarum concilio, quod ad perturbandam Regnorum Pacem invidia convocavit, decretum est, iisdem facibus, eodem telo aut Orbem petere aut Poloniam. Quod enim malum quod alibi partitum est, totum in nos non efferbuit: cui nam in nostris finibus vetita est licentia cladi? O Malum simile Poloniæ! Ea enim in Regno hoc libero libertas est fatorum Auditores, ut quod alibi intentare veretur fortuna, hic Sponte petatur; et concessum sit istis partibus quod alibi inducere piaculam crederet, ipse quoq; cui nec fas nec jus est, furor. Sentio vulnus nostrum-sentio! quod ut profundius Patriæ infligeret, ipsa viscera, hostis et ferrum pervasit, et inter medullas pectoris nostri telum et tela librantem manum recepimus. Et quis tandem

fatorum



fatorum exitus? quid tandem de tot funeribus eriget
in pedes Poloniam? quod sese tot hostibus opponet pectus?
sonant sonant hodie ad bella classicum novæ præliorum
suppetiæ, lectissima Heroum manus Auditores. Time
infelicitas, trepidate hostes, fremite infortunia, ipsa hodie con-
tra vos armatur Sapientia, conjurant scientiæ: Spectatis? ardet
ardet totis montibus assurgens in æthera literarius pulvis;
Sol ipse aut armorum nitore, aut densa hastarum sylva ex-
tinguitur; tot contra malorum propugnacula intentantur arietes,
quot Eruditorum capita, tot vibrantur sagittæ, quot ingeniorum
acumina, tot acutissimæ Hastæ, quot summas difficul-
~~tates~~ tates penetrantia argumenta, tot igneæ tormentorum
pilæ aut ferreæ glandes, quot rotundæ Oratorum Periodi,
tot tibi invida sors minabitur vulnera, quot Poetarum cæ-
suras, tot compedes, quot ligati Sermonis vincula, tot exi-
tia et in præceps ruinas, quot Grammatica recenserat casus.
Istud itaque malorum erit finis in Polonia quod hodie labo-
rum nostrorum est principium Auditores: idem hodie
et literarum et Salutis nostræ classicum personabit: Hæc
quam pectori vestro apponitis Scriptorum theca Scutum
erit cadentis Patriæ et Gaza Populorum. Istud enim
verò vobis commendare contendam, Solam Sapientis
frontem, et doctum ingenij acumen, fortissimum esse
Arietem quo impetus malorum sisti et frangi possit: Et di-
vitem esse cornucopiam unde sua decora depromat Patria
legat opes.
Ad Thebana mœnia tantisper cogitationem divertite Auditores.
Percrebuerat numerosum quempiam exercitum Thebas accelerare:
jamque metuendi illius passus tonitru in auribus Thebanorum into-
nuerat. Ad arma ad arma conclamatum est: Effunditur in mœnia
Urbs attonita! suspensis animis et trementi oculo explorant
cuncta; quis ille passus pulvere excusso orbem sepeliens? mens in-
certa fluctuabat; atque ubi propius Macedonum esse copias intelle-
xere, actum est, actum est de nobis Thebani, vociferantur universi.
Alexandri vestigia hæc sunt, Thebanorum hostis idem est qui orbis! Quid
tandem agimus o Cives perditi! nulla jam consiliorum mora;
hostis instat; modestia nostra fortior orbe erit; vincetur precibus, qui orbem
vicit: decretum est; Legatus mittitur ad Macedonum castra: quo-
niam castrorum vicem solus obibat Alexander; tanta enim
erat inter Ducem et militem, armorum, vigiliarum, laborum
ac fortitudinis vicissitudo, ut et universa Legio Alexandri nomine,

etipse

et ipse Alexander legio debuerit appellari, nec minus Princeps quam exercitus, nec dignius quam Alexander decertabant ordines) Ventum erat ad conspectum Imperatoris, ille tunc forte strictum ad instans prælium vibrabat ensem; atq adeo fulgor ille ensis regii, Legati animum et oculos perstrinxit, ut fulmina contra se vibrare Jovis Filium existimaret: Cæterum gravis rei periculum jam jam abeuntem revocavit animum: Tum ille trementi et pavido ore: Clementissime Imperator, hanc quæ "
in tuo conspectu est urbs ne orbem puta: quid iisdem armis mænia hæc, quibus mundum petis? iras meruimus? sed mortales, "
id est non tuas fili Jonantis: parce supplicibus; hæc enim prima "
tuæ Divinitatis gloria; nisi forte clementiæ tuæ, id est te vincere "
velis; at nequit etiam ab Alexandro vinci Alexander. "
Quid ad hæc Imperator? Quid stas miles? ferrum rapite; hæc manus responsa dabit; simul vocem, et rapidissimo impetu mænia Civitatis abrupit. Tantus erat properantis victoriæ ardor, ut pæne simul et locutus, et pugnavit et vicit Alexander. Taceo urbis illius excidium; vulnus illud à magno inflictum est Alexandro; satis dixi: neq enim minora vulnera, magnum decebant Alexandrum. Ventum erat impetu ferocissimo, et quali terrarum cardines concuti poterant ad ædes vatis Pindari; prorumpit è suis latebris forte tunc Heroum gesta profundo versans animo armorum sonitu excitus Poeta; et frontem divino æstu entheo et Musarum Phœbi porrectam pro scuto gerens, imperterritus in oculos involat Imperatoris: hic vero velut scopulo allisi fluctus franguntur, sic animus pænitus concidit irati Principis; repente inclamat, sistite ferrum Heroes mei! obrigaere universi; et erumpentem in medio ictu suspendit manum miles; Quid tandem Alexandri gladium cohibere poterat attonitis circumspectant oculis: Poetæ hæc domus est orbe amplius et majus aliquid credite (subjicit Imperator,) mundum vincere didici nescio sapientes. Prosiluit equo et caput illud orbi timendum, galeamq Regnis terribilem nudo fultus ense inclinat Pindaro. Quid agis Imperator? huic parcis soli, cujus clementiam urbs tota mereri non poterat. Agite triumphos Sapientibus secula, tantum potuit eruditi numen ingenij, ut quod tot Regnorum vires enervare non poterant pectus fregerit Sapientia, et gladium illum, quem tot recisæ hostium cervices non hebetarant, una viri docti acies hebetavit. Hic ille est acies acumen mentis quo terræ quoq Domitores expugnantur! Quantum (Superi boni!) eruditæ frontis robur, quanta firmitas! quam tot rerum turbines concutere non possint. Utinam vero urbs illa universa dicam melius utinam totus orbis in domum Poetæ Consessisset, staret immotus, nec ipse etiam mundum vicisset Alexander

der. Nunquam Securius, sopitis in Sinu Pacis bellorum furijs
quiescunt populi, quam dum in ulnis recumbunt Sapien-
tiæ; ut ad ponenda odia, et lites componendas, ad hostes debel-
landos, certissimum maximumque sit subsidium Literarū
amor. Quod olim dormientis Alexandri Cervical fuerit
quæritis? pugio et Homerus: hæc Regio capiti supponebat Prin-
ceps; hic verò sæculorum prælia hic totius orbis somiabat
victorias, ubi Homerus Cervical erat. Recte Imperator! orbē
vicisti pugione; Homeri et Eruditionum paginis cælū ipsum,
et Divinos titulos tibi subjugasti; ut a pugione mundi Do- 8
mitor, ab Homero Jovis Filius dici merearis. Credo ego si olim
dum Jovem et Superos contra Gigantes decertare finxerunt
Poetæ scripsisset Homerus, primum pro Fulmine rapuisset
Poetæ volumen Summus Pater quo suum cælum ab hostibus
defenderet: et ut fictioni locum demus, maximæ tunc in illo
funesto prælio superis suppetiæ à Palladis Gorgone proveni-
ebant, ut ipse etiam eruditi umbonis obtutus lapidescere
cogeret et saxorum instar in Tartara ruere sacrilegas animas,
quas nec fulmina Jovis poterant prostravisse.
Quantum verò ornamenti, quantum decoris ex Sapientum
Virorum frontibus colligant populi, et quanta est pompa
venustates tot eruditorum vultus intueri, ut nullum spe-
ciosiorem fuisse Romæ existimem triumphum, quam dum
cum suis discipulis in medicis urbis vias vel Tullius vel
Seneca processisset, agite mecum, Auditores Sapientissimi et
nos ad forum Romanum transferamus. Notum vobis est
(ut opinor) peregrinum quempiam tanta Romæ conspiciendæ
et Titi Livij videndi cupiditate, quam ex lectis a se ejus volumi-
nibus conceperat, exarsisse, ut ex remotissimis, in ultimas terræ
plagas rejecti orbis partibus Romam proficisceretur. Jamque
Regna, Provincias, et longa terrarum Spatia post terga re-
liquerat, jam Apennini Saxa, viarumque asperitatem con-
tinuatis sudoribus, et peregrinandi constantia fregerat,
jam se se oculis tota Roma infuderat, et sua pulchritudine
majestateque abjectum olim animum ad altiora cogitanda
erexerat, ut ipsa quoque Romanæ magnitudinis cogitatio,
velut superbire vulgus ipsum cogeret, se quoque Româ visâ
grande aliquid mente et animo concepisse. Occurrebat domo-
rum et platearum amplitudo, ut in singulis Palatijs urbes
integras, quas alibi viderat, in viarum singulis novum quen-
dam peregrinandi laborem sibi recurrere videretur, et non minus
se fatigari Romam percurrendo quam Provincias peragrando
persentiret. Inde theatrorum ambitus velut quædam urbium
compendia

compendia conspiciebantur; ut in uno theatro plus Roma recenseret populorum, quam in suis urbibus aut Africa aut Ægyptus. Hinc altissimi Colossi Ægyptiaq pyramides variis distinctæ characteribus, Romæ saxa etiam literis erudiri et arcana sapientia imbui, ostentabant; parte altera Statuarum exercitꝫ admirationem et fidem vincebat exterorum, ut in ipsis etiam silicibus Romana fortitudo quemadmodum oculos sui revera ita animos intuentium terrore Nominis sui subjugaret; et magnam mundi partem pugnando, reliquos curiositate ipsa Urbis conspiciendæ superaret, atq in officio contineret. Quid narrem tot Columnarum sylvas? interquas Ægypti opes, terrarum Regna, Provincias et universarum gentium spolia Roma venabatꝫ. Quid templorum sacram majestatem! ubi magna pars vulgi, tantum loci reverea pulchritudine et ipso sacrarum ædiū aspectu percellebatꝫ, ut ipsa Deorum templa, Deos quosdam et sparsa passim grandia quædam Numina arbitraretur et coleret, ea nimirum in extruendis fanis, artis fuerat excellentia, ut ipsa ædium sacrarum facies nescio quid Divinitatis loqueretur. Universa hæc peregrini illius oculis et vultui ad videndum exporrecto occurrebant; verum ille nihil tantæ pulchritudini, tantæ rerum varietati, tot artis naturæq prodigiis attendere, singula jejuno oculo percurrere, multa festinanter prœterire et veluti Romam in medio Romæ sibi quærere videbatur. Lice autem (casus an consilium fuerat) in mediæ urbis vias respirandi ergo a scribendi labore domo sub vesperam excurrerat Titus Livius et adhuc cogitabunda facies magnum aliquid inter rugas severæ frontis volutabat, et ex ipso vultu et quadam incedendi gravitate, scriptorem se Romanæ magnitudinis loquebatꝫ. Advertit excurrentem Peregrinus, atq ubi Titum esse Livium intellexit totam animam in oculos advocavit, ut videndi Livii felicitate pasceretur; vidit; atq ubi longius virum intuitus est, ac si in uno vultu totius Romæ opes et delicias conspexisset, nihil sibi jam pulchrius, nihil ornatius, nihil pretiosius visô Livio in urbe illa videri mirariq ratus, cætera dejecto profundâ Livii cogitatione oculo pergressus, in Patriam suam regreditur Titi Livii imaginem memoriâ veluti Romæ Romæ detractam ad suos deferre sibi gratulatus: plusq illum vastitas illa ingenij, quæ theatrorum amplitudo, plus eruditæ mentis numen, quam cuspidatæ Ægypti pyramides, plus ornati sermonis splendor, quam totus columnarum apparatus delectabat, et plus Divinitatis in uno sapientis vultu, quam in universis Deorum fanis se conspexisse prædicabat, adeo ut si tunc Roma Titus Livius cum reliqua eruditorum manu decessisset, totum Romani Nominis decus, fama et Nominis immortalitas

talitas emigrasset: et mente hac orbatum, velut suo Spiritu vastum illud urbis corpus, inter suas statuas et silices emortuum quoddam numeraretur Simulacrum. Tantum erat in uno vultu Splendoris à Sapientia, quantum nec prodigiosa ars marmoribus, nec Civium frequentia urbi, nec Romana fortitudo imperio Cesare poterat; ut constantia illa mentis noctu diuque libris affixa marmorum superaret gravitatem, et unius Scriptoris manus, ac volumina ultra limites Romani Imperij ac Romanae potentiae terminos extenderent. et plures Titi Livii libri incolerent Romanas Aedes, quam ipsi Cives, ut facilius fuisset Romam destitui Civibus, quam Livii voluminibus, et unus ille scriptor plus poterat ad obsequium Romani Nominis allicere populum, urbis illius gesta describendo quam Roma ipsa, illa quae Livius descripserat peragendo; Vos ego jam, si vos aliqua Patriae vestrae tangit commiseratio obtestor Poloni juvenes; vestras respicit manus collapsum Poloniae nomen, vos fastigio mentis ad summa exporrectas, ad pristinum gloriae culmen erigite famam Parentis vestrae. Credite eundem esse et vestrum id est literarum et Patriae hostem ignaviae; hanc ultra Borysthenis ripas cum suis quas gratissime inhabitat ablegate animis, hanc acumine ingenii vestri e finibus vestris expungite, et tantae malorum pertinaciae hunc arietem dest ingenii vestri acumen opponite ut Karnkoviani agni cornuto capite et vestris ingeniis dissipentur infestas acies et malorum propugnacula. Mihi vero cum jam vacuae extent Suadae eloquentiae cornucopiae, cum etiam inter orbatae suis decoribus Patriae squalores orationem comere minus deceat. tum ad meae dictionis ornatum, tum ad Poloniae decus, vestra nomina veluti monilia quaedam exhaustae Reipublicae jubebo recenseri.

DECLAMATIO RHETORUM Anno

Dedicatio Rhetoricae B. Stanislao Kostka

PROLOGUS.

Alexandrum literis primo offensum, quod librorum pallore cum purpura et juvenili ardore convenire haud crederet, Paternis deinde indignantem triumphis, quod nihil sibi quod vinceret relinqui existimaret, mox Rhetorica suo Nomini ab Aristotele oblata iterum literis reconciliatum,

sibi

tibi exhibebimus A. S. Sero tandem didicit Alexander, maximum esse ad Rempublicam stabiliendam, hostes debellandos, vincendum orbem subsidium à literis, et eloquentia et non prius orbem ad sua imperia potuisse componi, quam Orationem, et periodos ad rotunditatem circumflectere didicisset. Nostra verò Rhetorica cuinam Alexandro consecranda est spectabilis Auditores. Quid quid de Alexandro dicturi eraverimus, hoc de puero loqui, quid quid verò tuam decet magnitudinem A.D. istud de Alexandro id est magno nos dicere existimaveris. Nec enim ipse etiam orbis victor majorem optare poterat immortalium gestorum memoriam quam vestram, neq nos plus ad laudem inquirere quam si coram vobis loquamur. Dixi.

PARS PRIMA.

PROTHASIS.

Alexander libros armis postponit.

Alex. Quid libros verso Macedo? non ista volumen.
Sed gladios manus evolvet. liber appage; ferrum
Et galeam date: Quid puerilibus occupo mentem
Atq animum studijs? teneris jam vincere ab annis
Discet Alexander mundum. Hac mihi perstrepit aure
Jam tuba, jamq avidam percellunt classica mentem.
Huc mecum Socii clypeum superabimus orbem.

Aristoteles Alexandri Magister

Quid video pueris placuerunt arma? Alex. Magister
Docte, vale: Arist. quo iter acceleras? Alex. si quid patet ultra
orbem vincendum, huc passum fero. Arist: siste furorem.
O Bellator! atrox pectus compesce, vel unus
Interea satis orbis erit: redeamus ad istum
Sed Codicem tamen. Alex. huc per sidera juro, redibo
Nunquam. Soc: Alex. Nos eadem tecum fortuna vocavit.
Te comites sequimur. Soc: Arist. Nos te dilecte magister
Te sequimur. Alex. quid vos ignavi? en arma timetis!
Si quid adest vobis animi justiq pudoris
Hac gladius meum latus hoc accingite ferro
Soc. Arist. Ignavos Princeps nos maxime dicis! acuti
Viribus ingenij poterit quid fortius esse?
Hoc etiam telum domitores vincere mundi
Novit, et infractos scit frangere fortius ausus.
Vincere quosq nequit ferrum, sapientia vincet.

Alex Vincet Alexandrum quidquam? / Arist. Sapientia vincet
Pulchrius ast isto poterit nil esse triumpho
Arcana quicunque ferox ratione coercet.
Pectus et indomitam justo moderamine mentem
Librat, hic æternum meruit sine cæde trophæum
Alex Iste triumphus erit? libro impallescere, vires
Absumi et mortem teneris addiscere ab annis!
Convenit hæc senibus victoria; pallidus esse
Hic nescit vultus, vernis famulisque remitto
Pallorem; Arist. fateor: libros volvendo, severi
Pallescit species vultus, sed crimina pallent.
Dum pallet corpus(: friget macilenta peresis
Artibus impietas; regnant trabeata rubenti
In vultu vitia; ingenui hæc fax oris, adulti
Criminis illicitum, fibris accendit amorem.
Nos peccare rudes, sola virtute probamur.
Soc. Alex. Scilicet: haud rudibus sapientia callida semper
Consenta est vitiis; docte peccare soletis
Nec placet indoctum crimen; nos plectimur; ardor
Si quid commisit juvenilis; subdola vestrum
Excusare nefas novit sapientia. Virgas
Flagra, minas, pro tantillo intentatis acerbi
Delicto pueris, tantum si vestra patravit
Dextra scelus, scitis tantum mulcere diserto
Ore manuque nefas. Ætas patiemur inulti.
Fida quousque cohors leges? injuria nobis
Fit grandis: quivis miseros impune lacessit?
Sufficit esse rudem: quæ nos dementia cæcat
Nil poterunt pueri nisi multos ferre dolores?
Sic ego sic etiam proprios mulcere reatus
Excusare meos discam ingeniosius exhinc
Errores: licet omne seni,? mihi cuncta vetantur?
Quid pueri poterunt Concussus sentiet orbis
Arma vibra Princeps. necdum confosse subistis
Munde jaces pedibus? moderator magne moraris?
Soc. Alex. idas Recte dilecti comites: consentio vestræ
Menti animoque; ferox semper constringit inermem
Servilique jugo cogit lex dura juventam.
Opprimimur. Quod nostra nefas commiserat ætas?
Hoc scelus est puerum esse.? isto peccamus adultam
Languida quod necdum canis rugisque senectus
Sulcavit faciem? crescet mihi scilicet omnis
Cum barba pietas. Soc. Artis Et tu inconsulte, verenda
Vocibus incautis audes lacerare senectam

Sic

Sic levior canos temnit pueritia? nunquam.
Ergo Senex eris, hæc nunquam tibi congruet ætas.
Alex Quid mihi cum rugis? quid tu mihi cana reducis
Secula? turpe puto Juveni, si languidus atram
Cogitet ille cito mortem: Aristo Erras optime Princeps!
Hoc pueros reputare decet, juvenilibus annis
Quod grandæva olim perdiscere cogitur ætas.
Vivite sic Pueri sicut vixistis adulti.
Non vultu est animo canos, non ore, capillis,
Fronte, sed animo induite; hæc est vestra Senectus.
Alex Si nimium sapiat, seniumque imitata juventus,
Omnia grandævo, vix et spirante loquatur
Ore, puto magnum puerorum hoc dedecus esse
Arist Turpius; incauta & præceps dum cuncta profatur
Lingva, vagum mentis nec sui cohibere calorem
Alex Ardorem damnas animi? mens frigida vobis
Ignavi placet? Aristo ardorem non damno; sed istum
Quem matura regit prudentia: Vivite semper
Vivaces pueri, sed non (hoc turpe) petulci
Soc Alex Et quid agam? tenerum dum urget petulantia pectus
Quid tu tunc ageres? an scilicet esse petulcus
Nolles? dum tibi sese occasio commoda profert
Soc Aris Me ratio regeret, vos Stultior impetus urget
Soc Alex O mihi doctorem mundi! o dominatio Doctor
Aristo Recte dixisti puer: istud disce juventus
Hic est hic virtutis apex, tunc vincere mentis
Indomitæ stimulos, dum ardet ferventior æstus.
Ast ubi nullus adest stimulus, tunc esse modestum
Hoc etiam commune feris. Alex ~~Ma~~ Marcescere florem
Mandat Aristo animi? Semperne Secretus
Pallentes, tetricos, mæstos, nos angulus arctat?
Nescit? Alexandrum ferro clypeisque reclinem
Esse ortum? pistes latebras quid nata Gradivo
Mens amat? Aristo O Princeps! non te hæc modo cura fatiget
Ah satis, ah nimiumque truci satiabere Marte
Dum tibi firma pares ferro donaverit artus
Natura: ingentem gladium vix ferre pusilla
Dextra potest, poterit validos pellere ensibus hostes?
Alex Mente animoque feram manibus si ferre mucronem
Non possum: armorum partes hoc pectus obibit
Hæc mihi mens fuerit satis: hic ego castra cohortes
Et gladios et tela fero. Leg: Mitissime Princeps.

gati a Philippo Patre. Mittimur huc victore manu, Spolijsq; gravata
Sanguine fumat adhuc mucro, quo barbarq; hostis
Occidit, et Dominum tremuit cervice subacta
Illirium, Poloq; ferox, Parthusq; retorto
Ore minax; medius sequitur jam signa Philippi
Orbis, et imperium nutusq; Parentis adorat.
En modo de tantis Spolium tibi Nobile praedis
Transmittit Pater (szyszak Perski oddaię) hoc nuper detraximq; ipsi
Vertice turrito tractum, diadema Dario.
Hac Hasta transfixus Arabs. hoc ense peremptus
Spartanus jacuit, galeam hanc, Thrax victe dedisti
Dicitq; ipse sua Mavors hanc fronte tulisse.
Alex. Omnia jam ne Pater vicit, mihi Nil ne relictum est
Immitis Genitor! Nato hunc testaris amorem?
Quid superest etiam mihi vincendum? invida nobis
O nimium fortuna! tuos cohibere favores
O mihi si liceat! Semperne Paterna secundo
Marte, regis castra? O infelix dextra? quid olim
Quid, perages? Utinam Genitor vincatur, ut ista
Succurrat Patri manus, haec Victoria saltem
Ut mihi contingat! Leg. Quid Princeps spectas? triumphi
Te Patris affligunt? tristine trophaea Parentis
Aspicis ore? Alex. Novos si nuncius adferat Hostes
In nos venisse, haec istum recreabit amica
Fama animum. Leg. Placuit tibi Princeps hostis? aviti
Hic ne amor imperij? Regnum cupis hoste gravari?
Alex. Ut vincam cupio Leg. Vincet Pater ipse Alex. alieni
Haud fortem recreant animum, satiantq; triumphi
Leg. Ergo aliena putas? Patrisq; mucro trophaea
Condidit? est nati laus maxima, fama Parentis
Alex. Non mihi conficiet famam Pater ast ego Patri
Leg. Fortunae debes Princeps dum Marte secundo
Ille quieta tibi haeres maxime Regna relinquet
Alex. Me ignavum Haeredem credis? qui excepto quietem?
Si nostrae o superi, domus sortiq; favetis
Bella date; effractis iterum resoluta gigantes
Arma ferant Erebi claustris; nil astra timete
Vincemus! procul inde abeat fulmenve, Deusve
Parte qua ego pugnabo puer: sibi sufficit ipse
Hostis Alexander mundi. Non ambio Regna
Quae mihi promittit Pater: istud dicite Patri
Nulla relinque Pater Regna; haec mihi dextra supersit.

ista

Ista dabit Regnum. Leg haec saltem accipe praemia Princeps
Offertq Genitor. Alex Meliora parata Parenti
Si mandat Genitor: Spolium dedit ille Darij
Ipsum detractum solio dabit ista Darium
Dextra Patri hoc spolium haec Genitor mihi munera mittat
Ut jubeat me castra sequi; puer illa subibo
Quae vos Heroes facitis, majora docebo
Vos etiam; virtus non annis crescit, at ausu.

Aristoteles offert suam Rhetoricam Alexandro.

Princeps amplissima video, quae tibi Genitor transmittit spolia, sed exuvias has gentium corticem tantummodo gloriae immortalis existima; nucleum famae et medullam praeclari nominis tibi ostendam Alexander. Spolium quod non contemnas, cujus animo ut video nec iste quoq par est orbis, et quod Regnorum trophaeis praeferas, quo victorias Patris longe antecellas, quo populos, Regna, Provincias, tuae ditioni subjicias, et quod post triumphos mundi totius concupiscas, tibi si placet offeret Aristoteles. Alex. ad Arist. Si quos adhuc Noveris populos, quam mundi plagam, quam nulla attentavit nec ausa quidem manus mihi recense. Hoc mihi praecunctis quod offert Genitor spolijs munus gratissimum. Huc ego passum et animum fero, istud perrumpet pectus quo nulla penetravit audacia, Parthos, Illirios, Persas, Medos, mihi refertis? Sunt victae gentes, vincendas postulo; arma, non quae pedibus nostris subdant, sed quae contra nos vibrent, qui et quanti exercitus mihi narrate. Vivit ne incolumis adhuc Darius? Leg Hunc nostris rapuerunt crudelia fata manibus. Alex Crudelia vocas? nostra fortuna est! Gratias vobis Dij immortales, servastis unam adhuc huic dextrae praedam. Bene est! Vivat Darius et fortissimum contra Nos comparet exercitum. Habeat adhuc orbis, cui haec frons occurrere hoc pectus objici, hic ensis offerri possit. Et nudam quidem non sub illo galearum pondere latitantem spectabit frontem. Nil opus est Clypeo animo tegemur. Ad Arist Quid illud est Aristoteles, quod mihi Regnis amplias, et Paternis Nobilius triumphis offerre promisisti? Novi tuum ingenium. alium ne orbem Nostro hoc majorem invenisti? te ego et tuos amabo libros, si mihi ubi novus latitat orbis, ubi et quas terras fortior quam isti nostri hostes incolit populus enarrabunt. Arist Quo tua indoles, et nata ad orbis Imperium collimat mens Alexander conjicio. Regnum Paternum amplificare et mundi limitem intra tuae ditionis fines complecti desiderium tuum est. Philosophus sum, nec tibi falsa loqui possum, nec te, nisi vero mentem a teneris imbuere decet. Crede huic fronti, non tam aetate quam longo rerum usu attritae Allexander! ad hostes debellandos, amplificanda Regna, orbem fero, et quod fortius est famâ Nominis subjugandum (Cwiquisdy. Ligg.) hoc tibi volumen, quod tuo Nomini consecro,

#

et viam aperiet et modum vincendi præscribet. ([illegible] Nomen libro est Rhetorica Aristotelis ad Alexandrum) hoc est illud armamentarium, quo nihil Speciosius ad apparatum, nihil fortiùs ad pugnam, nihil certius ad victoriam, nihil gloriosius ad triumphum reperies. Vis mundi Domitor appellari; Oratorem priùs te voca, post istud nomen, ille alius statim succedit titulus. Alex Novas semper cupedias inquirit Aristoteles, quibus duos libros condiat, et meo commendet animo. Bene satis literarum fastidia cognovi, non facile incautum capies. Si tamen vera hæc sunt, quæ narras audiam libenter, et Rhetoricæ, si hæc non tam literarum, quam belli magistra est, facile meum adjiciam animum. Arist. Rhetorica Ars est cultè loquendi. Quid inde? Si sermonem excolas Princeps, absolve latus tuum ferro, Enses et Clypeos abjice, inermis invade hostes, barbaros quantumvis animes, unius oris eloquentia superabis, quos sine sanguine aggredi non poteras. Pristini repete efferam barbariem sæculi. Quid illa gente sævius? quid illo animo ferocius? Quid perfidius mentibus illis? jus nullum, nulla fides, probitas, in Deos hominesq pietas. Sola fuit virtus virtute carere, et ille nobilior qui crudelior, ille cæteris præstantior, qui reliquos immanitate criminum superavit, credebatur. Pecudum more per campos vagari, silvas ferarum instar incolere, et cum feris ipsis certare atrocitate morum, hæc erat gentis illius disciplina, hic cultus, hæc indoles. Quid tandem (ut nostra spectamus ætate) efferum illam ad fræna collegit orbem? quid mentes indomitas, jura leges pati, et pro jurium incolumitate, vitam quam aliis eripuerant profundere docuit? quid homines hominibus reddidit? Amphionem quempiam fabulantur Poëtæ, feras illas Cytharæ sonitu è silvis traxisse. Sed Cythara hæc, Viri fuerat Eloquentia hæc monstra illa placavit, quæ ipsa ratio domare non potuit, ut quibus humanitas ipsa displicuerat, Rhetorica desipere non potuerit, et orationis allecti suavitate, effusius è sylvis in urbes, ex urbibus ad leges, et mandata, Principum ruerent, quam olim sese in vitia sua cupiditate præcipitarunt. Tantum telum est eloquentia! quod saxea etiam pectora perforaret! Adhuc Alexander? finge universas terrarum gentes, pedibus tuis advolvi, et jura petere. Finge te ultra Boristhenis ripas, et quæ aut finxit, aut tranavit indomitus pugnandi ardor flumina armorum tuorum gloria processisse, victorem equidem te cogitabis, sed barbarorum est aliqua triumphi ignominia, ignobilis hostis et Principem quidem dixi, sed eorum inter quos Nobilissimus quoq, vix nostris vernis, et quos inter nos embesimus accenseri possit. Unius ut opinor Græciæ inquam Nostris hisce temporibus sese collegit, quidquid Deorum hominumq valuis rapere potuisset malles dici Imperator, quam quidquid extra Græciam Orbe etiam amplius est, sed nostris moribus, tua indole,

huis

tuis armis, tuis victorijs, indignum. Finge jam Alexander, Te Imperatorem Græciæ acclamari. Finge uni tibi indocto, inculto, sermonis impoliti, ingenij obscuri, tot Viros Clarissimos, tot eruditissimos, tot disertissimos Oratores inclinari, et Te Truncum potius, quam Regem tot oracula eloquentiæ circumstare, Te verò inter tot sapientiæ prodigia balbutienti ore, trementibus labijs, titubante lingva, et veluti suas voces exhorrescente, Græcis præcipere et universis his armis quidem superiorem esse quod etiam gloria si feris belluisq̃ß esses tibi contingeret; cætera verò, eloquentia ingenio, dicendi arte, quod solum in Græcia Reges facit omnibus inferiorem. Næ tu Princeps optimè mundi domitor, sed invictũ quoddam mundi probrum appellareris. Alex Benè est! abundè est! Orbem vincere cupienti Rhetorica Aristotelis sit Magistra vincendi; Tandem redeo in tuas partes Aristoteles, hæc sola est quæ me et mundi Domitores post se trahere potest eloquentia. Cultè primo loqui, deinde Græcis imperare discemus, post istam scientiã et post hoc Regnum facile totius mundi imperium me manet. Arist Recte Alexander, post istam scientiam, absq̃ß mundi etiã quas cupis victorijs, summus Princeps poteris nuncupari.
Leg Princeps: unicum adhuc, Te, quod sua Macedonia offerret restat spolium; generosissimus ille est et qui non alium sessorem, nisi qui mundi totius habenas flectere noverit pati.
Alex: O bellatores! hostes aggredi audetis? quos dorso equus facile excutit! et video cum equis vobis prius certandum quam cum Persis. Sed videamus Aristoteles, quod illud est quod nostra pati frena nesciat?
Arist Bene est! Eamus: Disce Princeps, quemamodum habenas equis, leges imperijs; ita tuo animo et cupiditati frena imponere.

PARS SECUNDA.

Summus Princeps poteris nuncupari

Tibi ego Rhetoricam meam, o magnè svi sanctioris Alexander dedico, qui puer adhuc orbem contemptu quem ille alius virili audacia vix subegit superasti. superba ille cupiditate, tu modestia animi, ille ferocia indomiti pectoris, tu innocentia, ille armis, tu columbino mentis candore Magnus, major etiam te ipso, et annis tuis extitisti, et cui propter ætatem, nihil puerile præter pueri Nomen omnia Viri, supra viros etiã constantia animi! In te igit hodie, et stylum et animum meum converto, illudq̃ß humili hac Oratione mea mirari potiùs quam eloqui contendam. Te parvã ætate sanctitate magnum excipe. (wsedszy na katedrę:) Nunc dic,

quæ

quam exigua sunt magna omnia, si iste tam Parvus magnus est! Ut si parvi hujus virtuti Summa quæ mundus habet comparaveris, tam prope nulla essent illius merito, quam ille sua ætate, tantæ annosi Orbis antiquitati nullus est. Si ætatem Stanislai perpendo, magnus ne sit ambigo: Si virtutem, ætatis ne tantillæ sit non credo; est cui ad tantam sanctitatem comparandam vix Secula sufficere potuissent. Magna narro! date fidem Secula! puerilis hæc ætas, seculum est virtutis, et æternitas famæ. dixisse debueram, æternitas magni nominis, vix annuæ virtutis præmium esset, quæ tanta quotidie peragit, quorum singula æternitatem sibi exposcant præmiorum. Discite tandem adeo parca ad celebranda magnorum merita, secula! si iste tantillus tanta meruit! quibus nec ipsa famæ perennis memoria satis sit, credite rerum vestrarum æstimatores! nihil sunt vestra omnia! si iste post summa omnia adhuc parvus est, parvus inquam, non modo pueri ætate, sed crescendi etiam desiderio, ut cui in Divino obsequio, altissima quæque attingere, prima quædam amoris in Deum excelsi pueritia videatur. Lego Magnæ virtuti, magnam quoque opus esse ætatem, et summo merito diuturnos annorum labores; Puerum hunc do testem! Hic Puer est (si tamen Puer) post tanta merita! imo fallor nec non puer est, quia tantus nec non puer; quia postquam tanta fecerit, Theodum se debitam puero virtutem, agit attigisse. Ec quis est ~~iste puer? non puer sed vir: Quid sunt viri in hoc puero?~~ nec pueri etiam! quis enim aut puerum dixerit, qui illa ausus, quæ nec viri attentarent, et quis eos vocaverit viros, qui hujus pueri animo impares sunt, imo nec pueros dicam, qui quod puero lusus erat, et quædam probitatis crepundia reformidant. Irascor virtuti tuæ Stanislae, uni tibi tanta probitas imposuit, quod viris etiam præcipere, crudelitas quædam virtutis esset, et ferocia pietatis, Imo crudelem in te et tua vota crederes virtutem, si illa quoque tibi negasset quæ intolerabilia quidem ætati sed tuo desiderio nihil sunt. Illa quæ velit puer hic, ardua sunt nostro merito, suo verò voto nihil sunt. Ergo illa quæ tulisset, et quæ optavit, difficilia quidem erant suo animo, sed nostro impossibilia exemplo. Ut qui exigua ætate tam laboriosa imitationi reliquit vestigia, si diutius vixisset, et suo defectui labor respondisset, virtus certè illius non tam exemplum fieret posteritatis, quam aut stupor emotæ mentis, aut fabula fidei ad tanta exempla inaspecta, quæ etiam post illud ætatis exiguum, post illud nihil voto, ad summa anhelanti omnium est admiratio. Ite jam mundi prodigia ite! hic cum nihil sibi egisse videtur prodigium

est

est virtutis! vos vero cum incredibilia agere existimamini, puer iste initia virtutis credit. Bene est! Sanctitatis consilium placet: pueri ætatem elegit ut miraculum fieret in puero, et puer virtutem superavit senum, ut illa Senilis exempli portenta vulgarem esse, et quam pueri quoque noverint, ostenderet virtutem, ut nec quod Senes mirarentur in puero hoc deesset; et quod puer hic in senibus obstupesceret haberet. Actum est de vobis magna nomina! si iste tam magnus puer vocatur! quanquam nihil est parvi in isto puero, cui ipse pueri titulus ad magni Nomen profuit, neque enim magna virtus diceretur, nisi in puero, neque hic usque ad prodigia virtutem perduceret nisi illam puer amplecteretur. Sperate parva! cum iste parvus magnus est! imo ideo magnus quia parvus, quis enim hæc in adulto, magna crederet, cui parvo maxima quoque exigua videntur. Timete magna, titulum arrogastis, qui parvo huic debetur, imo sperate ab hoc Puero maxima, qui dum titulum magni in se susceperit, vobis maximum remittet, qui etiam titulum prope nulli, id est pueri tantum fecit! Miseret me tui nostra virtus! quam nec magnam dicam, si aliorum probitatem inspiciam, nec aliquam si Stanislai Sanctitatem consulam, cujus merito, etiam multorum pietas vix virtus est. Heu rerum vices! quod puero huic nec virtus est nos summam virtutis putamus. Ergo illud quod in hoc puero vera virtus est, et cui nostra comparata, nulla est, quid esse dicam? nec virtus est, quia prodigium, nec prodigium quia a Stanislao bonum esse natura est.

Mihi pariter, et vocem ligas et affectum Stanislae, tuos itaque in Deum amores, carmine id est obstricti tibi sermonis vinculo pangam.
Stanislaus conjugationi verbi amo studens, totus Divino amore succendit.

Elegia

Dum legit et varijs amo verbum flexibus effert.
Metiturque modis, temporibusque ligat.
Hæc lachrymis suffusus ait, Stanislaus et alto
Suspirans gemitu, hæc tristia verba dedit.
Ah pereat! leges primus qui scripsit amandi!
Non bene! qui certa lege tenetur amat.
Heu nimium decepte liber! quid amabile verbum.
Tempore nunc satagis nunc variare modis!
Tempora quid numeras? male quæ numerantur amanti
Temporis excedit jura perennis amor.

Quid

Quid ve modos memoras, aut quid præscribis amori?
Verus amor nulla discit ab arte modum.
Quis flammis Ventoq; modum, quis certa Sagittæ
Iura dedit? docuit Spicula frena pati?
Quis modus ingenio fuerit si . amoris!
Tunc habet ille modum cum caret ille modo
Hoc etiam doleo te quando, o frigida volvo.
Pagina quid sit amo præcipis ipsa riges?
Ah procul o gelidum tanto licet igne volumen
Heu pudet a tepido discere quid sit amo.
Me stimulas ut amemq; petis tot vocibus instas.
Nec tamen ipsa DEUM pagina tristis amas!
Artis inexpertum, quis quærat in arte Magistrum?
At me qui doceat nescit amare liber.
Me quoq; culpat amor: falso quid crimine chartas,
Arguis ipse reus? nil tua charta rea est!
Non ne piger cernis, quantis en frigida quamvis
Me repetit vicibus pagina quotq; modis?
Littera quot verbis, quot vocibus urget amate!
Syllaba et ah quoties clamat amamus, amat!
Vix semel heu tu solus amas! tantisq; nec unam
Ignibus extincto reddis amore vicem!
Sed quid amor quæreris? respondi incautus amori:
Ec quis amet, totus si mihi raptus abes?
Te rapuit mihi charta; modosq; claudit amandi
Omnes; quo doceas Numen amabo modo?
Dixit amabis: amor mihi displicit iste futurus!
Lenta nimis votis flamma futura meis
Hoc quoq; displicuit, mihi tu si dicis amasti
Heu quod præterijt, quid nisi flamma cinis?
Ista nec arridet vox cordis amasse, amares:
Jam statim amare volo, quid mea vota moror
Quis mihi scire cupis placuit modus? ille, vocatur
Qui infinitus, amat qui sine fine Deum.
Vix ea cum totis exarsit flamma medullis
Quæ docuit, nec habet vox repetita modum.
Audijt hæc bene cæcus amor, nova tela Pharetris
Dumq; vibrare parat sensit abesse suis.
Obstupuit: quis tela mihi, quis sustulit ausus
(Exclamat) Nostras quis rapuitq; faces.

Atq; ubi Kostka tuo fixas hærere Sagittas
Corde videt lacrymans tunc ea verba dedit
O uno nunquam satur, et contentus amore!
O semper nostris Kostka dolose rogis.
Jamq; intentatos alijs dum tendimus arcus.
Multiplicesq; petit nostra Sagitta fibras.
Omnibus ille patet telis, et quærit ab omni
Vulnere amore sui saucius esse DEI.
I tandem! quocunq; libet cum Kostka recede
Totus ne mundo àte rapiatur amor
Vix telum numero jaculis exhausta pharetra est.
Omnia jamq; tuo pectore fixa manent.
Ah iterum peto, siste gradum: si Kostka recedis.
Ec quis jam mundo restat amoris amor?
Quis jam quin nostris cuperet fervescere flammis?
Ate si nostris gratia tota rogis
Te sine jam temnar, jam nullus ambit amorem
Si tua corda mihi Stanislae negas
Cedo faces; cor posco tuum; fax amplius ista
Est mea; cum his ex hinc pingite me facibus.

Sed quo nos amoris in te impetus o Kostka abripuit? ut dum te magnum in puero admiramur, in immensam quoq; puerilem hanc laudationem protendimus. Sed adeo eloquens sum dum te loquor, et ut eloquentem facias hanc tibi Rhetoricam consecro.

EPILOGUS.

Unicum deest Stanislai laudibus encomium, Alexandri spolijs munus, tua A.D. benevolentia. Hanc si addideris tunc demum totius orbis se victorem dicet uterq; hic Alexander, ubi de vestris affectibus triumphabit.

AMDG BMVHBSK ttc

DECLAMATIO RHETORUM 2da

Ejusdem

Ilias Prodiosa
Artis, in Luce Homeri
Immensi Xaveriani laboris
in Exiguo vita..

PROLOGUS

Gemina mundi miracula, id est Iliadem in nuce, et vitæ Xaverij id est virtutis, innocentiæ, fortitudinis, Zeli, laborum, et prodigiorum immensitatem sub exiguo brevium annorum cortice tibi proponimus Aud: Hum: Nux illa portentum fuerat artis, quod ingens Homeri volumen exiguo nucis putamine Scriptoris manus comprehendit. Hoc vitæ Taumaturgæ compendium, sanctitatis miraculum est, quod intra decennalis vitæ angustias immensam quandam laborum rerumque gestarum æternitatem Zelus Xaverij est complexus. Nuci illi, Auditor gratissime gustum animi laudibus Xaverij tuam addes admirationem, Nostræ verò tenuitati tuam benevolentiam.

PARS PRIMA.
PROTHASIS.

1 Nescio, vivunt ne in nuce literæ, an nux ex literarum condimento plus sapit: sapuisset nux, nisi quia pro nucleo arma habet Græcorum timeretur: vixissent perenni memoriæ, in nuce literæ, nisi Trojanorum mortibus veluti scriptorij tumuli et urnæ eruditæ replerentur. Non tam gustum animi quam lacrymas nutrit nux hæc; cibo isto miserorum mala educantur, ut cum in se jam mortua sint, posterorum memoriæ revivíscant. Gratuler Trojanis cladibus an condoleam! bis vivunt, et Homero præcone, et illo prodigiosæ artis, et famæ eruditæ alimento Nuce. Heu quantum malorum ingenium! in nucem penetrant ut tandem animos ad se rapiant, et aliquando voluptas sua ingenij, ac mentis bellaria, atque hodie jam sapiant miseriæ in Nuce, quas nuper horrebamus in acie. Vivunt bella in Iliade, quæ jam in campo expirarunt; vivit Ilias Entheo Vatis, ut Nuper Trojæ malum et funus, hodie oraculum sit, et vivacissimi Spiritus Enthei; arte etiam scriptoris revivisicit, ut Ilium fabula olim Mundi, et risus populorum in certamine, hodie miraculum sit in Nucleo. Sane incertum habeo, quem plus mirer; Vatem ne quod decennale bellum fecit, immortale in volumine, an Scriptorem, qui immortalitatem Poetici laboris clausit in nuce; utrinque prodigium est, et quod Heroum sudores quæ longa annorum series vix colligit, Unum volumen perbibit et quod Homeri Iliadem quam vix Centoculi legissent Argi, nux una comprehendit.

2 Literas, bella, artem, in cibo hoc, simul literarum, bellorum, artiumque cibum in Nuce hac discite. Quis Literis cibus scient. docti, quis Marti? experti milites, quis operi? patiuntur artes, nuce docentem. Cum videmus Musas, bella, artem in Nuce. Oderunt literæ pinguem Minervam in Nuce jejunant ut sapiant, obviæ castris, et quas casus non Culina paravit, sunt dapes; in Nucis Cortice, id est in parvo

convivant

convivantur, ut Mars defferat ab Jove qui ambrosia satur est, et nectare vivit. Vilissima arti mensæ, arti etenim nisi mensa sit sine arte, ars non est sed luxus. 3 Quid jam magnum est, ex nuce metior, Trojam capit Agamemnon, Agamemnonem Homerus, Homerum nux capit. Dubites magnam fuisse Trojam; ruina omnis nucem vix implet! Negabis exiguam esse, quam Homerus id est summus ingenij apex cantavit, & idem qui evertit hostis etiam Agamemnon flevit; Tantillum Tanti Poëtæ miraris opus? Tantillum est! scilicet alios flevit! toto flumine nostra, tantum flemus aliena, ut lacrymas nux colligat et nucis corticem lachrymæ non impleant! Nux quæ Iliadem clausit quanta erat dicite: Castra Danaum, Regiam Priami; Parnassum vatum complexa est, quanta hæc omnia! urbis decora, Priami fortitudinem, Trojanorum robur ex nuce hac legite! vel uno nucis cortice legerentur, si hodie vel cinis essent, quæ tanta erant, O quantum est in rebus inane! Regna, merita, ingenia vacua hac nuce æstimantur! et qui vix nucleo sufficiat, Heroum gesta locum occupant. 4 Cruenta bella, diræ clades, amaræ literæ hoc Simbolo dulcescunt. Interdum Marti id robur est quod dulce, frequens est solatium damni blande cecidisse. Semper literis profuit gustum sui meruisse, ut eo felicius animum penetrent, quo magis arrideant, Complectitur nux Iliadem, id est amat, medullam respuit, Vatem elegit, ut felicius vivat. En animam nucis Homerum! O vita beata ubi nucis medulla et spiritus mens est sapientis. Ex vili pendebat fronte cum se viveret: omnium suspendit ingenia ac fidem, cum mentem quam nō capit claudit Nucem intrat Homerus; discite sapientis esse, corticem superare, nucleum rei petere, ut vere sapias. In nuce Ilias cave silvestres musas dixeris; humanæ sunt, inter blandimenta et bellaria recensentur; cave obscures, latendo lucent; nunquā sic lucerent nisi sic latuissent. Quis enim in nuce literas non miretur? unum etiā punctum hic pondus artis est; et quod vix advertimus in volumine hic jam stupemus in Nuce. 5. Conferte gemmeam cum Nuce Concham, virus illa literarum peperit Cypridem; Nux Musas alit an et parturit? Mater est literarum præcordijs fovet, sine lacte altrix sine corde amans, sine mente concipiens. Quid ad corticem hunc Jovis caput? quid ad medullam cerebrum? Palladem illud dederat Nux musas servat. Æstimate scientiæ nucem, fidus est Achates literis quas arctissime complectitur; Corona musis quas cingit, castra Heroibus et Ilio, quos contra edax rerum æternique nominis, tempus propugnat, pergama est Trojæ, quam tutatur, nunquam otiosior Troja, quam in Nuce. 6. Quid agat in cortice hoc Ilium quæritis? nucem hanc Equum Trojanum credite. Illuc Græcia lectissimum Heroum robur collegit, ut Trojam superaret, huc ars prodigiosa Trojam universam reclusit, ut fidem vinceret omnium et orbem admiratione teneret, Ille trophæum erat victoris Græciæ

ut de

ut de hostibus triumpharet; hoc Spolium est ingenij ut posterorum Spem, ac Sensum superet, et magis magnitudine Artis, opinionē omnium transgrediatur, quam ille mole sua mœnia cessit Trojanorum. Regnum in gemma bibit Antonius, hoc portento amoris: Ilium Græciamq in nuce propinat Homerus, hoc prodigium artis! ille ut amoris pretia Regno, hic ut hostium odia Nucis cortice metiretur. Heu quanta malorum vorago in putamine Homeri; amplior quam olim amoris haustus in Scypho Antonij! Totam illam exisi Ilii ruinam vix unico denti quo nux frangatur suffecisse credidit fortuna! dum idem fuerat Trojam excidio consumi atq nucem puerili etiam dente frangi! Hic ludus fatorum est! ut dum nos arrodit calamitas Nucem, id est puerorum crepundia putet se contudisse! idemq sit hominum cladibus fata, atq nucibus pueros occupari, ut quædā fortunæ bellaria existimentur ruinæ populorum, et jactura orbis, aut nux sit aut in nuce.
7 Lusi, an erravi? major est Achilles sub isto putamine, quam sub clypeo, Angustior Priamus in frusta quam in Solio: Sublimior Homerus in Cortice, quam in Parnasso. Nullus erat Achilles sine Homero, ex Homero Heros, in nuce jam est miraculum! cui incrementum erit Magnitudinis, hic ad famam arctari posse. Quid Ilium Priamo? quid nux captivo Regi? illud mensura miseri casus, hæc famæ. Metire Homerum in Nuce: unus est. vide in Parnasso: primus est non solus, quem ingenium nulli Secundum, sed nec unum, hæc nux unum effecit, id est artis prodigium.

Nuce veluti angusto carcere tenetur Homerus. Hæc demū Sapientum felicitas est etiā in nuce posse esse Vatem: Constare et animo et Stylo, cum Arctaris; et ingenij amplitudinem, etiam in tenui cortice dilatare, ac tum copiosissimè loqui, Cum Sermonis materia vix nucis medullā æquet, ac impleat. Ingeniosiorem credo Homerum dum Trojam canit in Nuce, quam inter mœnia; ubi eò amplior est campus gloriæ vati, quo arctior ingenio. Ebullit acrius vivacissima medulla mentis, quo magis stringitur, et subtilius est acumen in arcto: ibiq acutissimum credimus pugionis robur, ubi vix puncto intrat, quo penetrat; obtusam credite fracti jam ingenij aciem, cui grandi hiatu, quo se vix insinuet opus est. Homerus in Nuce Poëta est; et nux amplior Parnasso vati est. Risit Alexander Diogenē in dolio miratur orbis Homerum in Nuce! ridet quoq vates Agamemnonem in Cortice! quem Troja capere non poterat, Nuceq comprehendit. O rerum magnitudinem! orbis Alexandrū vix cæpit cæpit tumulus,! et adhuc exiguus erat Sepulchro, finis ille eversor

adhuc

mundi

mundi! Agamemnoni Troja, nux satis est! gestorum amplitudinem, quia Ilium amplecti non poterat rumpitur: En totam illam factorum molem, nux iam collegit, et integra quidem! Distendimus, dilatamus, vix non rumpimus, Augusta Nominis Nri Majestate, saburratum orbem, quasi angustus sit famae nominisq vastissimo. Quid tandem fastos comprehendet: nucem ostendo! Hic Ilium! hic Graecia, hic Priamus ~~est~~, hic agamemnon, ~~astra~~, hic Homerus: hic omnia! Veteri militi congiarium nux est: hic autumnat Castra, idem et cibus; alela et dapes, si viverent tantali essent in nuce, quanquam infelices esse non possunt, quibus semper secundae mensae. Satyram voca has dapes sylvestres sunt. dic bellaria Heroum sunt. Silvernum & parentalia appella, Exequiales sunt Trojae. Thiesteas voca mensas hic Heroum sanguis propinatur, et coca Regum capita apponuntur. Hic orbis Iliiq Praedones continentur, nux carcer est: hic victoriae, victoresq teguntur, Nux trophaeum est: Hic canit Homerus, Nux Parnassus est, Hic Apollo colit, Nux Delos est, hic Troja sepulta jacet, nux tumulus é.

PARS SECUNDA
Apodosis.

Alteram jam, prodigiorum, laboris zeliq Apostolici, fortitudinis, et invictae inter ardua constantiae Iliadem, spectate, in hoc vitae Xaverii, id est Thaumaturgae Sanctitatis, et immortalium gestorum compendio, Auditores. Hic ille est, gloriae et famae perennis cortex! quo aeternitas meritorum, laborum immensitas, abyssus quaedam insatiabilis zeli delitescit. Xaverius, zelo hic Apostolus, voto suo Sinarum Martyr, auctoritate, Romani Pontificis Legatus, dignitate, inter viros Apostolicos primus, labore, inter tot curarum Myriades solus, desiderio suo, post omnia confecta nullus, Paterna charitate et solicitudine, singulis omnis, brevius: Thaumaturgae virtutis miraculum, et ipsae prodigiosae sanctitatis nucleus, spectate, quam exiguo, brevissimae inter indos vitae, tenuiori adhuc, demissionis suae omnia despicientis putamine coarctetur! cur dubita

re cogantur secula, an aliquid immortalis, mortalium viribus patrare possit, cum rerum gerendarum infinitas, immortalitas alijs, decennium sit Xaveriano labori, suo verò voto, momentum. Vel etiam, an post illa rerum pene immensarum monumenta, vita Xaverij Mortalis esse poterat, cùm illa complexa sit, quæ vel ipsi æternitati suffecissent: ut plus ad Sanctitatis prodigia, vixisse credatur Xaverius decennio; quam alij, ad vitæ Sanctioris vulgare etiam gloriam, æternùm.

Nescio, homo mortalis fuerit Xaverius, an Xaverij mortalitas humana, cùm nec vivere poterat post tantos labores, nec mori unquam inter tantos sudores, qui summis etiam infractus laboribus, ipsa laboris inexhausti tolerantiâ vivere videbatur. Vita decennalis, hominem asserit, labor, hominem negat esse Xaverium, cùm nec humanarum virium sudor ille fuerit, nec tantis succubuisse laboribus, humanum fuerat in Xaverio, quem tantis opprimi ac fatigari laboribus non minus fuisset miraculum, Francisci addendum prodigijs, ac alios non occumbere. O novum Zeli Apostolici portentum! qui nec vivere poterat, nisi usq ad prodigia laboraret, nec mori nisi mors ipsa, laborum prodigium fieret, vel quia operis infiniti terminus, vel quia voti ultra naturæ limites excurrentis meta. Nunc scio quid Xaverij labor fuerit, quis in laborando Xaverius: neq laborem appellato, quia Francisci animo delicium, neq Xaverium, laborantem, quia postquam summa omnia peregerit, adhuc se otiari credit Xaverius. Sed neq tuum, Xaveri vocabo laborem, qui tuorum gestorum gloriam, alienis conatibus adscripsisti. At in hoc solo laborasse Apostolum dicam, ut sua preclarissima facta occultaret, et labor ille, quàm enormis Francisci modestiæ, quæ dùm magis sua abdere contendebat, eò magis ad stuporem omnium prodebantur. Dum laboras Xaveri, naturam fallis, dum quiescere te credis, te ipsum fallis, cùm enim te viribus imbellem, gracilem membris, natura credidit, labor invictum fecit, et ipsa corporis emarcidi infir-

mitas

nitas, dum alijs otii, tibi laboris immensi invitamentum fuerit, tunc te maxima posse existimasti, cùm tuis diffisus viribus, Divino innixus Lumini, etiam illa aggressus es, quæ non potuisti. Te verò, quantùm tua fefellit quies, qui dum unice quietem in labore oderis, illam tu vel maximè, cum fugeres invenisti; cui nullam à continuis curis concedi quietem, maxima quies erat et gustus animi. Iuro per ista Francisci otia, aut nusquam labor est, aut nusquam quies, si et ipse labor, Xaverio requies est, et ipsa quies, summus animi labor et angor pectoris Zelosissimi. Quid enim in laboribus Xaverij, laboris fuerat? aut quid, in tota illa a laboribus vacatione, quietis! Sudabat Franciscus, et sudor ille corporis exhausti, balneum erat, animi ad delicias cordis. Somno oppressus quiescebat Xaverius? et sopor ille pæne jam fatiscentium oculorum, vel lucta fuerat detrectantis in pura innocentia, vel tormentum Zeli, mortalium membrorum commodis, aliquid concedere coacti; vel continuum, pectoris terrena fastidientis, ad cælos suspirium, vel cruentæ mortis, et sanguinis pro DEO fundendi imago, vel futurorum certaminum præsaga somnia, vel ipsa corporis dura humo strati pœnitentia. O nostram vel à laboribus quietem; vel post longam requiem labores! Quis unquam laborare se dicet? Si Xaverius etiam quiescendo laborat vel quando se quiescere patietur? Si Francisco, præteriti laboris unica quies est, novus qui succedit labor: ut tunc se beatissimè, suos finire labores existimet, si recedentes curas nova sequatur solicitudo, et pristini laboris terminus sit, alius labor. Magna narro! Indiarum ille Apostolus, tot populorum et novi orbis Magister, tot marium terrarumq domitor, tot idolorum et superstitionis eversor, tot expugnatarum mentium expugnator, tot animorum victor, tot Provinciarum Præses, tot Regnorum hospes, nunquam tamen laboravit! quia nunquam quievit: Jam verò unicus ille, Zelo Xaverij

labor

labor fuerat, quiescere: O virum admirabilem! Cui quod naturæ portentum est, natura fuerat Zeli, vel ultra ipsas naturæ vires laborantis: ut cum alijs prodigium sit ultra naturæ limites progredi, Francisci conatibus miraculum est, ultra eosdem naturæ terminos non progredi. qui & illud, quod humanum et mortale fuerat, prodigiosum effecit quia suum. Mori etenim hominem tanto sub curarum pondere, humanum est; mori Xaverium? invictæ fortitudinis portentum est; qui nec vivere sibi credebatur nisi laboraret, nec laborando succumbere, nisi prius vitam labor, quam vita laborem deffecisset.
Divinæ hic ego Consilium admiror Sapientiæ! decennio immensos Francisci labores circumscripsit, ut quidquid immortalis in vita Xaverij fuerit, non tam ætati adscriberetur quam labori, cum et ipsum quod Xaverius vixit, non tam vita, fuerat quam labor, neque enim ille labores annis computavit, sed suis laboribus, vitam, ultra id quod vixit protendit, qui tantum quotidie laboravit, et singulis Francisci laboribus, vita quoque vix sufficeret; Decennio vixit Xaverius post omnes labores, decennio vixisse debuerat, post singulos. Semel vixit, ut toties laboraret, toties vixisse debuerat, ut vel semel laborasset, et qui universis laboribus totam vitam impendit, uni etiam totam impendere debuisset, cui ad unicum etiam Conficiendum negotium, integræ vitæ opus fuerit.

Si ætatem Xaverij perpendo, parùm vixit Xaverius: si laborem, aut nihil, aut multum vixit Franciscus: Quid enim ad laborum æternitatem, decennium vitæ? aut quid ad tanta peragenda, decennio etiam vixisse refert Xaverium? qui momento etiam absolvit, quod decennio satis sit. Utrinque prodigiosus, et quod parum vixerit, et quod nimium; parum, naturæ viribus, ad tantorum consummationem: multum, virtuti suæ, et rerum gerendarum dexteritati, Ambigo, quid plus mirer, an Xaverium, tam exiguo tempore, tam propè infinita operantem, an operum magnitudinem, nec tantillum etiam temporis,

Xaverio

Xaverio concedentem, qui et maxima etiam confecit, cum nec quando haberet, et cum diutius laborasset, nihil adhuc egisse suo voto existimaret. Exiguum etiam temporis, maximis Xaverii laboribus longa ætas est; qui inter temporis angustias, et suarum curarum amplitudinem, non tam temporum, quam suorum accusat laborum, parcitatem. Sed diutius quoq vixisse, Zelo Francisci momentum est: ut sive parum vixerit, solertissimo labori, satis: sive multum, suo voto, nihil. Pone tandem et tuo labori metas, et meo sermoni terminus Francisce, nam neq tu Franciscus fueris, si amplius laboraveris; neq ego Francisci laudator, si diutius loquar. Cum enim te vix hominem credis Xaveri, nisi labores, ne tandem penitus non homo sis, desine laborare, te enim modestia animi, vix hominem, operum immortalitas, nec hominem facit, sed Divinum: et Mea quoq Oratio, si tuos laudibus prosequi labores contenderet, non tam tuarum virtutum encomium, quam tuæ gloriæ ignominia futura sit: cum enim tuorum gestorum portenta, et vocem Oratori eripiant & sensum, negat esse Sanctitatis miracula, quicunq tantis prodigiis vocem dedit et applausum.

A. M. D. G. B. M. V. Honorem.

B. S. X. Sq. A. SS. P. P. S.

Venerationem.



DECLAMATIO
RHETORUM
3tia



SUBLIMITAS VIRILIS ANIMI IN PUERO.

Nomine, ac Christiana Fortitudine

CELSO

AC RELIQUIS S. MARTYRIBUS.

Oculis abjectæ & profligatæ mentis Hominib9

ERECTA.

A Perillustri & Nobili Juventute Collegij Calissiensis Soc: JESU: Scholæ Rhetorices 1712.

ARGUMENTUM.

Celsus puer, Marciani Præsidis Antiochiæ filius, ætatem, animo & fidei Constantiâ prætergressus; cum Sancti Iuliani Martyris, per omnes Antiochiæ plateas ad ludibrium & sannas populi raptati, exultantem inter ipsa opprobria animum, & vultum Conspexisset; per medios satellites, & Confertam vulgi multitudinem ad eundem catenis onustum perrupit, illiusq; pedes, & fidem Christi Complexus nunquam se ab eadem, & suo in Christo meliori Parente Iuliano, avelli sive minis sive blanditijs passus est: detrusus itaq; cum S. Iuliano in carcerem, novâ ibidem prædâ, quam ex visitantibus se septem fratribus Senatoris Antiocheni filijs, suisq; condiscipulis retulit, qui admirabili in adversis Constantia Celsi permoti, sponte se in eundem cum illo carcerem pro Christo Conjecerunt, auctus, majori deinde pro Christo moriendi desiderio ex reducto ad vitam & fidem per Iulianum mortuo juvene Ethnico accensus, cum eodem, secundam id est felicem mortem pro Christo oppetente, ac reliquis Sanctis Martyribus in fidei Sanctæ professionem Crudeliter necatus est. Bollandus invita S. Juliani M: 9 Januarij.

PROLOGUS.

ACTUS 1mus.

Ind: 1ma MArtianus Præses inter suorum superbas acclamationes, Contra Christianos debacchatur, & severa condit decreta: Cujus ferociam & S. Fidei injurias, divina deplorat Relligio.

Ind: 2da Julianus Tribunus, suos Commilitones ad fidei Constantiam, & mortem pro Christo subeundam animat.

Ind: 3tia Martianus Exercitum lustrans, & hastiludio recreatus, Marti cum toto Exercitu Sacra peragit, reclamantibus cum Juliano Tribuno plurimis è militia Christianis, quos cum nec argumentis, nec minis, à Christo absterrère potest, tertium quemq; illorum mactare jubet; qui inter mutuas ad mortem Concertationes, crudeliter necantur. Julianus verò, ludibrio populi in amphitheatro exhibetur; ubi amor divinus, novas Cogitat prædas.

Ind: 4ta Jnter jocosos Amphitheatri ludos, fides & Constantia Juliani, sannis, & jocis ludentium exhibetur.

Ind: 5ta Celsus Martiani Præsidis filius, spectaculo præsens & Juliani hilarem inter opprobria miratus vultum; divina gratia illustratus, ad pedes Juliani Concidens, Christum verum DEUM Confitetur; & vinculis onusto Juliano se quoq; Comitem alligat.

CHORUS.

Jdololatria furit, Contemptam se à puero Celso dolens.

ACTUS 2dus.

Ind: 1ma NUncio accepto de Celsi filij mente pater, furit, & contra S. Iulianum invehitur, Cumq; neq; minis neq; blanditijs quidquam proficit; incarcerem cum Iuliano filium Conjici mandat; ubi amor divinus de præda à se Capta exultat.

Ind: 2da Jncarceratum Celsum Divina relligio ad extrema quæq; pro Christo tolerandą animat.

Ind: 3tia Septem frattes Celsi condiscipuli, eundem invisunt; cujus monitis & interiori Spiritus S. gratia excitati, sponte se in eundem cum illo Carcerem, invisibili manu patefactum, Conjiciunt mirante inopinatum vinctorum numerum excubiarum præfecto, & Marciani Crudelitatē conscientia exprobrante.

Ind: 4ta Præsidi anxio de filio nunciatur Carcerē Novis augeri vinctis; quos frustra à proposito retrahere nititur Tyrannus, prædicante summam Christi potentiam Iuliano.

Ind: 5ta Pompa funebris cujusdam Ethnici juvenis defuncti peragitur, quem à S Iuliano à mortuis suscitatum, & fidem Christi edoctum, in sua perfidia obstinatus Præses, invincula cum reliquis S. Martyribus Conjici mandat.

CHORUS.

Parca violatas funerum & mortis leges queritur, sed Relligio illam Consolatur

ACTUS 3tius.

Ind: 1ma Jnter varias animi luctas deliberat de supplicio Filij Marcianus.

Ind: 2da Decretum mortis annunciat imperterritis ad omnia Sanctis Martyribus.

Ind: 3tia Ad Filium terrore domandum jubet in oculis illius mactare septem Fratres Celsi olim condiscipulos, cujus Constantiâ & verbis irritatus, ipsum pugione Confodit, Iulianum verò ac illum Iuvenem à mortuis resuscitatum Capite plecti præcipit.

Ind: 4ta Varijs inter somnia Conscientiæ stimulis exagitatum Marcianum, hinc spectrum filij, pugionem corde, manibus truncatum Caput ferens, inde Conscientia impietatem exprobrans terret; qui angustias animi ferre impotens erepto è spectri pectore pugione seipsum confodit.

Ind: 5ta Amor Christi & divina Relligio triumphalem ex capitibus Cæsorum S. Martyrum Colossum extruunt, ubi Celsi caput Sacri illius Colossi & Relligionis apex constituitur.

EPILOGUS.

PROLOGUS

Sublimitatem virilis animi in puero, nomine et Christiana fortitudine Celso, ante oculos vestros erigimus Auditores Amplissimi, Neq enim Coram vobis nos loqui decet, nisi sublimia, nec quidquam Sublime putamus nisi vestras aures mereatur. Spectabitis in puero animum supra viros, constantiam, supra quod v minari crudelitas vel ætas pueri ferre possit. Dabitis veniam repeti quamvis inter excelsa Sermoni nostro, ut si nihil vestræ par magnitudini humile ingenium proposuerit, ad scenæ nostræ, et vestrarum aurium dignitatem, aut Celsum aut vos cogitetis: nec istud quod rtiditas nostra peccaverit, sed quod vestra excusabit benevolentia audite. Ejusdem

Actus Imus.

Scena 1ma.

Marcianus Invisum pereat genus: absorptumq barathri
Faucibus abradatur humo: nisi morte cruenta
Christiadum vivemus abhinc: per funera menses
Supplicijsq dies, horas numerare licebit.
Jam tandem exitiosa truces admordeat ungues
Bellua; Sacrilegum genus, immortale cadentis
Imperij vulnus, mundi pudor, effera Ditis
Proles Christiadæ. Superi adsint! juro per istud
Ferrum, per cælos juro, ipsos juro per hostes.
Hoc ego contemptum ulciscar mucrone Tonantes
Aulic. 1 Præses vive! tuis stabunt suffulta lacertis
Numina, gaudebitq tuo pater ipse Supremus.
Stare sinu 2s. Quærent nitido si sidera cælo
Et rutilus fracto caderet si Phœbus Olympo.
Hoc umbone Deos ipsum fulcire Tonantem.
Tu potes 3. Invictor. tua Præses signa sequetur
Miles fortunaq haud opus est victricibus armis,
Numine plus potens, reliqui quam vincere ferro.
4 Vibret si trifidos metuendus Juppiter ignes
Te primum in Saevos cum ignitis mitter hostes
Fulminibus fulmen. Marcia: Vestro stat nobilis ausu
Fortuna Imperij; cum vestro ingentia ferro
Nomina cuderunt Saxeri; simul una recludit

excludunt

Et gladium vagina et Regnum: Stringitur uno
Cum ense Salus populi sceptri decus: O invicta Propago
Christiadum contemne minas; Sperate triumphos.
Audent! his humeris, hoc ense, hoc concidet ictu
Saevior illa lues. Aulic. Tecum bellare, triumphus
Est; hostem superare, jocus: tuo inermis ab ense.
Persa mori, ante tuas velletq occumbere plantas.
Marc: Pro Superis vibrabo ensem, hac mihi summa potestas,
Hoc ferrum heroi est pietas; hic numina mucro
Virtutem haec vagina refert: Redeamus amici
Ad nos nostras jam me hora vocat, properare cohortes.
Cras marti dare sacra paro: date vestra sodales
Corda: Aulic. 1. Bene est! properemus; adest iam turba preca
Thura parentur: Marc: abunde est: accelerate: parent.
Religio querit Christianorum persecutionem
Heu nimium fortuna ferox! sic impia serves!
Tantillum ut rebus nostris insana joceris.
Iam Superi jam Regna cadunt! evertit ingens,
Divum Majestas, et totus fumat olympus!
Ipse etiamsi humeris vastus superincubet orbis
Unus et immensum digitus gyraret Olympum,
Dum fortuna jubes, & fortia brachia languent,
Nutat et infracti metuenda potentia Sceptri.
Et mundi timor ipse timet. Proh fata! meorum
O Superi testes, o Numina chara dolorum!
Quam fera, quam tetrica, immitis, trux, barbara, saeva,
Sors! nos vulgus iners, rapidi nos praeda furoris,
Nos populi probrum, laceri contagia mundi
Trudimur e cunctis misera agmina trudimur oris
Nos ignes, tormenta, rogos, gladiosq rotasq
Implemus,! lachrymis miserorum ac ebria, Nostrâ
Exspirant cervice mala! heu me! haec numen amicu!
Ah Superi! lachrymas praeter, nil fata relinquunt.
Has quoq me miseram! negat effensus ille Tyrannus.
Dum medijs ridere malis, lachrymisq jubemur!
Omnia jam rapuit,! pariter lachrymasq jocosq!

Intermedium Unius

Scena 2da

Julianus Fida cohors! quam sancta mihi pietasq fidesq
Junxit, nobiliore DEUS copulavit amore.
Vivite felices! quid enim non vestra merent

Religio

Religio: haud dubijs constat nunc passibq aequum
Et virtus; titubatve pudor, dum nixus amore.
Stat vestro. Soc: Jul. 3. nil fausta mihi dare sidera majus
Nil poterant, quàm clara tuo Dux optime nutu
Signa sequi; quocunq jubes properamus: in ipsas
Te sequimur si fata vocant Juliane catastas.
Juli: Non mea sed Christi sequimur pia signa sodales;
Crux laborum, Dux Christus erit; crux ipsa trophaeu.
Hoc Duce nihil ô fida cohors, nil arma timete,
Pro Christo mors ipsa lucrum est, et poena, triumphus.
Soc. II Quid mortem timeam! o quando me Carabeatis
Mors reddes jangesq choris! hoc carcere quando
In patrias remeare libet proh sidera sedes?
Hoc coelum patria est: quid me mea vita moraris?
Eja agite ô socij laeti moriamur! eamus.
Ad mortem pro Christo hilares. Omnes moriamur! Jul abunde è!
Christe tuos, Deus ipse potens tutare clientes.
Julia: En jam signa vocant citiq properemus omnes Emus.

Scena 3tia

Marcia: Vestris ô socij firmum stetit ausibus orbis
Vestras Roma manus, et quid quid nobile terris
Lumina tutantur, vos respicit: inclita pubes
Vestra quid in bello valeat virtus, animusq probavi
Huc hastas socij! quid possit vestra, probate
Dextra potens animusq sagax. Soc. Jul. 2 fortissime Ductor
Adsumus! haec nostra fuerit laus prima palestrae
Nunc oculos meruisse tuos; date tim pana plausus.
Hosti ludium peragitur.
Finito Marc. Laude manum, ingeniumq probo, nunc sanctior inde.
Cura vocat: date Thura Dijs, date Thura Gradivo.
Gloria prima Ducum, belli victoria prima est,
Cuncta dijs, nostrd nil unquam adscribere dextrae.
Sacra martis peragunt
Omnibus statuae inclinatis, Julianus cum suis stat arrectg.
Marc: Quid video? quae monstra Dij? Juliane Tonantem
Rides? nec summi metuis vaga fulmina Patris?
Arrecta cervice Deos et numina spectas?
Vos quoq ves contemptores legumq Deumq?
Julianus Nos uni servire Deo, terraq marisq

Thura Creatori dare novimus: horrida nunquam
Spectra, vel infandos Silices, nemorumque recisas
Exuvias colimus. Marc. Quid tu? te credis inermi
Ista loqui? nil ista times nil Numina? justam
Sed cohibere placet, quamvis mereare furorem.
Eja age te moneo, superos vereare: potentis
Gradivi nec temne minas, iramque tonantis
Julii: Quid metuam? vestrum ne Jovem? vestrum ne Gradivum?
Et reliquas lapidum turmas? timuisse timentem
Quis poterit? timet ipse suos dum fulminat, ignes
Juppiter, atque suum dum strinxerit, horruit ensem
Mavors: ô miseri! Misera agmina Numina cœli!
Tu pariter Præses, metuis plus Cæsaris iras
Quam Jovis, ipsaque quoque Ausonium plus Numina Regem
Quam Rex ipse Deos trepidat; nam Regna, Deorum
Imperio Cæsar, superi verò astra capessunt.
Cæsaris imperio; quos Sedibus ille Deorum.
Donat et Æthereis titulis, non ille Tonante
Vestro major erit? Marc: pariter te Cæsar Olympo
Donabit, tituloque ducis, tituloque Quiritis.
Si parere velis: cœlum, terrasque Quirinus
Cæsar habet. Juli: novi: cœlum, quo sculpere vestros
Possemus Superos, numenque creare creati
Cæsar habet, veri ast Solus moderamina cœli
Ille tenet, qui cuncta regit, vestrisque timendus
Imperat ipse Dijs. Marc: quid? nostrisne imperat ille
Ex sanguis Superis? nostro major ne Tonante?
Quid vester potuit Christus? quid inerme Cadaver?
Soc. Jul: 1. Me Jove majorem vestro pudet esse, tuisque
Æquari superis, illumne Tonante minorem
Dicam? Jex hominum fuerat Mavorsque Tonansque
Et reliquæ superum turmæ, & plebs infima Divum
Marc: Sacrilegum caput ista latras? impune quousque
Proscindes Superos? nescis me posse, quod opto?
Aut pœnas, aut Thura Dijs nunc sume. Soc: Jul: 2 Minaris
Ista? tuis me plura Dijs scio posse minari
Quam mihi tu poteris. Marc: tace inique scelesse. Soc. 2. tace
Namque invito tua me pudet ore referre.
Numina, nec meruit nostras hic Juppiter iras.

Marc:

tt

Marc: Huc famuli properate rogos, canis iste latrare
Desinet, & turpem lambet mox ista cruorem
Bellua. Lictor ades! perime invisum genus: hac hac
Victima placabit Superos iramq; Tonantis
Comprehenduntur milites & jubetur tertius quisq; mactari
Marc: Tertius occumbat: reliqui meruere catastas,
Sed dono spatium sceleri: meditetur acerbum
Crimen, & emendet; moneo: Soc: 11. Huc huc lictor, apertum
En jam pectus hiat; jam sanguis fervet, & ipsis
Exsultat venis: grates tibi reddo supremas
Ductor; opima mihi reddis stipendia. Tantum.
Quàm benè tot pugnis tot bellorumq; periclis
Ah felix retuli spolium. Soc: 5. nos junxit eodem
Nexu vera fides, omnes uno ore fatemur
Christum. Omnes. omnes: reliquis cur parcis. Jul: Saeve Tyranne.
Istos non ne vides animos, mentemq; vel ipsas
Nil formidantem poenas! quid possit obesus
Ille tuus Bacchus, luscus Vulcanus, & ille
Juppiter obscoenus, lapidum quoq; caetera turba,
Quid possit simile, & tantis par ausibus! erras
Erras ô Praeses, si quid quam in bellibus istis
Confidis saxis. Marc: fauces obtunde scelesto
Lictor. Jul: adest animus! nil hac extundet ab isto
Ore manus, virtutem praeter. Marc: ferte catenas
Ocius ô famuli, manicis onerate, ligate,
Ad carnif: Rumpe moras, quid adhuc haeres? properate: necetur
Iste hic per medias raptetur latro plateas.
Ad probrum populiq; jocos. Jul: curramus! abunde est!
Pro Christo mihi fama pudor, mihi gloria probrum.
Eja valete mei comites! mea turba valete!
Soc. 3. Chare vale Ductor! Juliane valeto. omnes valeto.
Distribuuntur.
Soc 4 Ah cur non omnes ferimur! cur fortè supersum
Heu miserandus ego! Soc 3. hei socii en ego tertius! eja
Plaudite! quam felix ego! Sum dum tertius! astra
Testor! pro Christo morior! Mutabitur a Lictore. quid perfide Lictor.
Heu quid agis? fueram ne ego tertius! istud
Istud erat vestro pectus mucrone petendum.
Lictor Latro tace: jussis pareas. Soc: 3. ah fauste sodalis
Tu mihi tu astra rapis! fateor mea crimina tantum.

Eripuere

Eripuere deus; fiat tua Christe voluntas!
Soc: Am: O me felicem! latus succedo. valete. necabitur
Lictor Hunc ferias. Soc: O grates vobis ô astra! meorum.
O sors votorum unica! mox mox iste beatis
Adjunget me mucro choris! en flecto! trucida. occidet
Soc: 9 Me quoq me similis manet en fortuna! Soc: long. refugit.
Me miserum sors ista! meis hæc debita pæna est.
Criminibus! tanto quod non dignatur Olympus
Munere. Supstes Soc: 3. Quo tandem quo nos fortuna reservat
Infelix pubes! tantis exclusa triumphis!
Ibimus, et lachrymas dabimus, si fata cruorem
Fundere nos prohibent; lacrymarum victima saltem
Libetur cœlo et Christo. Jul: compede bona! Audi Præses, ut iste
Tinnitus ferri accusat, gemituq tyrannum.
Te loquitur. Marc: extrudite, pellite nostris
Hoc oculis virus: Jul: trahite: hæc est vestra potestas.
Hæc est hora tenebrarum. Sic perdita quondam
Raptavit te Christe cohors! Spectate sodales
En trahor innocuus, raptor, propellor, inultus!
Lictor O nimis innocuum caput! ex hinc jam esse scelestus
Quis poterit! Juli: Scelus omne mihi non esse scelestum.

Amor DEI novas cogitat prædas.

Ante proscen: Intus quid versas anime! heu quibus ardeo flammis.
Ignipotens amor! insolito quid pectus adurit
Igne! novas (superi succurrite!) cogito prædas!
Fida sagitta fave! si quid potes impiger aude
Aude anime! & dubitas! poterit plus ira Tyranni
Quam superum sacratus amor! vincemus! in ista
Jam jam cerno manu spolium! Præsaga triumphos
Et certam mens spondet opem: mihi fidite! vincam!
Hoc telo occumbet puer, hoc superabitur arcu.

Intermedium 2dum

Scena 4ta.

Ludi theatrales peraguntur.

Juli: rapta: O Jesu pro te ista pati, pro te ista subire.
Pro te Christe mori, vitâ mihi dulcius ipsâ.
Carn: Curre canis, fera turpis, adhuc scelerate moraris!
Juli: Curram! per medias volabo Charybdes!

Currat

Curram! mille licet comitanti funera, curram!
Raptabitur à ludentibus.

Juli: O Jesu ah ô dulcis amor, charissime rerum!
Haec pro te patior! tu tanti & causa doloris
Et pretium: o animi pretiosa medulla gementis.

Scena 3tia

Celsus Quis medijs ridet lacrymis! medijsq beatq
Exultat gaudetq malis! hac saevior ipsum.
Concuteret fortuna Jovem! ploraret in ipsis
Mavors ipse malis; ipsas quoq Juno catenas,
Et tantam mors ipsa necem Lachesisq timeret
Hic nullo intrepidus vel fato aut clade movetur,
Nullas iste minas trepidat, nullosq furores,
Seq suo dicit pro Christo nulla timere.
Vel sentire mala. Heu nostro quid fido Tonanti!
Pro nostris quis tantas pati superisq dijsq
Ausus, proq suo quis tanta subire Gradivo?
Monstra procul! procul ite Dij, grex turpis, adulter,
Dire, ferox, rigide, immanis, saevissime nostro.
Excesso Mavors animo. decedite pestes
Procidit ad pedes Juliani.

Ante tuas o care Pater pia victima plantas
En jaceo & lacrymis gemituq agnosco Parentem,
O Pater, o dilecte Pater, mea vita meum cor!
Te sequar, in medios rueres si concitus ignes,
Agnosco te Christe Deum, te Numen adoro.
Pro te Christe mori, pro te tormenta subire
Ecce paratus ego, te toto diligo corde.

Lictor Heu quid agis Celse! inconsultis parce querelis
Latronem cur Celse doles Cels: procul ite nefandi
Carnifices, scelerata cohors; harpyia cruoris
Innocui, vos ditis aquae, vos sorbeat orcus
Tu meus o Juliane Pater! jam sperno Parentem
Sperno domum, patriosq sinus & matris amorem.
Tu mihi Christe Pater, tu Mater; mille catenas
Mille cruces pro te patiar; nil terret amantem.

Juli: O Puer! una domus spes & scintilla Quirinae,
Delicium Matris, Patris charissima proles,
Haeccine vincula probas? sapiunt sic Celse catenae?

Talia

Talia Christus amat, tu Infantule tanta subibis?
Haccine membra, cruces, hæc dextrula parva catenas
Sufferet? hæc facies, rigidum hæc cervicula ferrum?
Celsus Quid metuis Pater? huc gladij! depromе mucronem
Lictor, quid jam possit amor, probet hosticus ensis
Quid moror ecce manus. Colligat se Juli: eadem Juliane catena
Me tecum astringat, tibi nodus colliget idem
En jam Christe tuus vinctus! properate probrosis
O Populi insultare jocis! properate cruentis
Me quoque damnare o populi properate querelis!
En ego sum Christi vinctus! Juliane moraris?
Quid dubitas? simul ecce rei trudamur! eamque!
Julia: O Superi! vos ista decet, vos præda; favete
Tantis o Superi spolijs! en lacteus iste
Cervicis teneræ Cruor, effundetur in istas
Victima grata manus! Lictor. heu me quid tristi isto
Spectastis populi! Tantum tu sese propinas
Familiæ probrum, tantumque Patrique dolorem!
Celsus Vos probra: vos! probrum ipse Pater domuique mihique
Qui lapides, qui saxa colit. Lictor. Proh nuncius ibo
Ingratus! referam ne nefas crimenque Parenti?
Celsus I, propera! Sciat ista Parens, ne Patris amorem
Nec rabiem timeo: discat Pater; altius in me
Est animi robur, virtus majorque me ipso.

Intermedium 3tium.

Chorus.

Idololatria contemptam se à puero dolet.

Haccine Phœbe pati! hæc o sidera ferre potestis?
Dormitans videt ista tonans? videt ista? quousque
Mitis ero? infandis meruit puer improbus excessis
Sufficit esse piam: quæ nostros noxia mores
Corrupit pietas? furor est, quo truditur error
Cæcus eat; solus jam nunc præstare quietos
Turbo potest sanctosque scelus: quo crimina ducunt.
Hoc probitas virtusque sequi: miscebo cruentis
Omnia supplicijs, evertam cladibus orbem:
Hæc mihi sit pietas; nil sacrum, nilque fuisse
Impio in orbe pium: hæc clementia, parcere nulli:
Me posse, hæc quæcunque volo, puer audiet ille.

Actus 2dus

Scena 1ma

Nuncius O Praeses! Mar: fama novi? Nun: Eheu dura nefanda
Sors! Marc: qua monstra! Nunc: Scelus tantum horret lingua referre.
Mar: Quid? refer: Nu: Invisum superis maestumq; Parenti
Funcium, & intentata dijs, domuiq; paternae.
Funera, proh referamne? Mar: cito refer: Nu: impius ille
Artibus en magicis Celsum contemnere Divos
Et docuit ridere Jovem Julianus, ab illo.
Nec passus latrone puer se avellere: Patris
Iras, et Matris lacrymas stirpisq; Quirinae
Temnit opes, quendam Christum alto praedicat ore.
Et nostrum tumida proscindit voce Gradivum.
Marc: O sacra! proh furiae! execrandum dira tulistis
Astra nefas? laeto ne Scelus tantum ore tueri
Sol poterat? Juliane ferox! latro perfide! sic sic
Juppiter immitis tacito videt ore nefandos
Ausus, & patitur! Miserumne! unde, unde, docete
Me possim ulcisci: si aliquod Scelus abdidit orbis
Quod nos nescimus, properet; pigra dextra langues?
Quidquid non potes, et quid quid potes, ocius aude
Aude anime! hoc quod nulla probet, sed cuncta loquatur
Posteritas, perage. huc ignes, huc mille catastae.
Hue latro hic immane caput Julianus! adeste
O famuli lictor propera! Sic crimina Divis
Sic superis placuit Scelus? aspernataq; gaudent
Numina contemni? mox mox quid Praesidis ira
Possit, quid valeant noster Mavorsq; Jovansq;
Experiere nefas.
Contra Julianum. Audes audes impie! Siccine meum bellua
Sitire poteras sanguinem! Sic improbis
Lambere cruorem faucibus? Jul: me belluam
Vocas! tuis en ipsa tygris horrida sedet
Vultibus, et ursus ore murmurat tuo:
Totus Leonem spirat immitis furor.
Mar: Mox senties Leonis unguem, mox tygrem.
Juli: Sic quoq; ferocis innocens agnus lupi
Persensit ungues, sic timet mitis ferum.

Columba

Columba vulturem. Marc: ad Cels: ista ne meruit tuus
Fili scelesse genitor? ista tuus? tuus!
Siccisne lacrymas Patris advertis oculis?
Celsus: Flere genitor jubes? jubens flebo: Patris
Deflebo rabiem, ferreum pectus gemam.
Marc: Scelerata proles sic tuo peris Patri?
Celsus O cæce genitor! sic meo peris Deo!
Marc: Hæc Præsidi? hæc Patri? hæc mihi? dirum, improbum.
Caput,! doloris ampla materies mei!
Cels: Me filium scio tuum, ast esse doleo
Qui saxa adorat, saxeum dicam Patrem.
Marc: Te Filium dicis? Canem tygridem voca.
Cane quoque pejor es, scelestissime puer.
Cels: Cur impius? Marc: te nempe pervicax scelus
Læsisse Numina nescis? innocens caput?
Fateris ista? quid? refer. Cels: crimen mihi
Hoc ultimum est? hæc culpa? faveant sidera!
Bene est! fateor ultro: hoc scelus fuit meum
Fugisse scelus! hæc omnis impietas, pium
Fuisse! sic sum Christianus & utinam
Utinam, velit me Filium Pater sequi!
Marc: Furiose! demens! imprecari audes tuo
Scelus hoc Patri? quousque inultum fero nefas?
Huc lictor ignes, huc rotas, enses, cruces,
Cels: Minaris ista? quid potes nondum scio
Scio pati me posse! adest animus! feri!
Discerpe! scrutare medio tuum ferox
In corde sanguinem! tibi reddo lubens
Quem olim dedisti! ultima tui hoc corde effluat
Jam gutta sanguinis. Marc: heu me! Dij boni!
Sic ludere in nostris placet lacrymis Deos!
Fili! hoc tuo Patri? tyrannum sanguinis
Me avidum tui esse putas? meus tu filius
Tuus ego genitor: obsequere Fili Patri
Obsequere: columen et unica ruentis domus
Spes! o amor mi! cor meum! dulcis puer!
Cels: Quid blanda mihi venena porrigis miser?
Effeminate me tibi similem putas?

ostende

O! tende ferrum! disce quid possim pati!
Marc: Quousque tandem, Caucasum! molli prece
Sollicito? ubi pugio? ubi ferrum? ubi? date!
Aulic: Siste Pater Iras: Carcer expiet reos.
Pacata dextra promptius domat nefas!
Marc: Paccata saepè dextra Nutrivit scelus
Julia: Pax Christianis unica, pati fortia
Et agere. Marc: Latro tace. Jul: tacueris tu licet.
Praeses, tamen vel ipsa te silentia
Dicent Tyrannum. Marc: Carcer et gravior fames.
Loqui docebit! vinculis tortor liga
Et carcere preme scelus. Cels: Eamus ocius.
Eamus! haec domus mihi! nil caneris
Habet iste carcer. Genitor immitis! vale!
O Carcer! oblanda sitis o dulcis fames.
Marc: Lictor age! discat populus: iram Praesidis
Nec ipse poterit filij extinguere Cruor.

Post quam recessit Celsus.

Marc: Heu me! recessit filius! quid agam miser!
Hos filio vultus & unico quidem
Exhibuit immitis genitor! hoc pectus! hos
Sinus!

Amor Divinus de praeda triumphat

Tandem favetis astra! vicimus! sonet
Meritos amori fama plausus! vicimus!
Bene est! abunde est! nunc meas laudo manus!
Nunc sim potens flammarum amor! quam bene, mihi
Probata semper pectus optatum feris
Sagitta! tandem cassibus nostris, diu
Cupita inhaesit praeda! quam charum Deo
Superisque spolium, promptus ad caelos fero!
Jam jam peracta est, tot periculis, tot dolis,
Victoria anceps! jam nihil time! bene est!

Intermedium 4tum.

Scena 2da

Excubiae adducuntur

Capitan: Vigilate! capite punietur inertia.

Custos Ne metue! nostra nullus effugiet manu.
Post pausa Cus: Serrata num bene janua? Cus: 2. Proba, Cust: 1. ne comes
Metue. Sedebitis hic benè o avicula!
Non evolabis perdite isthinc latro. Cust: 2. Bene est.
Opressit oculos somnus, aliquid dormiam.
Custos 3. Eamus omnes socij, & aliquid debitæ
Demus quieti; Nil timete: sunt benè
Clausa omnia, locus nullus effugio patet. Dormiunt.

Religio invitat Celsum.

Non trepidas dilecte puer, cum proxima dirum
Funera te cingunt? Cels: quid mea mater ais?
Relli: Ergo feres mortem? Cels: non mortem, at mille subibo.
Mortes: Rel: flagra feres? Cels. Sit rogus ipse feram!
Relli: Quid tygrides? tygrides ne feres? Cel: en pectus! apertum
En cor! huc tygrides accelerate! feram!
Relli: Quid si atrox rigido genitor furet ore? Cel: jocabor:
Relli: Si fodiat strictus pectora mucro. Cel: dabo.
Relli: Si trux exilio Præses minitetur? Cels: abibo
Rel: Quid si sæva ferat Celse venena? Cel: bibam.
Rel: Nil metuis? si dira coquat te flamma? Cel: Cremabor.
Lætus! & ah liceat maxima, plura pati!
Relli: Vicimus Io dij! superavimus! alta triumpha
Religio. Ast iterum timeo! me terruit ætas
Imbellis, terretq animus puerilis, & istis
Non apta malis pueritia: mi optime fili!
Vulnera non nosti: Cels: licet: attamen illa subibo.
Quoq viros decuit, pueros quoq fama docebit.
Possumus esse animo fortes si haud possumus annis
Relli: O puer! o nostra solatia prima dolori!
Te stupet et tacito miratur Cynthia passu
O animi decus! in medijs suavissime fili
Te genuit dulcedo favis, furor ipse, vel atrox
Sævities, feritasq puer te immitis amasset.
Vive hilaris, nostrisq animis & pectore regna
Celsus: Vive Parens, tibi noster amor, tibi serviat orbis.

Scena 8tia

Sodal: 1. Currimus huc dilecte comes! tua turba, sodales
Atq tui, nostrosq tuis licet addere luctus.
Luctibus, & lacrymis lacryma sociare fideles

Nos

Nos unus copulavit amor; conjunxerat idem
Discipulos ludus, Pallas nutrivit eodem
Docta sinu, gremio fovit nos unus Apollo,
Nunc heu nos atrox separat fortuna! Cels: quid istis
Fletibus o fratres, sortem damnatis? iniquam
Creditis? ah utinam vobis gustare liceret
Pro Christo quàm dulce pati, quàm dulce vel ipsam
Ferre necem. Sod: 2 Sic Celse tuos heu tristè sodales
Linquis? ubi illa fides? ubi amor? jurataque nobis
Dextra? Cels. Comes vester socii non esse recuso.
Quin & amicitiæ, veri quoque fœdus amoris
Nunc etiā servo & fidum me testor amicum.
Sortem quam nuper reperi, o ego faustus! eandem
Vos etiam reperire precor! mihi credite fratres.
Divitiis quas Christus habet, quas astra reservant
Nobilius nil esse potest; Brevis ista caducæ
O quantos referat vitæ jactura triumphos!
Isti qui nobis ferro minitantur et igni.
Quid nobis tandem eripient? hoc quod potuimus ipsi.
Pro cælo terram: æternis pro sedibus, istud.
Eripiet mortale lutum: Sod: 3 charissime Celse
Et quid agam? charumne Patrem, matremne relinquam?
Cels: Mi frater, jam linque statim, quod funera tandem
Eripient: tibi Christus erit Materque Paterque
Sod: 4. An potero tormenta pati? flammasque rotasque?
Cels. Quam breve tormentum longissima gaudia tandem
Afferet: hos etiam quin nec sentire dolores
Christi amor efficiet: dubitas? mox ipse probabis
Sod: 5. Siccine nos tantum mitis fortuna sodales
Non adversa ligat? jam pectus adurit amore.
Nescio quo Christus. tacitis jam flamma medullis
Serpit: jam te Numen amo; jam Christe supremum
Esse creatorem fateor! sum sum assecla Christi!
Ergo valete! Pater! genitrix, patriique penates.
Nos eadem jam vincla premant o dulcis amicæ
Quos idem conjunxit amor: mea tecta valete.
Sod: 6 Quid moror: o cari comites jungamur oēs Eamus.

-16-

Sponte sua Carcer aperitur

Cels. En ipse invitat! jam sponte patescunt.
Limina Sod: 5. Christe potens rerum! cognosco potentem!
Huc huc ô socij dum cœlum invitat! Oēs Eamus.
Sod: 5 Dulcis ave comes! ô mea vincula! mi optimè salve
Carcer! Cels: dilecti comites salvete, sodales.
Ah salvete mei. Sod: 2 nunc gaudia vera stupentem
Implerunt animum, nunc verè lætior hora est.
Cels: O mihi cara dies gemmis pretiosior hora!
Quæ mihi, quæ tantos felix sociavit amores.

Lictor invisit vinctos

Num bene Celse vales? Resp: omnes omnes lætiq valemq.
Lictor Heu quæ monstra? duos carcer compesq ligavit.
Respondent plures: Sod: 6. Septem sumq, omnia fratres
Qui cupimus tormenta pati: sciat ista Tyrannus.
Pro Christo non solus erit, qui tanta subibit.
Celsus, Sod: 7 Si nati Patrium domuisse furorem
Non valeat sangvis, nec diram extinguere Patris
Ille sitim, poterit Septeno sangvine sævam
Extinxisse famem. Lict: qui sunt isti? Cust: impius ille
En Celsi comites traxit Julianus in istas
Carceris ærumnas: Lictor quis clausa reducere latro.
Ostia tentavit? sic, sic vigilasti? abunde est!
Mox ego mox quæ te deceat solertia posthac
Pigre docebo canis. Vecors Juliane! quousq
Sævis in innocuas mentes? iterumne scelestè
Proditor heu audes impunè procacibus ausis
Insultare Jovi? imbellis citò despicit ætas
Sic pariter totus peccare docebitur orbis.
Cels Obstrepis ista latro? pueris narrare putabas
Ista? viris loqueris: nobis plus crede virilis
Est animi tormenta pati, quàm præses habebit
Dum pueros terrere minis parat, apage latro

Intermedium

Ante proscen: Conscientia Tyrannici pectoris angustias detegit.
Jam jam scelestum roditur pectus, feri
Carnificis: insomnes perurunt curæ, atrox
Jam crimen: uratur: bene est: et ipsa ero

Sceleris

Sceleris nefandi supplicium et immanior
Catasta conscientia: tygris effera:
Sic sic cruentos ad necem ungues paras?
Hæc ipsa viscera filium agnoscunt suum?
Sic filios amat Parens? hæc innocens
Præmia meretur natus? impie! barbare!
Adero, adero, olim justa criminis tui
Vindex, feriet hic semper in visura mihi
Cor malleus, se sentiet, et alto quidem
Gemitu tyrannum: sibiq sceleratg animus.
Erit tyrannus; antequam innocentib
Erit: in seipsum vertitur vecors furor.

Scena 4ta

Marc: Quo me mens incerta rapit? quis concutit æstus?
Hinc stimulor: vetat inde Pater: natusne peribit?
Sed pereat: nato ne suo pater ipse Tyrannus?
Ipse meum genitor ne bibam, sitiamq cruorem?
Sed pereat, pereat sceleratg degener, atrox
Filius, huc lictor vinctos, cito filius adsit.
Lict: Non aderit solus: plus iste ferocibus ausis
Addit carcer opem: tot jam magijs ille nefandis
Seduxit, sceleris comites Julianus: ut istis
Ni finem imponas ausis, mox integra carcer
Urbs erit: Marc: o Superi! patientia tanta quousq
Indulget sceleri? tumida cervice vagat
Turpe quousq nefas? miseri sic ludimur! astra
Et Superos testor, sic cum hac vagina mucronem
Non feret: hostili, vel non infecta cruore.
Pallescet manus: everti patiemur in ultum.
Cum populis Regnum? medijs hic mucro, cadentes
Christiadas fibris vindex scrutabitur orbem:
Hic cruor insontis maculas delebit olympi.
Non patiar! justum at præstat cohibere furores.
Plus sedata potest, potuit quam ardentior ira.

Adducuntur vincti

Marc: Quid? sapuitne fames? placuit num carceris horror?
Quæ nova progenies scelerum? quis criminis author?
Novi at parco Pater: Patris non dis amores?

Cels: Plus timeo timuiq tuos o Præses amores.
Quam rabiem: blandis nil sævius esse venenis
Crede potest: magis iras si irascans amabo.
Soc: Cels: 1. Nos eadem Celso Socios, quæ causa nocentes
Atq tibi invisos fecit: quodcunq minaris
Filio, idem nobis eadem tormenta parabis.
Marc: Quid vos opuen Soc 3. pueros nos dicis eramus
Nunc animus probat esse viros: Marc: mox virga probabit
Te puerum miserande puer: Soc 6. Non Præsidis ista
Iras arma decent: obscæno hæc tela minari
Ipse Jovi poteras: tales tua Numina cultus,
Illeq Iuno, trifur, Mavors Bacchusq meretur.
Pro Christo moriar. tua nil tormenta rogoq
Nil enses timeo. Jul: Præses decerne! quenq
Hæc cervix pallet? rubeat jam sanguine: promptas
Ad cædem deprome manus: Cel: quid tarda moratur
Sævities? vibra gladios: en corde sub isto
Si quid ad huc Patris latitat, discerpe, revelle:
Marc: Quis vos, quis tantos docuit furor improbq ausus?
Istos unde puer, vel quâ face concipis ignes?
Juli: Quem vides istud mihi Christus robur, & istam
Omnibus addit opem: quo Præside vivere nobis
Atq mori fortuna eadem: si vita placeret
E medijs animos vitamq resumere bustis
Possumus, et tristi ad vitam revocare sepulchro
Marc: Quem mea dextra ferit, noster quem percutit ensis
Hic vivet? Altas hæc fabula currat in aures.
Vestri quod robur Christi? num mortuus ille,
Pallidus, exsanguis, poterit pauperq timeri?
Julia: Pallidus est fateor, lacerus: pallore sub isto
Sed magnum latitat numen, velut aureq atra
Titan nube latet; fulvum sub montibq aurum.
Hic pauperq nudusq Deus, revocavit ad istam
Quam multos, longæva licet post funera vitam.
Marc: Hoc vester poterit Christus spectabo: quid istud?
Quæ tuba personuit? Aulic: tumuli vox ista futuri e
Exequiæ Juvenis nuper qui extinctq aguntur.

Marc: Quam bene! nunc vestri robur cognoscere Christi:
Nunc Juliane datum est: juvenem cito ferte videbo
An rursum vivet.

Scena 5ta

Juli: gemina est heu perdit ille
Morte miser, pariter tumulis Ereboq sepultus
Hoc vestri potuere Dij, sed spectet olympus,
Atq tui timeant superi, quid pallidus ille
Quid poterit pauper Deus.
Julianus: Christe triumphato victor consurge tyranno.
Quem nostri gemitus nostra tetigere querelæ
Hæc specta nostrisq potens Deus annue votis.
Ad mort: Tibi dico juvenis in nomine JESU ipse tibi imperat
Surge.
O!
Cad: Æternitas! æternitas! æternitas!
Scelestæ Jupiter animi tortor mei! o
Æternitas! ô cæca mens mortalium!
O me scelestum! ô dira monstra! o belluæ!
Dij impij! miseri! Deus tu ab hinc meus.
Christe! tibi pallidas, tibi exsangues manus
Miserum cadaver porrigo! væ, væ mihi!
Nefande Jupiter animi tortor mei!
Juliane! miseræ animæ meæ Parens! tibi
Tibi gratias quam maximas possum o Pater
Dilecte refero. Juli: gratias Christo refer
Tuo; salutis ille supremus arbiter
Et author extitit tuæ: huic tu servias
Animo fideli semper: hunc solum time
Cadaver. Tu Christe Numen tu mihi Jesu Deus!
Ad Marcia: Tu saxa marciane tu lapides colis!
O cæce Præses! cerne quid possint tui
Quidq poterant Dij! en tuus meum igneo
Ardebat erebo Juppiter! tui ibi gemunt,
Lacrymantur obscæni Dij! ista miserrime
Rides? Crepitat en flamma lugubris rogi
Adhuc aperto tartara strepunt cardine,

En.

#

En tinniunt, heu tinniunt adhuc mea,
En Servitutis vincula! audi Sacrilege!
Et quos reliqui compedes time miser!

Marc: Quid tu cadaver fœtidum turpis lues!

Cad: Tibi fœtidus ego, tu meo fœtes Deo.

Marc: Et tu Scelestè patriis audes Deos
Lacerare faucibus? Erebo si te Scelus
Eripuit, iterum justior merget manus.
Huc compedes Lictor, teneat quoque meis
Mors ipsa vinculis. Cad: bene est! nil abnuo
Nec mortuos timere atrox furor potest,
Nec mortui quoque rabiem timent tuam.

Marc: In carcerem redeant rei; lux postera
Decernet iras quas meruit audax Scelus.

Cels: Decerne! adhuc ne te meum dicis Patrem?
Vix hominem ego puto, mortuos qui neque timet.

Chorus.

Parca. Quis nostros (appello Dii!) violare pœnates
Ausus? & intactos Superis quoque liminis alti
Sacrilego pede non timuit temerare recessus?
Debita quis nostro quis vectigalia Regno
Eripuit, juvenem juvenem mihi vindico! nostris
Subdita qui nuper Subjecit colla tributis.
Quis mecum conferre manum, quis tela Supremo
Nota quoque Imperio, magnoque probata Tonanti
Non trepidat? Relli: quæ justa Sacram turbatio mentem
Exagitat? Parc: tu diva mei tu caussa doloris!
Hæc illa est pietas nostram turbare quietem!
Sic aliena rapis? sic reddere jura doceris?
Quæ nova Relligio hæc? quæ disciplina? Relli: quis ardor
Insolitus te Parca rapit? quis concutit æstus?
Desine jam tantis nos accusare querelis
Quod petis, & tantum quereris, cum fœnore reddar
Mox mox, quam repetis, tibi nostra rapina placebit.

Actus 3tius

Scena 1ma

Marc: Heu quam immitis amor! quid agas! quo perditus istas
Quo lacrymas feram! heu quid inutile, flebile pondus
Terra geris! cur pigra meos non Atropos artus
In cineres solvis! quos me fortuna reservas
In casus! quid flebo prius! quo infaustus abibo.
Filius occumbet! genitor sum: heu fata! peribit
Natus, & à Patre! occumbet! Pater ipse necabit!
O Pater! en alium sese miratur in illo
Quondam Patre Pater! genitor jam se esse tyrannum
Vix credit, tamen esse jubet: proh sidera! amare
Jam cogor, justasque puto, quas execror iras!
Quos fugio ipse miser fabrico mihi turpè dolores.

Ensem circumspiciens.

O Ensis! tenera olim tu cervice recumbes!
Quam acer! & in nostros gemitus quàm ferreus ensis!
Hunc ego me miserum proprijs hebetabo mucronem
Luctibus, ac fusum hic lacrymis delebo cruorem!
Hac acie occumbet puer! hac tu mutabit amorem
Hac vagina meum! isto Spes Patris unica, stirpis
Falerum, fama domûs, sors, gloria, concidet ictu.

Vaginæ ensem imponens.

Mox istum vagina ferox, quem condo, cruentis
Reddes supplicijs ensem: heu me quantus ab isto
Quamque gravis pendet latere angor! Jam illa recepit
Quàm felix hora! ah ô tempora chara Parenti!
In gremio dum felix meo quàm dulce recumbis!
Pectoreque meis infans quàm blandulus ulnis!
Hac ego mulcebam puerum dextraque fovebam!
Oscula quot nostræ dederas infantule fronti
Basia quoque genis! quoties hæc colla puellus
Strinxit! & ah! quoties Patremque suumque vocavit!
Nunc nostram spectate vicem, nunc fungar acerbum!
En rigidæ decreta necis! jam Cæsaris iras
Jam nostras lacrymas nostrum meruisse dolorem
Deproperat natus: . Parendum est: ducite vinctos.
Parendum est! pater perimet natum! istane dici
Num potuit pietas jussis parere dolores.
Qua peperit Patri: non vobis ille peribit.

Sed mihi

Sed mihi: non Cæsar perimet, non Cæsaris ictu
Occumbet, sed Patris: quid si Cæsaris esset,
Quid faceret Cæsar? num læto funera nati
Spectaret vultu? quid me mea fata, meosque
Non modo sentire ast etiam spectare dolores
Ille jubet: Socii! mæsto succurrite Patri
Obsequar an parcam? medijs en dura loquenti
Verba natant lacrymis: natus morietur? iniqua
Heu nimium sors: vivet? quid? sed Patris ad iras?
Vivet, sed vulnus miseri immortale Parentis!

Lictor: Præses macte animo! ne te sors ista lacessat.
Fortunam experiamur adhuc animosque reorum:
Blanditijs Matris, charique Parentis amori
Forte puer cedet: **Marc**: quid agam? tentemque: adesse
Lictores, vincti veniant.

Scena 2da

Marc: — — jam pœna furori
Vestro, jam tumido sceleri vindicta parata est
Cæsaris Augusti Imperium spectate: quid exhinc
Vos facere expediat, decernite: vivere vobis
Cum Jove; vel vestro si audet Deus ille vocari
Cum moriente mori: **Juli**: pridem tua flamina fæteris
Pridem turpe tuus sordet deforme cadaver
Juppiter, & vestris pascuntur fætida proles
Luminibus vermes: pariter te condet eodem
Mors tumulo: putresces mox deformis eadem
Cum superis Sanie, idem vos sorbebit avernus
Cum nostro æterni Christo vivemus, & ipsa
Morte animata cohors, Christo certatimque alti
Victores, vestrasque hilares ridebimus iras.

Marc: Mox ego mox vestros ridebo Scelesti dolores
Illudam lacrymis, fletus gemitusque jocando
Lætusque aspiciam: Lictor deprome Secures

Cels: Et gladios & mille rogos & mille catastas.
Deprome! ure, seca, lorica, discerpe; Parenti
Innocuum dum fervet adhuc propino cruorem.
Est tener, & sapidus; genitor bibe! mensa Tyranno
Ista placet; recreant animos hæc vina feroces

Cadaver: Hos ego te Præses putridos adjuro per artus.
Quos tumulo nuper manus hac extraxit & orco.
Me pallere diu terram hanc, miserumq; cadaver
Permittas; illi corpus qui condidit istud
Redde creatori, reliquumq; quod astra dedere
Vitæ consecrare Deo, maculasq; scelesti
Pectoris, & noxas fuso concede piare.
Sanguine. Marc: digna tuo sceleri mox præmia reddas.
Mox ego mox, imo posthac ut cautius orco.
Claudat Pluto nefas in cautum Acheronta docebo.

Scena 8va

Marc: jubet primo Septem Celsi comites interficere.

Hi prius occumbant: toties moriere, scelesté.
Fili, septena quot quot cervice cruoris
Effluet, ista tuæ præludent funera morti,
Soc: 5. O Dulcis comes! en quid Præses præcipit audi:
O Fratres audite mei! moriemur! eamus.
Ocyus o fratres! jam Stringit ensis! eamus!
Soc: 2. Lictor ubi? o dilecte Pater quo me ense necabis
Quâ perimes ostende manu; en jam flecto! trucida!
Cels: Ite mei Comites! o fratres ite! paratur
Iam cœlum: astris vivetis; Deus evocat: ite!
Soc: 3. Ergo valete mei fratres. Juliane valeto
Juli: Nil vos ista manus turbet, sed terreat illa
Quæ tristem sontes animas damnare sub orco
Novit, & æternis sceleratos plectere flammis.
Soc: 6. Sæve Tyranne vale. o Juliane o celse valete
Marc: Quid lictor dubitas? feri! amica quisq; nefandis
Nutrit dextra nefas? hastas gladiosq; vibrate
Soc: 1. Christe tibi commendo animam! Succurre precanti. Occiduntur.
Marc: ad filius Spectasti? nil ista times? mox ipse probabis
Cels: Quem sitis innocuum turpis fera lambe cruorem?
Hic te vel medio sanguis distinguet in orco
Marc: Non parcam; non parcam, non miserebor: adesse
Lictores, ubi pugio? ubi? mora nulla scelesto.
Iam dabitur. Cels. Juliane vale: Juli mi Celse valeto

Celsus

Celsus Suscipe spiritu animam. Marc: fauces immerge cruori
Confodit Celsum Bellua. Iul: tu cunctis Praeses crudelior hydris
En nati cruor! hoc crimen, necdum ne Tyrannis
Erubuit? Marc: tu etiam latras? Iul: non latro, sed ipse
Conscius in te animus sceleris, crudele latrabit.
Damnabitq tuos miserande Tyranne furores.
Marc: Ergo Tyrannus ero tibi; Lictor colla recide.
Iuli: O Jesu o dulcis Jesu! Occiditur.
Cad: O me felicem! o gemmis pretiosior hora!
Jam mihi jam reserat meus en Julianq olympu!
En iterum ast felix morior! mors ipsa secunda est.
Sorte mea atq vice hac propero cito perfice jussa
O Lictor! jam spiritu vocas, invitat Olympus.
Marc: Disce Deos trepidare trifur neq jam amplius orco
Turpe referre caput: tristes cum viseris umbras.
Ista Stygi Jubeo narres. ut cautius exhinc
Carceribq Stygijs sceleratos Pluto recoinceat.
Cada: Hoc referam Stygi: huc sceleratus praeses abibit
Dum terras linquet: miserum tu spiritu cadaver
Iu reliqui scintillam animi accipe. Marc: percute lictor.
Occiditur.
Conscientia Frustra tyranne sanguine madidis vocas
Blandum soporem oculis: fugiet optata truci
Quies ab ore: pectus invisum sibi
Cruciat atroci conscientia vulnere.
Mox mox in alium sanguinis satur innocui
Claudes soporem oculos; avernus igneum.
Parat cubile: dormies mox dormies.
Alio receptus, quem dabit Erebus thoro.

Scena 4ta

Marc: in somnis. Celse Celse.
Accede fili, colla complectere Patris.
Celse! propera! vocat Pater, cito! veni!
Famuli vocate filium: (evigilat) heu ubi sumus?
Sic ludimur! oculos imago fily
Pererrat. we snie heu! heu! cruor! cruor! cito
Migremus hinc: heu mergimur! succurrite
Ocknieke Quae somnia haec? quae monstra perturbant meam
Superi quietem? we snie wypuginatem immerge fauces Sanguini

Bellua

Bellua! ocknie[?] meis quæ arma manibus? Dij boni!
Sopor recedit ab oculis, urget dolor.
(porwie sie z łopka) Quis me trisulca (heu fata) fervidior face.
Tumultuantis pectoris adurit rogus?
Quis igneo crudelior pectus coquit
Vulcanus æstu? gelidus in madidis natat
Sudor genis; totum rigescit, nescio
Quo horrore corpus: semper in oculis cruor
Nati pererrat: o dij optimi! dij
O semper optimi! necavit filium
Pater: necavit! ah miserrimum Patrem!
O Celse! Celse! tu meum heu quot ignibus
Peruris animum! utinam utinam mihi filius
Tu non fuisses! lambere meum sanguine
Cogor miser! meis ne manibus, heu meis
Nati cruor stillat! patris ne pectore
Catasta sanguini fuit meo? o manus!
Tu carnifex tuo ne fueras filio!

Comparet ipsi Spectrum filij

Marc: Quæ monstra Superi! ubi fugias? heu heu miserum
Conscientia: Fatiale monstrum! cernis hoc? cernis caput!
Cur perdidisti sanguinis gemmam tui?
eliscus. Hæ me alæ, in tutum Subducent, iam mihi lassæ cecidere pennæ.
tud me diadema meo honore, suo periculi instanti defendet? o Spreta
ontis dignitas, non ipsis Sufficio avibus, ab illo abigendis; vilissimi
ædones, agrorum horreorumqz passeres, quotidiana rapina, omnes ex
o spicas distulerunt. Sed quam unam mearum calamitatum maximam
ntio, jam mihi ex venis calor omnis abest, omnes triste gelu artus fan:
at; quædam etiam jam Sanguinis glacies, non se per arterias agitat
x parvo indicio vivit. Ipsa cum tussi, frigus trahunt Suspiria, totam por:
in pectore brumam.

Adsum providentia humana, arma contra frigidum temporis Providẽa
z ætatis decembrem fero. Talium optimus vulpium adversus hyemem
tus est. Etiam in molli ovium lana brumæ impetus frangitur, hosce
pos frigora cuncta timent.

Frustra es. alte mihi frigus illapsum est. penitus hic hostis inte: Annus
nus me pervasit: non illum hinc venturum, ulli luporum exterrebunt.
ustra hinc expellendo, vel mille Arietes admoveantur.

Adhuc mihi domi surgunt contra frigus, alta caloris propugna: Provid.
ula, stant ordine multo, turritæ fornaces, ignea adversus hyemem ar:
amentaria. expecta tantisper, uno tibi levabo brumam remedio. En lu:

centem

centem succensis carbonibus focum, accipe manibus, surgentem ab illis cum calore valetudinem.

Annus. Non ista grande pectoris mei gelu solvunt, continua intus percurrit hyems, et latè concutit corpus tremulum. Iam à vertice, impulso, venientem se, sub digittorum ungues, pallore notat.

Provid: Iam jam conclamata ægritudini tuæ remedia. Actum est. cum jam senem, non ovium, vulpiumqȝ pelles, non accensa fornax, non calidus focus juvant.

Annus Iam jam video destitutus remedijs, morbo fatiscit animus. Omnia quoqȝ mihi, supremum fati tempus ob oculos adducunt. Insolens Zodiaci caper, mihi jam proclinato infestus, lucens ab oriente stella, me in occasum vocat. Quàm hic fatalis vitæ meæ Cometes. Heu heu quid hoc sub diademate victima in necem sedeo coronata? O sertum? O vincula? o circuitum? quod tibi amplioris mali mei nomen dabo? Trahe me in cumulum jacentium Annorum trahe Annum millesimum septingentesimum duodecimum, æternitas. fortiter vinctum tenes. ipsum tibi Annulus hic caput adstringit. Verumtamen, quid se convicior diadema? meus labor es, Te ipsum sedulus composui. Tibi tot per me menses insumpti, Tibi famulas dare manus, ver et æstatem jussi, ipse adstiti ursiqȝ opus. Tu, tu Scipio, o? ut tremulæ eripis te dexteræ meæ, festinasqȝ ire in rogum, mihi flammam aucturus, Te sponte dimitto, hactenus mihi lapsæ fulcrum ætatis, nunc certus mortis index; jace longa fati mei linea. Iam destinatæ imminet pavor horæ; hoc clepsydræ vitro veniens mihi ex arcto, momentum cerno. O ubi es, ex cumulo arena, grande unius Atomi malum? Cerno te, cerno, quantumcunquè exigue, inter multos pulvis. o ut Te atrox momentum ante se impellit, ut alios impellens, præceps ex alto demitteris. Siste, siste mihi, tam citatos volvi. En en, dire pulvuscule ades. Non ita impositum Pelion Ossæ, vererer, maximus in parvo metus est. Te, te, pulvisculum timeo. Recede, abstine, absiste manu mea funestum vitrum, mei speculum interitûs: grandia mihi mala, quia sepulchri mei pulverem ostentas. O Atomi? o sævi pulvisculi, quot quantiqȝ deorsum abitis, qui cedere festinatis illi, cui cedam ego. O immanes mei hostes: sed magnos putes: Atomi sunt. et hoc satis est. O o pulvisculi, sistite, sistite

prope:

roperare, aspicite saltem vos, qui hæretis in turba, quos diutius ante exitum densum agmen moratur. Aspicite, quàm vos non obscuro laudebam ergastulo, undiq; vitro suo lucem admittit. O me temerarium, qui tot discrimina tam fragili, quia vitreo carceri inclusi. Quam tamen vilis cadam, non alicui centimano, aut Briareo, alijsq; morte Gigantibus congrediar Pigmæi me pulveres sternent. Non me missi ab alto molares, non grande Iovis fulmen interimit: quod vix aspici potest, quod parva brevius pupilla est me letho dabit, atomo necabor? Sic, ludis mors levem mihi tumulum paras, sub pulvisculo iacebo. Quo ingens mortalitatis flumen exundas, quo Te fluctu attollis immodico? Sufficit Tibi qui æstus tuos, ripâ adstringat pulvisculus: ex atomo Tibi limes erit. Supremum momentum, non uni Tibi cadam, duo sunt, quæ me necant, ultimum momentum, et pulvisculus. Nisi verò fallor unum estis. Hanc tamen nec in morte deponam opinionis pertinaciam, ut duos putem. Hoc me solabor apud inferos, quod nemini hac urbe pulsus cessi, uni, sed momento ultimo et Atomo.

Opponamus nos flagitio in via, facturi ut illi, et sua arma, et suus armis sceleslis usus desit.

O Falx longum furori instrumentum, cui Te tam procul flagitio porrigis? Parum Te habere de prato Mortalitatis putas? tam multum e marcido fœno. Adhuc teneram hanc cælestem stirpem cum toto Salutis fructu succidas? Veni, veni ad Bethleemicam rupem, illius te saxo impingam. Iam, aciem, hebetata dimisisti. Minus egeram, si Te totam Tibi relinquo, ut non sauciando, tamen amplexu rapiendo in casum vertas. Frangeris. hoc te supremum moneo. frangeris. Iace pars direpta parti. Sic plecteris, hæc te pœna innocentem facit, ne noceas.

At tu vitrea tanti fati domus. Veni, veni. exibitis, (vos ego iuvabo) exibitis pulvisculi, nimirum, vos ego, vos omnes, cum hac fragili ædicula, Bethleemici Antri saxo collidam. Ite, ite tota cum cæle pulvisculi, durum damnati in lapidem. Iacetis, iacetis Atomi, beneficium expectæ, quod vos carcere vestro liberavi. Nunc illo comminuto, etiam estis plures, factus est carcer, quot vos estis. Vives, vives DEus infans, minui Tibi hostes tuos, dum auxi. oẽs, cum plures sunt, iacent.

Adhuc

#

Adhuc habet, Superbum à fato decus, totius in fronte Autumni divitias portat, integram diademati suo messem illigavit. Bene est. Pulchrum diadema panis; sumat DEUS sine pane sumendus. Admitte Clementissime Infans DEUS. Cui enim has aristas? Summo sacerdoti vectigal solvamus. Manipulos damus quos non ex alio, quam cordis agro putes. Isto illos, nostra in Te pietas, amorque messuit. Vile Tibi diadema nectimus, sed ipse pretiosius nolles, in stabulo idest Regno paupertatis, non aliam hæ tuæ ædes coronam poscunt. planè hæc consentanea, in Bethleem id est domo panis. Exemplo cæli nostrum in terris Solem Spicis coronamus. Neque opinare parsimoniam, quod tantummodo offerimus panem; multum enim est, quod nos Te ipsum singulis flagitare diebus, iussisti. Hoc Tibi Emanueli Nobiscum DEO munus mittimus, ne Tibi ad butyrum et mel, panem defuisse quæraris. Damus illum infanti priusquam lingua in vocem soluta postules; Saltem Tibi sit decus, cum nec dum sit esus, veniat in coronam, cum nec dum in mensam: patere coronam ex spicis toleraturus ex spinis. Assvesce panem nostrum cogitare, postquam ipsam superasti famem. Panis Coronam victori tribuimus Legiones tuæ manipulares, post Tuum manipulum ibimus.

Adhuc jacenti sit alæ cui exilem usum fore putem an gelido cadaveri, an frigescenti infanti. Ibo detraham illi pennas, his volatura ad DEum mea cogam dona. Admitte munus numen Infans. Nec leve, quia pennas donum puta; pondus ex affectu habent. Adhuc tener atque implumis mundi amor. hoc quo citiùs à terra eluctaris Tibi damus. Ploras non dum Te nostræ incedere saluti. en pennas, quibus in nostra voles commoda; Ut celerius ab Herode in Ægyptum fugias, tempus addit alas. Hoc est quod in Suprema egestate, Sapientia æterna, etiam aliena egere penna elegisti. Accipe, non tuam, nostris muneribus modestiam oneramus, non nisi leves damus pennas. Audi Aquilo Audi Borea, ne hinc vel unam moveas plumam: hic meorum nidus votorum est. Miles paupertatis nostræ, hoc contra hyemem clypeo armare: Saltem pluma, hoc est leviter Te hosti tuo oppone. Jacete alæ, jacete pennæ

mollius

Annus 1712 in 1713.

Declamationes Poëtarum.

Menstrua Ima

Tumulus Honorum in Feretro Isabellæ

Prologus

Fortunæ cineres et honoris funeral[ia] si
Musa canet, tumulumq ciet q. Principe formâ
Impletus Socias trahit Isabella curules
Præcipitante manu Francisci, Borgia victor
Urge metrum, Dabitis faciles erroribus aures,
Queis Solymæa fluit pretiosa a fronte corona.

Inductio Ima Honor Coram ~~coronam~~ suis Aspectis coronas et alia dignitatum insignia Borgiæ destinat fortunamque honoris Sociam vocat.

Honor

Semper eunt Socio Virtus regnumq cothurno
Ambit et emeritos honor infrenare tiaris
Nam pars est Sceleris vitiis ornare nocentes
Pessima vel Tyriis abscondere crimina pallis
Purpura plus solito rubuit dum crimina texit.
Omnis et immeritis non apta est visa capillis
Mitra sed æterno cui pectus sydere fixum
Æternas meditatur opes; rectumq beatis
Insedit fibris, nec falsi conscia virtus
Approbat innocuos certissima regula mores
Hunc honor et summi cingent ex ordine fasces
Huic victrix ensis inflectitur Ida coronis
Nam pietas est summus honor, derivat ab isto
Purpura sole decus; pietatem tolle peribit
Virtuti cognatus honor. Sublimior istis
Impendet Crux summa mitris diademata claudet
Crux major, Regum pomo Crux pendula, nempe
Relligio pietasq sacra cruce Regna coronat.
Hinc vestros si forte animos sitis urit amorq

Regnandi, par vita mitris et digna coronis

Aspectat — Facta probent animos A. Socij deludimur umbra
Irrita persequitur tantis venatio curis
quorsum pervigiles (testes Cynthia) noctes
Heu perit duris permixta laboribus aetas
Abscessit sine nocte dies: requiemq negabat
Ipsa quies labor alter erat Nec ulla labori
Est merces speranda meo! Non laurea Regni
Sudantes terget lacrymas, Non aula ministrat
Sceptra, cui pietas risus, virtusq jocosa

Aspect. 2d — Materies Musa. A. 2. quid prodest per vias summi
Tecta Ducis Regumq Thronos penetrasse, quid ore
Blandiloquos simulasse jocos, cur pectq amicu
Mentitq toties, quo vulnera mente serena
Dissimulasse juvat Famuliq adsciscere Nome
Laurea servitium nostrum si nulla coronat
Heu quot Syderas patientia tanta tulisset

Asp. 3 — Aeterna cum laude Mitras! As quis munere tandé
Vestro dignus erit! quem cinget adorea Victrix!
Maxima quem vestrae vittabit Gloria mitrae!
Si nisi per summas iter inclinatur honori
Virtutes, pietasq comam si sola coronat
In casas descendet honor rudesq coloni
Romuleos stringent fasces, hesternus Arator
Cras scandet Latij Capitolia celsa quirini

Honor — Nam pro bitas parva viris, susceptaq virtq
Quos fasces et sceptra manent. A Non sola recludit
Rudis humus pretiu probitatis, Regia saepe
In solio virtus regnat, nec vilior ostro
Reges fama decet. Dominu catalaunia talem
Et supplex sceptro meruit Lombardia Regé
Huic post Sandaicas Hispanorumq curules
Frenabit nova mitra comam, Te Borgia nostra
Laurus cinget adhuc nullo satiabor honore
Vittaq Ama trahet nexu meliore secundam,
At non solus honor, Te paupere vestiet ostro,
Divitias Fortuna dabis, cognata coronis
Perge soror, Vittasq Tuus pactolus in auret

Fortuna — Fortuna soror ama, preces audire sororis

Qui cadit acclinis sexcentis terra Coronis
Addam Virtuti pretium, me Auctore flagellet
Gemmea Grando Mitras, liquido Tagg influat auro,
Illiget et fulvis aurū Pactolus arenis.
Honor — Hic ego Francisco paro munera, Sceptra Beati
Imponam manibus, caput ambiet ista corona
Gloria, Regalis pendebit palla lacerto.
Nempe viam sternit Cathalaunia Mitra Coronâ
Parva paras, majora dabit Fortuna Cothurno
Fortuna — Adstat terra comes, me sphæricus Orbis adorat
Inclavas formabo globum, sic integer unâ
Francisci pendere manu, se sentiet Orbis
Orbem clava tenet, sceptro clauduntur in uno
Innumeri, hoc Latii descripta potentia Gyro,
In medios ibunt Francisci Sceptra Sicambros,
Hoc durus Thrax ferre jugum, Scithia sentiet isto
Pondus, septicipis sinuantur et ostia nili,
Hoc stringant castris tibi Gallica lilia palmis,
O Francisce Deus! Totum tibi colligit uno
Nexu orbem, mundumq tuo servire Cothurno
Fortunâ sociatus honor facit. Ista feramus
Dona Duci mundumq uno reddamus in ostro
Imus Gaudiacos sceptris augemus Honores

Ante Proscenium

Incerta sortis Gloria credulas
Mendace fallit lumine palpebras
Ostentat aurum cū feralem
Invida sors meditatur Urnam
Non æqua sacras distribuit manus
Oblata plenis munera dexteris
Hic cæpit at delusus alter
Per medias misesit plateas
Quantiq totis gaudia manibus
Quem nuper alto Phosphore videras
Regnare sceptro jam cadentem
Hesperone ne stupeas in urnâ
Clauduntur uno gaudia tempore
Nocturna solem Cynthia Cornibus
Ut pellit horas sic beatas
Funera præcipitant in horas.

Inductio 2da Borgia Fortunæ et Honoris vanitatem meditatur. Honor et Fortuna superveniunt animum tentant, at ille mendacem honorum splendorem detegit. Interea supervenit Nuncius Mortis Isabellæ

Borgias Farrago quanta mortium Borgia tuum
Obsedit auro latus, an illud autumas
Vulnus esse levius et minus fati genus
Quod ensis urget aureus, funera pari
Passu sequentur, sive ferream furens
Mars acuat hastam, gemmis seu petat
Indus sagittis, Regibus sejus malum
Amica sors minatur, otio molliens
Crudele fatum, dulcius venum ferit
Gravius in aurato toxicum, gemmea nece
Vagina claudit, ludimur! Superi boni.
Quid quærimus tantis Stygem sumptibus? Charon
Avarusque animam reddet Erebo pauperem
Julius Conductusque auro. A. Principem mentis furor
Quis angit audax calcat Augustum mitra
Decus ferali forte num fuerit epulo
Et miscuit venena Borgia aureis
Illita falernis, stabilem nulla facit
Fortuna mentem, seu minetur funera
Seu benignâ se rotent opes manu.
Inquieta semper fluctuat facies viri
Iratus æque blandientibus Dijs
Ac fulminantibus, Ducum maxime, precor
I procul, inanes pellito curas sinu,
Tristes quis unquam sorte amica lacrymas
Admisit, aut munus Deorum quis manu
Furente contempsit. Serena frons Dei
Borgias Nunquam procellas excitat. O fortuna, cum
Blandijs lauro sevit, et focus parat
Necem, nitore judicat quisquis bonum
Fallitur inescat pectus auro ditior
Ut victima Erebo fiat, astra voto in fidem
Sentimus auri principes jugum, tamen
Heu stulta mens mortalium et amor insolens,
Amat ista servitus, vincula placent
Aurea, quod ore damno delectat oculos.
Francisce servitus quousque Principem

Ligabit ista! gemmeum sortis jugum
Excute; ducales spalleant quamvis Mitræ
Floretq[ue] sparsis Catalauniâ crinibus
Lombardia quamvis sceptra, Borgiam cito
Passu sequentur, dabit amor pennas Dui!
Velociores Eoli flabris; auream
(Decreta mens est) Borgias solvet jugu[m]
Boron. Quid fata volvit animus aut curis premunt
Pectus cruentis quod tuu[m] lacrymis fluat
Turbataq[ue] quod facies refert, funera tuis
Descripta cerno vultibus. maxima animi
Pars latet in ipsa fronte, Frons retegit fibras
Et fluctus animi sæpe per lacrymas fluunt
Forasq[ue] produnt quod latens coquit animus
Verum quod atrox pervicax, fati scelus
Ausum ferali Borgiæ pectus stylo
Premere! Suprema quo Thronum tibi
Fortuna fecit O novum Fati Genus
Cui corde in uno Principis sors est Comes.
Si parva quæreris sceptra, si Mitris Deus
Inferius isto Capite! Tibi novas honor
Borgias Offert Coronas. Bor. Pessime vulnus nova
Sanant Venena, me premit pondus Mitræ
Et inquietus additur animus tuis,
Fortuna donis. For. Juro per summum Jovem
Fortun. Hæc Sphæra nullum torsit, an putas rota hâc
Tormenta gyrat. Bor. Multus Ixion tuo
Bor Torquetur orbe, Tyrius ardor muricis
Regum cruore tingitur. For. stella Ducibus
Fortun. Cognata fingitur rubore Principum?
Sperare possunt Sceptra quos humilis pudor
Regnare vetat. Bor. Heu jura dare populis studet
Borg. Si Duriori Principes premimur jugo
Sortiq[ue] miseri serviunt Duces sui.
Fortuna Francisce nostras spernit audax munera
Manus! Thronum premis superbo pede! Mitras
Et quidquid aureum jubar sortis parat
Calcas! Nimis superba virtus Borgiæ!
Et fastuosum Sanctitatis est genus
Quod bene merentis despicit dona pectoris
Bor Astuta virtus. in nocens sortis scelus.
Superba virtus Principes summos decet

Honor Ingrata quamvis manibus obtrudo Tuis
Sceptra Honor fugacem semper insequitur virum
Capiti coronas dexteris aurea Tuis
Appendo poma plura sors parat Tibi
Fortun Eoa quidquid aureo pariunt sinu
Littora, vel occidens stupet magnum Sole
Phoebus alto medius, amplectitur face
Hic Sceptra Sentit. Hic Tagum bibit aureum
Qui lusitanas incolit populus domos
Gallica Sequanus hic rigat lilia sinus
Rhenus latino volvitur proximus Throno
Hic Scitha sagittis horridus, ferro Lechus
Fugat Othomani bina cornua Sideris
Et parte quidquid ultima mundi jacet
Spretum nec ipsi cognita Herculi plaga
Hoc Orbe clauditur, Tua totus manu
Pendebit Orbis, plura Fortunae rota
Borg Invehere nescit Principi B frustra aureos
Obtrudis Orbes, firmior Sphaeris mihi
Est animus, ista non movent munera Ducem
Fortun Ingrata mens immite pectus Principis
Nostros amores odit, ac iras, meis
Borg Donis rependit B Sortis, expto minas
Ast odi amores, aureum Sortis jubar
Mentitur astra toxica colorat mihas
Grassserat, heu quanta tela! et integer
Aculeorum cingit ordo Principes
Acumen ipsius pungit, ingenium Ducis
Fortunae punctis acuit istis, ut necet.
quot poma claudunt vulnera et diras Neces
Dignum fenella est opus, quod aureus quidem
Splendor serenat, sed tegit cortice Necem
Armat medullas in Ducis fatum sui
Delectat una parte sed Honor Borgiam
Pondus beata Mitra quod portat Crucis
Assumo solus terminus vitae placet
Apexque summus posteris levior Honor
Aulic Puto Cruce dempta fiet A infandum scelus
Borg Sunt ausa Principis fata B. quod! refer cito
Neque dubium mora suspende Principem
Aulic Isabella jacet informe iam spolium Necis
B Incerta sors respondere geminet Sydus mihi

Oggeris at umbras et Necis Tyrannidem
Isabella sentit pectus est ubi Thrum
Infascinatu melle: sic Principi rota,
Illudit ipsa! juro per Summu Jove
Et quid quid astra sentiunt Dominu Poli:
Nunquã Ispanã servia sorti! placet
Vd est Spoliu triste Isabellæ Necem

Ante Prosenium

Honor lamentatur

Si per Nivosi me juga Caucasi
Ferat dolentis pectoris impetg
Si Regna Colchi & Scythani
Imperio dare vellet ardor

Tristi relictus pectore jusserit,
Ibo ferali vulnere saucius
Ponta secabit prora et ibit
In medias vaga Cymba fluctg

Seu per Diana horridi feras Domos
Prorupta loris frangere jusserit
Dolor per asperos recessus
Hori dubios agitabo Currus.

Piget pudori, vivere, secula
Scient pudendi fœmi^{nae} Prolii
Me Terga Borgiæ dedisse
Scripta libris relegent Nepotes

Sic sæpe multus non bene pectoris
Successit ardor forte minus modo
Honor doleret si minores
Corde faces Honor excitasset.

Inductio Stia Borgia Contemplat Isabellæ deformitatem et Honorum Insignia Urnæ inquit

Borgia

Crudele Fatu! Morte sed peius malu!
Fortuna mendax! Hoc cinere dubiu Ducê
Calcare Mitrâ gemmeâ fulgur doces.
Nunquam mg pejor quã favens, lactas Deos
Veneno, at aureo, Nimis care, Nece
Heu! redimit, vita Isabellæ, datas
Soluit Coronas et favores vitreos
Mors quanta pensat! pœna fit gravior, huic
Dono, Scelesta perfidi fati fides!
Hic ille frontis aureæ decor! ruitor
Squallet gemmaru vitreu fulgur oculi
Æterna nox excedat: Ubi pectoris Ebur

Aut forma Colli Gemmei Viduus labris
Rotundus Ordo dentiu, Fati Scelus
Loquitur et vacuas ossa primit Sceptris manus
Jam cuncta Cinis et Forma Mater vermiu
Formose pulvis pulchra praeda funeris!
Jam turpe si cadaver, Isabellae Decor
Francisce quanta Te manet deformitas!
Deforme quid cadaver gemmeus Comit
Pitor Mitrani, Vitta quid cinere tegit!
Et Principis Syrma pallii, Muricis pudor
Te commonet Francisce Purpuram Tuis
Pedere terri brachijs, claudq jam
Rotundus Orbis aufugit. manq aet
Corona aculeos, nec amplius comas
Prehensura nostras offerit tela manibq,
Nec Ego coronae cedar amplius meae
Telis jubentes exuit animq Togas,
Non Mitra crines, Sceptra no manu gravent
Amplq et aurata, sit exul Borgia
Domo, Sepulchru vos Isabellae vocat
Mitrae! Corona Gratiae testem meae
Habebis isto nempe claudetur loculo
Quo forma jacuit Orbis et mundi Decq
Tibi Isabella Borgia Decus adijcit
Ut pulchriori forma tanta Nece cadat
Et Jam Coronae sortis et carcere liber
Hesterne Princeps, Numini vivas Tuo

Inductio 4ta Apollo Tumulu Isabellae, et Honoris Borgiani 191
Parnassum eligit

Apollo — Pierij Socij Phoebei Gloria plectri
Pulchra Poli Soboles, Nro cognata Tonanti
Tuba, Metrum quo colle canet vos dicite. Phoebus
Quis nobis Parnassus erit, quo fixa Camenae
Poeta 1 — Gloria, bis seno moderetur Pneumata mense
Te Duce in assueto petimq juga sacra Cothurno
Quoq jubes flectemus iter, seu carpatus alta
Dat cervice Polo nostrae e habitabilis arti
Altiq an toto consurgent Metra Vavello
Poeta 2 — Judicio decerne Tuo Pr. v longius ire

Si jubeas Vates et Canos Pandere Velis
Alpes non dubio sequitq Te turba Cothurno
Aut ubi Centeno Zephyris flora annuet horto — Poeta 3
Mellifluasq dapes Hymetty explicat herbis
Et Pindaq pascunty apes, ubi florida toto
Mella jugo relegunt, nos mellea metra legemq
Vel latio Demum consurget Musa quirino — Poeta 4tg
Romuleos Carmen Tabulas et Scuta Latinq
Pneuma lusa feret. Metru Capitolia Dat
Atq vaticano Scindaty Marmore Carmen.
Mens diversa Mihi latio no Metra quirino — Apollo
Nec per Carpatiu reptabit Musa Cacume
Aut apibus permixta canet, no culmina Cano
Tessa jugo, placuit conscendere, Gloria Vatu
Hispanos quatiet tumulos, sed funere quovis
Major, formosas calcabunt metra ruinas
Perge Pater Fido sequimur Tua Numina passu — P. Amus
Colle tumet modico Mons, sed sublimis alter — Apollo
Extulit hic Pietas Caput hic Isabella Coronis
Francisci sociata jacet tumulaty Honorem
Reginq cognaty Honor Fortunaq fato
Hic laurus sperate Novas sperate, trecentas
Parnassus dabit iste Mihas, Hoc Borgia Colle
Semina Mitraru ~~facit his~~ jecit Vos aurea Messis
Ista Coronaru expectat, Fecundior isto
Laurq surget Agro, quq gemmea lacryma Honoris
Potat, et aurato florat Ramusa fonte.
Hic lacrymaty Honor, lacrymas pro Fonte reliquit
Pierio, gemmasq bibent hoc Fonte Poetq.
Regnaq cu gemmis Hispana Cleopatra Vobis
Propinat. Sed Amus erit labor iste Poetis
Vota triumphali Victori appendere Metro.

Enthusiasmus — Poeta Amq

Incipe Musa loqui Francisci Facta Camonis
Herculeus labor iste quidem, nam grandia Metro
Nomina vix claudi possunt, nec tanta Camonis
Majestas nostris queis apte Borgia Princeps
Inflat informi tamen aude Musa susurro
Victricesq Manq tenera modulex vis arena
Sensit Honor Francisce Tuas Sensere Curules
Et Fortuna manus, uno duo Numina fato

Vicisti, similis fudit Senona duello
Amphitrioniades, una face monstra subegit
Septeno faecunda malo, Hinc Te pronus adorat
Sive qua parte rotas, et prima flagella diei
Extrahit, aut fessos recreat qua fonte jugales,
Janea vel mediis ubi pellit lora quadrigis!
Phoebus, et alternis Victorem sydera clament
Responsura Choris, taceat nec terra, nostheu
Hesperio Sangete fluat, nigro auriser Orbi
Indus, et aurata laurus scribant arena,
Nec mea Musa tuos Victor Francisce tacebit
Laurus, sed toto celebrat canorea Pindo

Poeta 2dus

Ite Romana vaga turba pompa
Aspice splendor rota per plateas
Docta victrices agitare circos
Ite Triumphi

Tessa cui cessit mugiente circum
Igne Bellona, dubitante porta
Corruens muro, populosque divo
Fulmine pressit
Non Triumphales meruit Coronas
qui scit incerto dare jura Cordi
Hunc decet pulchrum Latio triumphum
Ducere Circo.
Facta Francisci manet ista laurus
Digna ad aeternas properare mitras
Planta quae nuper pede pertinaci

Poeta 3tius

Crescit honores
Jam Borgiarum nomine in speculo
Rotunda circum littora Nerei,
Canet sonoro fama Cornu
Pennigeras agitans fibras,
Ibit profundo celsior aequore
Per terminales Amphitrioniades
Plagas. et addet Borgiana
Herculeis nova facta gestis
Qua Pelasgis aeneas incubabit
Miles caminis, cui Thetis alluit

Sedes et alta vela videt
Per medias remeare lumbos
Hoc fama scribet Nomina Littore
Et ipsa moles ænea fortibus
Affusa dextris, n' recusat
Perpetuo juga ferre Collo

Poeta 4tus

Hori hunc serenat Gloria Nobilis
Cui surgit alto laurea Culmine
Utrumq v latq coronat
Turba sequens famulante gressu.
At major estis Purpura tingit
Surgitq laurus, quos humilis rubor
Occultat et Regum Thronis
Ferre Comis prohibet Coronas
Si Phœbus altas lumine verberet
Urente Mitras, altera fingitur
Umbris Corona, et duplicatu'
Multiplicat deq Umbra Mitras
Sic Borgiani Gloria Dominis
Oppressa quamvis clauditur Angulo
Quæritq Noctes, jam latenti
Ista duas dabit umbra Mitras.

A M D D G.

Ad. M. D. G.

Sabbatina 1ma

B. Stanislaus Kostka Ganimedes Lechicus à Gentilitia Regni Volucre in Cœlum translatus

Prologus

Intulerat Cœlo puerum Jovis aliger Alto
Edocuit Servire Jovi, eundemque minister
Apponit Cœlo mensas et pocula miscet
Ambrosiis mellita cibis dulcesque Deorum
Concilio propinat Opes. Par Gloria postea
Nec Ganimedeis Serapribus esse minorem
Sarmaticis Aquilæ pennis qui redderis astris
Servitioque Deum Præsenti Carmine musa
Concinet; at vobis Supplex promere Camæna

Prothasis

Jupiter Consulit Deos, quemnam suo Servitio destinet decernitque Ganimedes è Terra a ministra Jovis aquila assumendus.

Jupiter Non Auro Proceres fiunt Regnumque Tonantis
Non Terræ pretio crescit, sed ditior Auro
Affluat Hermus Aquas vel Gemmis Grandinet aer
Aurea vel Cœlum Fabricet si fulmina nostrum
Aut Argentatis rigeat si Bruma pruinis
Non Augent hæc dona Deos, nec ditior istis
Majestas Opibus fiet, Soliumque Deorum.
Plura per auriferas Patriæ niger Indus arenas
Sollicito Lucri telo plus infima Sæpe
Plebs Auri Numerat; nostro ~~m~~ tn̄ ista Cothurno
Servit humus, Ganges paret ~~[illegible]~~ Aurea Mr
India, Regia Auro titulum mercata jacet Tonantis
Aurea Stelligero submittit Colla pedculi

Quem circumfuso famulantum turba Coronat Agmine, ulateri nume-
rosior astitit Aula. Excipiat quod ipsa sui nutuque regentis
Hic Rex ille Deus, populis hic jura subactis, Ac erebo dare
Sceptra potest, hac causa coegit Concilium Superum, mensis
quod pocula nostris Ambrosiasque dapes conditas nectare Divum
Dextra minister opes Clarus quid censet Apollo? neptune quid
mens? quod tibi vota gradive! quis tua Mercuri juvenum for-
mosior ipse vota trahit. qui digna meis det pocula mensis Pluto
Tartareis Lerus Dominator in Oris ac Vulcane Potens quae stat
Sententia vobis

Apollo

Digna Jovis aethereis juvenum det pocula mensis, nutriat superos
Hic Entheus ipse fatiscit nec iam fatidico mentem votumque Tonantis
Ore Canam, nec data futuri Virgo Prophetet, Ni meus
Summe Phaeton cecidisset olimpho dignus hic aethe-
reis mensis dapibusque minister Aurea divinis condisset
Pocula dextris Tempe Diis Genitus mores animumque
Deorum Rite Sciens facili Complesset jussa labore.
At nunc, nulla dabit similem tibi terra ministrum.

Neptunus

Magne Deum Genitor, judexque Supreme minorum, si
Placet aetherea Genitum de stirpe ministrum mensis
esse Tuis, qui mella Propinet Phaebum. nam mortale ge-
nus Dignum Servire Tonanti nullus honor faciet, So-
boles non ultima Caeli, Atque Deum Sanguis, qui me geni-
tore Marinis expositus Successor aquis, hic Pocula Tu[...]ne
Apta Liquare Jovi, divis dare nectara mensis Ambrosiasque
dapes posset quas legit Hymmetto Dulce Avium Praedata
Genus Dea Flora. Nec illi Forma Diis minor est, vul-
tusque venusta Colorat Norma virum facilesque manus ad mu-
nia Versat

Mars

Molle hominum Divumque Genus Nec Pocula dignum ferre
Jovi, Quod Flamma cremat, Nam Pascit igne ille Tonans,
Stricto Superos qui fulmine terret. Ergo Jovi dabit iste ci-
bos, Cui multa ministros ungues Flamma vorat, palmo

Palmo tibi fulmine et uno flammigerasq dapes, ales
dabit ungue secundo Talis fulmineo debes mensa Tonan-
ti Nectar alat Venerem, lacteq melle Diana, Pasciq Am-
brosius tantu Sua Juno Falernis At Te dura decet
ferro vascat et Igne Jupiter, et molles Contemnat nomen
e plumbos. Quod Superi longo dubitantes ordine Summo

Mercurius — Quaeritis a mensis famulum qui Pocula mistis Ambrosiis
det chara Jovi, Rex Summe, Deorum destinerobse-
quiis, celerem mihi plumea Cothurnu alleviat, toti-
demq caput leve reddit alis, Hinc agiles mensis de-
xtras rursisq rotabo, vestris magne Parens, minimo da-
bo pocula Nutu Accingamq leves ad mensa mu-
nia Plantas, nempe Animus Geniusq mihi Prodi-
vis ad omne Imperiu, et Summi jussis Parere To-
nantis

Jupiter — Sed Juvenu quae forma meis est usibus apta non etenim
Divos decet inservire, sed istud officiu terra est.

Pluto — Verum quae terra v Orbis, Aut natura queat tantas dare
vultibus, arte Ignita Species Supremu quod lumina,
miris alliciant formis ingens Styge claudit atro
Turba hominum nostros sed manes nulla figurat
Forma; Tuis quae digna Oculis Supreme Deorum

Vulcanus — Vix hominu novi Speciem cultasq figuras Sola
mihi gens est turpissima nota cyclopum Cumq mihi
grandi Super incubet Aethna lacerto Aeternosq focos et
fulmina dextera fingat Molliculas ignoro ma-
nus, mensaq ministrum, Foeda, licet, dulces Satis,
Haec mihi dextra ministrat v Steropes Brontesq ei-
bent, quos mollior Autom Exigat Aula viros mensae
Cyathiq Ministros ignoro, Nam vita mihi mensaq
facultas dura, Nec in tantis restuunt mihi Secla
Voluptis

Jupiter — Una Jovi Placuit Terras quaesita per omnes Ili-
ada Species Ganimedem nostris? ut illi Aurea nodosis
Surgit Comma Pulchra Capillis Purpureis frons picta

Osenis rosa purpurat ora Flexile crescit ebur speciesq rotunda, modo stis nutibus inclinat collu, dextrasq rotundus orbis agit, faciles Summorum ad jussa tonantum Hic doctus versare manus, Hic Nectara Divu Fundet i auratos Cyathos, gestuq polito Ne sciet dare mella Iovi, meus Armiger ales, Fulmina deponat, per aduncos sparsa lacertos Quarat de extrema hu... tellure viator, inventusq suis Gravitante reddet in alis Syderibus, mensasq dabit Puerisse Tonanti;

Apothesis

Pau'lus Frater Stanislai

Quo meus o superi; Frater quo chara Parentu migravit Soboles Quis Deus ursit iter. Si Probus lassata meis patientia Fratrem, jussit in externas vertere vella vias, deprecor Pansis fugienti Occuro lacertis, lachryma te frater multa redire jubet. tot noster lacrymas mæror guttasq liqua bit ut fuso trepidum flumine Sistat iter Si fuga ve... stra iricos voluit vexare furores meq ira Patris Sceupit esse reum Debuerat saltim hac Genitricis Amorum debuit affecti Commeminisse Patris Aut ego Si tantos merui tolerare dolores no meruit charus vulnera ferre Pater. Hinc Si fraternus furor impulit in Paternum Inceptu Poterat Sistere Pectus iter, Siq Scythico das vela mari strangq tridenti u Secat Parcas naufraga Cymba vias Sive Peregrinus Lechico non nota Trioni, excipiet nigro Barbara Terra Sinu, Suspiriis Sequimur nigroq Sub orbe relictu, te stringet tepido lacryma nostra Sinu, Ad... quid ego Crebro Suspiria mista dolore Prosequor tacito vulnera claudo Sinu non ego solus eram sacreoti Fratris Amator, no etia Solus vulnera Corde feram Sit Se... nostris Sotiq Comesq doloris, Oreoti Sotius Quis qui d amoris erat, ferte manu misero vulnq lenite, minorq divisus vestro Pectore Luctus erit.

Polonus

Quod ferit infestis Fatu tua Pectora telis. Aut Lacerat tremulas missa Sagitta fibras.

Paulus

Stanislaus abest Nostroru meta furoru vit ignota transfuga Pauper humum.

Pol: 1 Incerto si vela mari si carbasa Ponto, concredis medio
kostka ferende vado. Tempestas tesdua premat contraria
Solvat Flabra Deus, nostris Annuat aura plagis, Sic licet
invitus ventoq[ue] jubente redibis Sarmatico Rursum trans=
fuga kostka Polo, Te neptune Pater, vos caerula Regna,
Notosq[ue] adjurat Coerulis Sautia musa metris nemo ve
hat Lechicas Submissa Per aequora Prodas, nectra
hat in Latias Aura benigna vias.

Pol: 2 An audax si forte solo Te kostka Paternis erepto
Tectis in nova Regna tulit Pinnas Terra luat, justi
sit mera furoris. Sentiat ultrices in sua damna manus
Judicio Scindere solo, Scindere Ruinis dira fissuris vi=
scera Pandet humus Haec damnu sarcire potest nam poe=
na Ruinas haec Solvet Lechicas vasta ruina sdi. Nam pro=
fugum Dorso vexisti bajula kostka, nunc iter impedies
vulnere terra tuo.

Pol: 3: O nimis austera nimis pietas! O Saxea virtus, lacrymaque
Matris nulla movere Potest kostka Quidem lacrymis Patris
Matrisq[ue] movetur Dum coeptas statuit Continuare vias.
Motus ad hic Gravior, Saxis stat firmior ipsis, ac immobilibus du=
rior ille Petris quid lachrymas, gemitus, Suspiria fundimus, istud
Wo Audit Querulam kostka Viator Epos. Jam longum supe=
ravit iter, jam trans fuga quonō perveniet tristi Carmina no=
stra Sono.

Pol: 4. Si tamen afflicti fugientis d aure resultat Vox Patris li=
ceat Pectus adire tuum. Da Lacrymis Oculos miseris da
questubus Aures & Suspirantes Pectore claude sonos aut
si marmoreis Pectus jam duruit antris mollibus &
quondam Stant fera Saxa fibris Suscipient Saltim clamoris
fragmina nostri, saxa sub immiti quo tibi corde rigent
ut Scopulis allisa Sonat vox, vocis Imago, Extrema è
medio marmore Parte redit.

Pol. 5 Ergo valle vale kostka Lechici Decus omne
Trionis Hoc tibi de Lechico Patre mitto metru Haec
Surdis ergo verba notis, Haec Carmina vobis
O Agiles Zephiri reddo ferenda manu aut
kostka sequando ratem spirabilis Aura Provehet, hoc repleat

Carbasa plena mero Galatia occurreat Urbes cum virtus Arabis Italicum nostri Kostka memento Soli Littora cum tanges Latia cum stabis Arena, in nostras Imo Lumina verte Plagas.

Polonia — Quid facies turbata gemit mens conscia fati Irrigat afflictas Lacryma multa genas.

Pauly — Stanislaus abest Latias fugit exul in Oras in nostro fixus pectore frater abest

Polonia — Siste precor Lachrymas suspiria siste Iuventus Materies Lacrymis est minus apta tuis o felix fatum vaga beatius ipsa funus et aethereas quod jubet ire Domos Sarmaticis Kostka penatibus exul, sed par Caelicolis Incola Kostka Poli Vectorem si forte, Vidisgesserisq ministrum Accusent Aquilam merra doloresq meam. Hanc Raptum terris Ganimedem reddidit astris et vestrum Kostkam reddidit illa Polo.

Paulus — Heu Frater vivit Gemitus arcete dolores Fluadeq Oculis temperet unda vadum, Fortunate Exul Patriis securq et astris jam rides lacrymas Kostka Beate meas cumq aquila vectus Pennis des frena ministris, Arceto veri flammea tela Iovis

A. M. D. G.



Sem3

Ad M D G

Sabbathiva Secunda.

Novus cum anno Novo Vatum Apollo
Ligatum Fasciis Numen.

Prologus.

Aonii Comites Musis et Apolline pulso
A Phoebo meliore trahunt nova tempora, Nuper
Bethlemicis qui Natus agris, pro Numine Vatum
Vos nostris date Pneuma metris, quibus Entheus ardet
Major, et igniti caluerunt Corda Parente

Inductio 1ma. Poëtae [illegible] Consilium ab Apolline,
futuri Anni sumenda Oracula.

Lux Nova carpit iter, redeunt nova tempora mundo
Et primis Phoebus Jani super incubat undis
Verum quod Numen Nobis exordia Secli
Fausta dabit? quo tandem tutore Beatas
Accedet Titan horas clementibus astris!
Dicite fatidici non ultima Numina Mundi.
Successus Anni quas mens praesaga futuri
Non dubio recitare Metro queat, Aurea Nobis
Quis Deus astra dabit? quis felicia Spondet

Poëta 2dus E Superum gremio [illegible] Momenta Secunda.
Qua Nos Cura [illegible] dubit? quis tempora Nobis
Felici Cursu [illegible] Dum Delius urget

annique Solis Equos [illegible] Apollo
Hunc mors ipsa timet, Non audent funera tristes
Attentare dies, tenebras Coma flammea terret
Terret et ignitis umbrarum monstra Capillis,
Hoc Duce si nostri sumunt exordia Menses
His facibus si Secla fluent, aeterna fovebit
Aestas, perpetuo florescent tempora vere,
Afflabitque Dies Zephiris felicibus Aura.

Poëta 3tius Sed licet ista jubent Patris Sperare favores
Atque suis semper pectus fidele Ministris
Principium in Aura dabit Lunasque dierum.
Stringat Apollo metris, Annique Oracula scripti

Fatidicosque

JeNS

Fatidicosq Thronos Mense Audire Poeta
Sic mihi sub dubiâ pendebant tempora sorte,
Nec tuos juro mendax fortuna favores.
Jurata mihi sorte fluent Anniq dies,
Nempe Dij jurant quoties Oracula pandunt.
Ergo invito meos ad vatis templa sodales

Pöeta 1us. Nec diversa mihi mens est, urgete sodales,
Tempus adest urgete vias, ab Apolline vate
Sumere fata decet sors omnis Maxima semper
Displicuit, quoties vestro sine numine venit.
Plus amo fatalem terras vexantia jussu
Quam sentum quas ire vetat Mens enthea sortes
Primus ergo sacris impono thura caminis
Vos exempla trahent, quos ars est Nova sodales
Hos etiam pietas habeat, cultusq Deorum.
Has curas versate, Dixit Apolline dignas.

Pöeta 3tius. Tempora praeterita lucis cursusq dierum
Cam multis fluxere meteris patrimulta famines
Annorum devota fuit, nam syderis ortum
Nascentemq diem, et imo cunabula lucis
Vincula pro fasciis artis stringere religata
Ac iterum solem Musa è Comitata cadentem
Curstam à nullo florent mihi tempore lauro!
Cur concessum vetta frontare virenti.
Turbatas sudore comas, haec causa coegit.
Decretas intrare vias, et praemia lassâ
Ferre artis, sudorq abstergere fronte labores.

Poeta 2. Omnibus his Ergo mens est decreta sodales.

Omnes simul. Imus. Imus

Poeta 1. Imus et a nostro petimus Nova saecula Phoebo.

~~[illegible]~~

Inductio 2da.

Poetae ab Apolline Felicem Anni successu petunt.

Pöeta 3ius Phoebe Pater dum prima redis sub signa Trionis
Calcatas toties iterum post lustra verentes
Auspicio meliore vias, tractusq Deorum
Ignito temone premis, Nos respice vultu
Huc inflecte Novos huc astra inflecte renata.
Fatidici Nos cura Dei Nos turba Deorum
Consecrata choro Te vivimus, ignibus istis
Accensi, semper divina ac mente calemus
Tales ergo dies horas et lustra notabis
Qui manibus sint digna tuis et Nomine Patris.

#

Poeta 2dus Et mihi non vano faustissima Tempora metro
Augur spondet Amor video felicibus ardent
Secla rotis versatq dies Fortuna Deorum
Cymmerijs Nox ipsa suis sepelitur, et Antra
Fata gemunt inclusa suo captiva tenentz
Funera fatali jam Mors vicina sepulchro
Inferias agit ipsa sibi, jam triste pererra
Ad Stygias damnata plagas, Te vindice Regnu.
Nunquam fida satis rebus Fortuna secundis
Dum tua cum grandi surgunt mihi lumina Phœbo.
Poeta 3tius Non me flammivomo terret Leo tostq ab igne
Non metuo Tauros, Themidis Non Libra Nocivas.
Accendet sat justa dies, non Scorpius Orbem
Inficiens cauda stellisq venena propinans.
Non Scithicas formido trabes, quas igneq Heros
In terras summa cœli jaculatq ab Arce.
Et tibi canna Jovis, tibi doctum ad prœlia cornu
Et post Pytonas cœliquoq vince Dracones
Tauros dextra domet, stellatos sterne Dracones
Scorpius inficiens medica vince tab Arte.
Poeta 4tus O Fortunatos Mundo te Principe Soles
Non canis nos Bruma comis, Schiticiq rigores
Stringent non Boreas a tempestate frementi
Vellicare dies, Non sybilq obstrepet Austri
Nec surget toto cœlo lacrymandus Orion.
Non etiam Nimijs armata caloribq astras.
Incendet fervore dies, non Sirig Urget
Ver erit æternum, Zephiris Innixa arborem
Antevolans cœli venturæ Nuntia lucis.
Auratis spectanda comis Aurora latentem
Fluctibus educet terrarum ad gaudia Solem
Poeta 5tus. O mihi centeno pridem jam debita metro
Emeritas prœcinge comas frontisq labores.
Fronde sacra vatis Lauri pensateq virentes
Daphnidis in lassas veniant mihi tepora dextras
Nempe fatigati sors est hæc maxima vatis
Hic honor in vestris manibq Virginee crescit
Has fugiens dextras peperit tibi Daphnis honores +
Hæc nobis quoq serta virent hæc prœmia posco.

#

Inductio 3. Carminis hæc merces nostri Suprema laboris.
Apollo Fatetur Sepelli a Christo.

Poeta Interitum ejus lacrymantur.

Me Puer Hæbreus Divum Deus ipse Gubernans
Cedere Sede jubet tristemq redire Sub Orcum.

Poeta Imus — Quod tonitru Socij audimus! fulmenq Deorum!
— Quod lacerat tremulas flamma fragore fibras!
— Quis sonus a Summo Cœli nos terruit Axe,
Quæ vox infandum est Ausa referre Scelus!
— In Stygias Caude Metrum blasphema referre
In Stygis æternas ivit Apollo plagas!
— Quis Deus aut Numen Nostro est Apolline Majus
Difficiles Vatem iussit inire vias.
— O Scelus indignum Superis. Cœloq probrosum
In Ditis Socios mittere Regna Deos.
Poeta 2dus O miseri Vates Sacrarum o turba Dearum
— Rumpite Fatidicas in nova metra fides
— Sed nisi Melpomene passis incompta Capillis
Inferias, Vati lugubre Cante Epos.
— Fatidicos tristi Numeret testudine fletus
Castalio Metris Collacrymante Vado.
— Cætera Turba Deum querulo det fræna dolori
Et tantum tacito Carmine funus agat
— Nempe minus doluit verbis qui fata professus,
Sed magis iste dolet qui Sine voce dolet
Poeta 3tius. Æthna Tibi Parnassus, erit Sacer Entheus ignis
— Necq ullo posthac flamma domanda Vado.
— Castalios latices Phlegeton effœda Cocyti.
Stagna et pierium Styx Helicona dabit!
— Pro Musis Nactus lemures, pro Sole tenebras.
Te pro Fatidico Culmine Spina teget.
— O! ~~Deum~~ etiam Superum multum Sors invida Regnis
Nec Sunt a Letho Numina tuta Satis
— Non poteras Casus tremulis arcere Sagittis
Delphica. Non poterant tela fugare Necem.

Poeta 4tus Sed quæ suscipiet rapto Patre terra relictos
Vates, in Mundi probem jocumq Soli
Quive Peregrinos, non cognitus ambiet Orbis
Et dubios Mundi quæ feret Ora pedes
Seu qua ferit Scythicis Eurus durissimus alis
Et Notus inflato ventitat Ore diem.
Seu qua perpetuis æstas matura rosetis
Flore et a roseo murice mane rubet
Ibimus in Cæli flammas, Brumæq rigores
Ut perimant Orbes ignis et unda bibros.
Poeta 5tus Hebræis quis natus agris quis Natq in Antris
Bethlemiis, Infans cedat Apollo Cui.
Quis Deus est Jior Phœbog antiquior illi
Ut cedat, radios Phœbq Apollo suos
Sed quæcunq tamen Cœlog potentia digna.
Intravit Nostram, qui Novq hospes humu
Nostro Vate minor, Solio nec dignus in isto
Scribere quaternis jura supreme plagis
O Sors dura Nimis Series o ferrea, fati.
Quæ rapit in medis corda paterna jocis.
Quondam Cura Deum Musarum gratia quonda.
Jam Sumq attonitæ, monstra jocusq plebis
Inductio 2da. Reduces Pastores Poetis obviam
Fiunt, a quibq Poetæ ediscunt natu esse Christu
Poeta 1mq Est vestræ quæ Causa viæ, quis jussit inire
Frigora, per Niveos Boreâ spirante Triones.
Past. 1 Parva via nobis, Tuguriis nam proxima nostris
Vidimq Attoniti Nuper Miracula Cæli.
Poeta 2dus Quæ refers, Pastor. Media sub Nocte Caterva,
Pastorum, puerq mei, jumenta gregemq
Pervigili Cura dum vitabantur aperto
Prodiderat Lux magna solo Cantuq Deorum
Dulcisono trepidas recreabat flamine mentes,
Tunc Niveo Clarus vestitu ac luce Decorus
Accessit Genius, mandans invisere Natum.
Quam prope Bethlemicam Rupem præsepe recepit
Nos timor incessit Gelidq per dura cucurrit,
Ossa Pavor, pueri linquunt Armenta Gregesq
Indefensa, Novæ fugiunt consortia lucis.

Sed mihi major erat Mentis constantia, neq
Aufugeram Sociusq meus, sed ipsa Deorum
Puer Past. Explevi vidi Puerum mea Gaudia Natum.
Sed pacem nobis ab amico Sydere missam
Felicesq Dies Genitor Narratio truncat!
Pastor 1mg. Inconsulte Puer non interrumpere discas
Sermones Patris unde tibi hoc ~~audaci~~ audaciæ tantis
Obstrepat ut dictis vox dissona, mene putasti
oblitum pacis? licet annis ægra videtur ~~... longa patentum~~
Est tam illa tenax ~~longa memoria ...~~ præteritum
Ast ego Cælestes rumores pergo referre
Cum Genitor vidit pueros fugisse relictum
Afflatus Patronum trepidas deponite mentes
Sed potius properate invisere Natum.
Poeta 2dus Longa Senectutis Narrasti Somnia Nobis
Pastor. Vera Loquor, dictisq Fidem facit ista Senectus.
Nos vigilis noctis agimus Nec seni via nobis
Obrepunt, tutosq gregesq Custodia reddit.
Grex aderat terreus Subtracta est Agna Capellis
Sed majora illi Reges modo dona dedere!
Quis Nova ab alto deduxit littore Stella
Poeta 1mg Quid narras! Reges infanti dona dedere.
Pastor Vidimus his Oculis Reges et munera Regum,
Poeta Heu Socii Non vana puto isti Somnia fingunt
Pastor Et vos quæ Puero tribuistis Munera Nato
Gallum ego mirandæ proieci ad limina rupes
Puer A longo stabam reverens sacra limina tecti
Lac pro me Genitor dedit ac ex Lacte paratas
Langeras domo Matre dapis; hæc munera Nato
Obtulimus; vidi Puerum frigore nec illi
Vestis erat simili vestivi pelle trementem;
Poeta Sentimus Socii fuerunt num vera locuti
In Bethleem vertamus iter nasfunere nti
Vasis Turbatâ Cura viâ distrahet ista,
Poeta An non hebreus puer hic qui Lumina nra
Sed sua Patriaq jubet decedere Cælo!
Poeta Sed quibus hæc audere viribus, ista potentia
Facta decent illi vero similia Æther
Cælestisq Anima et quid fulgeat igne
Poeta Si Superum Regno lapsus puer iste fuisset
Cur Regali non posuit Cunabula Sede.

Poeta — Nempe Orbi non contigerat nec terra latentem
Cognovit Dominum, quo tramite Bethlem.
Pastor. Recta itur facilesq vias lux ipsa docebit.
Poeta — Pergimus o Socij Poet Comites nos Summa via.

Inductio 5ta.

Poetæ Christum natum adorant, In Apolline eligunt.

Poeta Ang: Vera Dei Soboles et lucis imago Paterna
Quis te amor in nostras, Cœlo mittente coegit
In plagas! Anniq vices Brumaeq rigores;
Latrantes Euros et murmura ferreq Noti.
Non illa tibi Non Curia plena ministris
Antra Domus tectum dat Canna paleaque cubile,
Durum Marmor habet famuli jumenta pecusq
Huc Socij vates huc Carmina ferte Camenas
Hic Phœbus Calor iste Metris hic Entheus isto
Metra suis Superis meliori Pneumate vivant.
Poeta — Felices vatis fasq o funera mille
Exoptanda Nobis quid Nobis lenta fuistis
Cur tarde ad Stygias descendit Apollo Cavernas
Nostraq Sibi tiq sentissent Numina flammas
Aeternisq Instructa rogis Celoq ruissent
Præcipites Superi Cœliq te Principe Nostras
Carmina prodissent Terris jam Damno Poëtas
Noster abhinc vestro vegetabit Entheus Ore.
Poeta. Ejuro Poëtas Musas fictus et Apollinis Aras
Pegaseos Sperno latices et frontis honores
Quos parit e Sacro Nutrit Parnassia fronte
Nec Hypocrenis refluant mihi Carmina guttis.
Nulla profanato quæ crevit laurea Colle
Frontem Cingat abhinc isto mihi pineus in Antro
Rupis Parnassus Viciniaq flamina rupi
Castali o pro fonte bibam mihi laurea fœnum
Quo Stratus Deus ipse jacet sed Virgo parcusq
Pierij Sit musa metri qui stringitur infans
Fasciis Sit Vatum Princeps et Apollo Legatus.
Poeta 4 Hoc mihi Surgent Sole dies hic Sæcula Phœbus
E proprijs Ortus lacrymis, (Quas Bruma feroci
Evocat afflatu in ventisq timenda procella
Causat) metitur Felix promittitur Aras.

#
JMJ

Augustiq Dies Dum Virgine Splendet in istâ.
Titan mitescent Fatorum Saxea Nobis
Sæcula, Dum liquidas lapides Solvunt in Undas
Sic promittit Amor, Sic mens præsaga prophetat.
Carminis ergo mei jam post dicertis Apollo
Et Vatum tu Lumen eris, tibi Serviet Omnis,
Turba Deûm, Stratoq tibi Parnassia lauro
Serviet, et facilis Cernes ad jussa Securos
Non desunt Pharetræ non Desunt tela Beatq
Qêis fexit, et fidos famulos amor ipse sagittat.
Hic nos lædat Amor, propria Tibi Stringimus arte
Nempe ligata tuos, Ars obligat ipsa fluentes.

Ad M: D G. B V H.



Ad M. D. G.

Menstrua Secunda

Symbola in XIV Generales Socti̅s IESU

Prologus

M. Karmazales

Trans Rhodanum Tybrimq vehor quo Roma Deorum
Mater septeno numerat miracula Colle
Dat victis ubi jura Viris Mensesq Triumphis
Computat Illustresq dies Victricibus horis
Crescunt ac Anni redeunt ex ordine fasces
Nō tamen in Latii Capitolia Celsa quiriti
Pierius jubet ire calor nec scuta Latinæ
Metra Lupæ ferient minimas petit Intheq arces
Ogniadum domos Pietas ubi maxima Patrū
Æternā statione manet parvosq Penates
Extendit factis. Hos metro tudite Musæ
Ex summa exequis comprendite facta Camœnis
At vos Loyolæ Versus, Urgete Nepotes

S. Ignatius de Loyola
I Generalis Societatis JESU

Hæresum Domitor

Fugiat Hydra septiceps quam Herculis fax necat
Lemma hoc urimur igne
Africa Monstrifero bene nota Colonia partu
Et docta in mundi Monstra creare necam
Ingenium tentasse suum per monstra Videt,
Pestiferasq feris visa probasse manus
Unam septenō dum vertice finxerat Hydram
Quo fæcunda sua morte venena tulit
Nam licet amulto cecidissent Vulnere cristæ
Vultibq implebat vulnera facta notis
Hanc jubet Herculeis Juno infensissima factis
Insygias rapta pellere luce plagas
Ipse faces clabamq liberans quassata cremabat
Vindicibus victor Corpora strata focis
Nec minor Herculea. Vestris Pater igneæ flammis
Gloria Lutheri quæ fera monstra necant

Errores Luthere Tuos fax ista perurit
Ac alit aeternos haec tibi flamma focos

6. P. Jacobus Lainez
II Generalis Societatis Jesu
Honorum Contemptor

Pingatur Triregium Papale Soli oppositu umbram jaciens
Lem Decus geminatur ab umbra

Purpureas Phoebus surgens rediviviis ab ortu
Jecit ut in nostras ignea tela plagas
Jecit et in latias nuper sua lumina vittas
Stantes umbra sequax mox imitata minas
Umbra decus geminat summos nec auget honores
Nec latet in latebris trina corona suis
Quamvis Pontificum fugias Jacobe coronas
In medio quamvis transfuga nocte lates
Non deerunt nitida summa sub nocte latenti
Fiet et ex umbris altera vitta tuis

Sancti Francisci Borgiae
III Generalis Societatis Jesu
Pietas in Sanctos Patronos

Pingatur Tubus opticus stellas coeli respiciens
Lem Tantum mea sydera specto

Cum sua per nigras spargit nox sidera terras
Et vix non claram nox imitata diem
Applicat oblongo sapiens sua lumina vitro
Ac numerat docto sidera multa tubo
Venit in affectus ars forsitan ista poetae
Venit et in nostros jam sica metra pares
Ista tibi Francisce fuit pietatis imago
Depingunt oculos optica vitra tuos
Optica vitra velut tantum sua sydera spectant
Sic tantum superos lumina vestra petunt

P. Evarardus Mercurianus
IV Generalis Societatis Jesu.

Amator Paupertatis

Pingatur Arithmetice Numerus 10

Lemma Post habito pretiosior Orbe

Dum docet attonitum mentis miracula mundi
Et numera multas docta Mathesis opes
Unica si tantu' recta stat norma figura
Vix aliquid spondet sors numerosa tibi
Se fit post habito numerus pretiosior auro
Si sequitur numeru' cyfra rotunda suu'
Et tu dum forti calcas Everarde cothurno
Quas offert blando pectore mundus opes
Dum fortis sphaeras pondusque rotabile spernis
Post habita fies ditior ergo cyfra

P. Claudius Aquaviva
V Generalis Societatis JESU

Omnibus adversitatibus major

Pingatur Cythara quae quo magis extenditur
eo magis sonat

Lemma fecit torturam sonoram

Musica du' Cytharae resonantia stamina torquet
Et sibat extensas aure manuque fides
Hos Cerinuls quondam visa est cecinisse dolore
Ipsis recreasse fides vulnera dissa jocis
Quamvis transversa distendor ab arbore nostram
Torturam pensat gratior inde sonus
Et te Claudi Orbi fecit Tortura sonora'
Dum premis invicto vulnera multa sinu

Sic tua vocalis toti patentia mundo
quantavis tuta funera mente feras

P. Mutius Vitellescus
VI Generalis Societatis JESV

Primum Societatis Saeculum claudit
Pingatur stella dicta Venus quae Oriente praecedit
solem eademque occidente sequitur
Lemma Occasus spectat et ortus

Phosphore venturae certissima signa diei
Praecedis roseum luce fremente polum
Ac iterum occiduum mutato nomine solem
Hespere in ausonias quid comitatis aquas
Nempe tua nostri confinia luce serenas
Temporis et finem principiumque dabas
Pectora lassa sonant. Superi quae monstra feroces.
Expandunt rictus. quis me loca ambiet horror.
Undiq; quo me verto ferre fugiamus! at omni
Cerno Monstra loco! Miserum me Colla Draconum
Vasta tument! rictusq; cient in funera! Princeps.
Infelix Genitor! Dapibus permixta venena.
Heu! Sumpsi! O laris! O Spectacula Ditis!

Auferat heu miserum Si qua Clementia Diti
Visceribq Sopite meis ferrumq; Necemq;
Huc famuli misero gladios fatum ministrant
Huc famuli peto ferte Necem truncate scelestum
Heu iam deficiunt Nimiis clamoribus. Ora.
Ultima jam castra impendo suspiria Voci
Huc famuli veniant dextras huc Aula ministret!

Scena 4

Adveniunt Ratislai Aula advertit Eumsa-
nuisse.

Infelix fortuna Ducem quae traxit ad Aulam — Aulicg
Deucalionis opes. & dira spolia ferarum.
Infelix Genitor dapibus. vinoq; sepultum. — Ratis:
Reddit his Aulis heri mihi Regna thronumq;
Pollicitus, Natum mendaci pectore strinxit
Nunc in terrores, Natura & monstra remisit
Trusit & in septas. natum serpentibus. Aulas.

Aulicus. Num fallor! portenta oculis quæ cerno! Seniles
Ratislaus. Indutus crines. Princeps. Barbatumq. quid inquis
Aulicus. Canos. fronte fero! senium stat vertice Princeps
Ratislaus. Heu Superi cano me vertice diciris esse.
Vitrea imago. mea Speculatur frontis honorem.
R. [illegible]. O animi Aulores! o impia flamma superbi
Criminis auratos detexit, vertice crines!
Decrepitum nox una Senem! nox parturit una.
Ætatem Scelerum! cana iam Crimen adultum
Fronte lego; pensatq; dies. Scelus ipse superbit
Fastus, crine nitens; Voluitq; superbum
Sic argentatis Crimen Regnare capillis
Maturum Solio fecit Scelus! impia natti
Sæcula non annis numerat sed crimine. Tempq.
Ergo pro patriis Volui quas ferre coronis
Cæsari es Scelerum mihi tempora cana recingit

Scena I.ma Amor concludit Ambitionem detestatus.

Darmo mysl do honorow pyszna zawoduie.
Wiedzne u swiata imię purpurą kupuie.
Niespodziana siwizna uczy Ratysława.
Przedzy w życia ij stawij mecie pycha stawa.
Prętko sława świecie, ij imienia słyma
Tanicie kogo pyszna puchlina nadyma
Iak gdy burzliwym wiatrom żeglarz nawz zwierzy
Rozbuiany nie trafi dokąd drogą mierzy
Kto prętkim dobiec sławy usiłuie krokiem.
Niech pyszne nadgrodei gory mila krokiem

A. M. D. G. O. S. S. I. Honore.

Annus 1713 in 1714

In Renovatione Studiorum R. P. Casimiri Hicki:

Inter Ferreas Regni tempestates, inter diuturnos irati Cæli furores, inter cruenta Civium funera, non ægrè se colligit Oratio, pro Domo tua Polona Pallas. Audit nimirum benè & audit etiam inter armorum strepitus Orator, tonat inter fulmina Pericles, inter seditiosos Catilinæ tumultus, aureum os Imperii Romani triumphat Tullius, inter procellas & murmura fontium personat Demosthenes canit inter Saxa Orpheus. Acuunt calamitates ingenium & calamum, & ab adversis sumit pretium, fatis omnibus superior Sapientia. Ferream haud inficior ætatem vivimus Poloni: horret Sermo si ad memoriam & tabulam, clades, funera, & quantum mali in Poloniam invectum est revocent. Gemunt cruentæ Procerum Domus, armis & opibus deprædatæ lacrymantur Urbes denudatæ suis anathematibus lugent aræ: homines et ipsi agri gemunt. vix lolia & tristes avenæ relinquuntur. Jamque alii in exteris miseram posuere coloniam: alii omissis obque vitam quoque sibi eripi optant. Quid plura? exhausti tributis Districtus & Provinciæ, lassa Civium æraria profusi innumerabiles thesauri & adhuc miles eget. Urbibus agrisque non parcit ut ultimas fortunæ venas scrutetur. Quæ nostra Poloni Conditio? bellum geritur & non est belli finis sed labor laboris. Bellum hoc, quia civile, plusquam bellum est, quod quia majoribus odiis geritur, ita cæter arma sævitiam assumit verè cruentam, quia sanguinem æstimare desiit. Per calamitates ad calamitates pergimus, et vinci melius aliqui putamus quam non pugnare. Videbantur obsidia tot urbium funera, quot pugnæ, tot hominum laniena, quot agmina tot ruris supplicia, quot acies & catervæ, tot furiæ ad exitium agrorum hominumque armatæ.

Parcite o Superi! etiam vos iratos nobis intulistis manus. Non satis nimirum malorum erat, nisi & suum pestilens aura effunderet virus: parum calamitosus foret Regni status nisi in partem calamitatis Cæli veniret furor moeres deplueret. Colligo verba & querelas. Polonia nuper Aquilarum nidus, Heroum Patria, libera vocis theatrum, gentium alumna, cernebatur. heu nunquam sat deplorando fato. Leonum ac hydrorum cubile, armatæ servitutis theatrum, gentibus ludibrium, Felicium Orbis Prædonum spoleum, Civium Sepulchrum

Sed quo me tristis abripuit Scena? Vilium sunt hominum suspiria? deleantur lacrymæ, claudantur imo pectore suspiria, & sereno vultu calamitas expendatur. querelis & lacrymis frena obiicite: mulierum hæc, non virorum arma sunt. Nutrit calamitatibus gloria, & inter adversa attollitur magnitudo. Quo sæpius agitantur rami, eo firmiores sunt radices: quo sæpius inclinatur arbor, eo altius erigitur. Redite mecum. Optimum est in adversis a mortuis consilium, homines quoque si taceant, oorem inveniunt libri et asperanta sæpe vincimus ingenio, quibus vires non sufficiunt ad triumphum. Neque ullo elogio opus esse puto, ut res a Cælo, a natura, a b ipsa nobis ratione commendata in prosit Sapientia. Omni quippe Regno exserenda hæc virtus, qua & Populi proficiunt, et utilitas gentium Regnorumque benè custoditur. Hæc est enim, bonarum mentium magistra, hæc artium inclyta Parens, hæc facultates auget mores excolit, tristia expungit fata, tantarumque rerum ignarus agnoscitur qui eam minimè quæsiisse sentitur.

Ita

Ita est A. S. Reipublicæ labores vitam lucemq hauriunt ubi Scientiarum subeunt Majestatem virtute cujq, fata mortalium ad publicam pacem et tranquillitatem temperant. Nescit, nescit ruere Poloni nominis majestas. Ad cujq Salutem amplius valet ab una protegi Sapientia, qm ad periculum a multis impeti atq oppugnari. Solem ego dixero Academiam, cui Karnkovii Agnus: sidus cœleste Sua posuit incunabula. Solem inauge, qui Scientiarum accendat meridiem: unde assurgere Sublimiq nequeant. Solem, ad cujq radios tristes fatorum Succumbunt noctes: ubicunq lucet, ond. diem Secum vehit. Ea propter ad Solem hunc vos hodie provoco Polonæ aquilæ. Erigite cæcutientes oculos e densa malorum nube, & irretorto plenum diem bibite oculo, et ceu novi Memnones, quos in durum marmor asperavit calamitas respirate. Mihi fidem, plausum vobis, vitam Servatori. Si Sapientiam ingentem Regnorũ vitam, dedixero.

Si antiquitati fidem adstruimq. Regnum olim penes Sapientes erat. Monstrum scelet erat quo illi Supremis aliquem admovere Sceptris, quem prius non limaret eruditio, non coronaret Sapientia. Noverat bene provida antiquitas, in Regibq doctum caput coronari debere a quo Populorum Salus, Reipublicæ integritas, tutela Imperii gubernas. Et bene. non ex æquo fortibq imperavit ignorantia. Væ illi Regno, cui cum tabula rasa puer est, et ad cujq clavum Sedeat ruditas trabeata. Exhorruit nuper Orbis ad Sonitum & fragorem, cum illa, quondam florentissima Urbs Syracusæ, caput Regni, opumq admirabilium, corrueret. Ubi tot Magni Duces, tot numerosissimi exercitq tot populi, & tmd non totum genus humanum, ad unius Urbis mœnia, aut ferro, aut lue consumptum est. Ardebant Maria, terræ Sanguine mergebant, Cœlum ipsum si attingi possit corruisset. Unde vero, tantum malorum Iliades, unde congeries! dicat Livq. In Sicilia inquit Romanis omnia confuderat mors Hieronis Regnumq translatum ad Nepotem, rudem olim et tam ferendæ libertati quam componendæ licentiæ imparem. Ita est. literis Regna constant indocilitate & ignorantia imperantium dilabuntq. Regina mentium, & Regum moderatrix, decusq est Sapientia. hæc Clavus est Imperii, quo Regnorum felicitas gubernatur. Anchora est quæ castigatam ventis et in præcipitia actam carinam tenet. Illud ego Regium credo efferri Supra capita vulgi, non tam externo capitis cultu, quam interno mentis: Cumq exercitq famulantium augustum latq obsidet & in aditu Palatii innumerosa excubant vigiliæ literas quoq excepisse animo, aulicas fecisse musas, Sapientiæ Regia donasse et corona. Quod Si ita est. quo vos nomine Consecrem. Titan Auguste: qui ultra coronas, plus in capite ferebatis. Utinam plures quam tot numerares Soles felicissime Orbis Rector Auguste, qui teste Suetonio & Dio, aliquot horas decretoriis belli curis detrahebas, quas literarum studiis impenderes. Vivit adhuc vivetq in memoria posterorum Philippus Macedo, qui Athenis auro efformatam Demosthenis linguam in Regali fortuna circumtulit quasi non Satis gemmis Sua arderet Majestas, nisi Regnorum gemmam & primum caput exciperet Eloquentiam. Taceamne Dionysios Tyrannos Platoni in aureos curru aurigantas, Alexandros Severos Ulpiano ad venerationem et tutelam paludamentum Suum obtendentes Justinianos Sigismundos vertentes aulas suas in literarum domos. Quid illud Orbis miraculum, bellicæ fortitudinis compendium, armorum literarumq Paranymphus Alexander Macedo. Cogitate invictissimum Heroem, et curis & vigiliis fractum, illud ingentis animi domicilium, regale corpq componeret quieti, Homeri Iliadem capiti Supposuisse. O fidum Regii corporis Satellitem! O commentũ Sapientissimo ac fortissimo Principe dignum! O facinq Soli non impar Alexandro! Nunquam delicatiq dormitasti Homere quam eo loci ubi se lassa reclinavit Majestas. Te vero Imperatorum Vigilantissime, q'in

præsens

in Q[illegible]ens sunt Somnia? q̄ sopitæ mentis agunt commenta? grande aliquod dejecto corpore volutat animq, novos forte (circa Anaxagoræ omentum) mille effingit orbes, et se novum millies victorem salutat. Aii augustiq Regio capiti, quam pretioso Darij Scrinio inclusa Illias redivivum repræsentans Agamemnonem atq Achillem æmulam ad virtutem, hortat Ipem, cogitq esse insomnem. Quidquid porro illud est. Quod tibi Regum maxime amica reddit quies, illud in confesso habemq Orbis Spem, totumq Regnum secure quiescere non metuere fatorum noctes, pro cujq tranquillitate & salute vigil excubat Sapientia. Hinc illa quotidiano e consortio fortissimi Imperatoris vota audivimq ad unig linici fortunæ ex tam alto gloriæ Regnorumq fastigio demittentis. Ita me Dij ament, ita manum meam in prælijs magnus regat Gradivq. Ut nisi Alexander essem Diogenes es vellem. fidem? quis ille literarum amor in Purpura? quis Sapientum honos in Corona? Jam Palatia Scholæ st Regum, quibq Regnorum integritas proficit. Jam Imperantium Coronæ Oratorum linguæ, quibq velut acutissimis gladijs aut telis dissolvant fata, expurgant adversa. Jam Sapientes velut Regnorum Soles aureo vehunt temone, toti auream orbi sparsuri diem. Jam Eruditorum libri cervicalia Ipum, capita bibliothecæ sunt. Jam eversatili Diogenis dolio meliq gemmæ bibunt, quam ex auro salus Regnis propinat. Credite credite Auditores. Divina res est Sapientis animq Divinæ mentis partq Sapientia. Subito Palatina fastigia invadit Ipum quos Deorum sanguinem n. assentaō quidem fecit, sed literarum communio in Dnths transcripsit consortia. Regere cum populis videt etsi vertices exsurgant coronis, cujq ultra Populos non profert se eruditio et in suo Regno Regnum musis non adstruit Majestas. Hæc q̄ â Cælo Spum trahit, cælo vivit. Quid ultra? nulla inter astra insidias struunt ad fata mortalium. Nihilq animq fortis, nisi fortunam et securitatem a Cælo sperare didicit. Contra omnia discrimina et fata expeditionem sibi indicit eruditio. Aurum, gemmæ et cætera q̄ cupiditatem alunt, vilissima sunt pars rerum, et tumuli tm̄ vocabula. Sola et se et Regna fatis eripit Sapientia.

Ita Antiquitas reputabat eos, male dominari terris, nec e publica utilitate regnare, qui argenteas Palladis hastas Coronis aut Demosthenis linguas non interserent.

Ad vos jam Sapientissimi extra Græciam Athenas et Thebas Poloni cives medelabiq in venq assurgit dictio. Audivistis Trabenta Veterum nomina Sapientiæ, Athenis, Thebis, Audite in Polonis. Vidistis Coronatam in Romanis, Purpuratam in Græcia, Sapientiam, Solem ipsum Scientiarum inspicite in Polonia. quem nostris Athenis invexit Harnkovii agnus. Poloniam dixi. et jam Athenæ noctuarum nidq, Græcia monstrorum lerna est, Stoa prolapsæ veritatis cadaver. Poloniam dixi et jam Theologorum sidus, Animam Philosophantium, Oratorum Regiam, Eloquentiæ Capitolium, Eruditissimorum Patriam, Reginam Sapientiæ cogitate. Relucet in Theologis Aquinas, Vivit in Argumentis Aristoteles, animas in Rationibq Pitagoras, et iterum tacet, quod se majorem in Polonia inveniat. Per Fidem? Quæ ingeniorum profunditas Theologorum mania et Euripum Aristotelis non amnem aut fluvium quendam aluisse Poloniam credo. ad cujq ripas et ingeniosos difficultatum vortices si supervixisset hodie naufragium peteret ipseq. Mathesim in medium adfero, et jam ut sic dicam, in terris quæro astra, quæ cælo inseram homines qui ad Deorum naturam accedunt. Jam Regna Provinciæ Urbes, Cælum ipsum, quo nil altiq occurrit aspectui, uniq sphæræ angustijs claudis, in punctis contines in circulis et lineis gemit parallelis. Quid Rhetoricam Artem benedicendi

memorem

memorem. Unum Ossolinum adduxisse Satis est. Ast non aquilarum Solum sed
et olorum Appollinis Volucribus Palladios, nidus est Sarmatia. Pirrhus in Annulo mu=
sas cum Appolline, Lechi in capite ferunt: ex Jovis Cerebro Semel. è Polono toties
erudita prodijt Pallas. Nulla vobis Heroes Poloni cum Macedone quies dulcior, quam
in erudita voluminum Iliade, nulla illustrior dies quam inter Atticas Gellij noctes. Ces=
sate lites Regnum Poloniæ Regnum est Sapiens. Lyceum quoddam Palladiumque videtur
esse Polonia in qua Eruditissimi Nepotes sunt, nontam Senio aut annis quam paginis
ac codicibus impallescunt. Videat Athenas quisque antiquitatem Stadiorum jactat; o=
mne illud Græcæ Sapientiæ acumen, in fidem græcam abiit, ubi intra humanas Scien
tias, ultra hominem Sapiunt Poloni. Etiam Sapiat Magni, quæ aliorum magistra est.
Nova hæc Sed erudita laus vestra Lechi Sapientiam docere antiquam, & invenire novam,
Scire quod ætates Præteritæ nescierint, erudire Præsens Seculum proponere futuris an=
nis Unde Sapiant. Miratur Sane Sapientia se veterem & novam, miretur Scholam una
Polonia, uni Polonorum ingenio. Itaque pace tua Erudita Antiquitas Reges Re=
gibus Sapientes obijcio Sapientibus. Vladislaum & Premislaum memoro, vel in ipso
coronato nomine laudem Sapientiæ, Securitatem lego ~~[illegible]~~. Uterque et Regum
titulis, et immortalibus factis Serenissimus. Alter in Smolenscum Virum in arbo=
rem; alter arbores in vires animavit, armavit in Pannones Suo uterque nomini
virentissimum ingenio trophæum, unde legerent posteri potentiorem esse indu=
striam ingenij ad Victoriam Viribus aut armis. Taceamne terrorem hostium,
Regum Numen Invictissimum Joannem IIIium, in bello fulmen, in pace ingeniorum
Sidus. Non minus rapuit Spectantium oculos pugnando, quam audientium aures, loquen=
do Semper inter arma et Studia versatus aut corpus periculis aut animam exco=
lebat disciplinis. Dissimulare non possum palmam illius expeditionis ad Zarownoe Speci=
men ubi non curribus aut Equorum pedibus, Sed Regio Sapientissimi Principis ingenio
triumphatum est. Illusum felicissime valido hosti, pulcherrima spe pacis quam
tamen ille omni bello formidabiliorem timere debuerat, si quem illi tunc timor Sen=
sum reliquisset. Iter hosti Regum Sapientissime in Patriam reliquisti, ne deessent
quos Sæpius vinceres, Sive ut abiret in orientem tuæ fortitudinis impulsu, Sive Spu=
mantibus Principes reditu equorum frenis, palam faterentur, quam ægre redirissent.
O domitas fortunæ vires! O fortunatam diem. O vere majores viribus artes! quid
vero ad Viennam Vindicatus Orbis, ubi a Sapientissimo atque ac fortissimo ingenio
tuo didicit magne Rex timere mundi terror. Composuisti mundum pene eversum.
Rumpatur invidia. Siquidem Omnium tunc Regum omnium Nationum disputationem
in plausum vertisti: Et jam permiscentes se Orthodoxis Lunas Turcicas tuorum
curribus egisti triumphorum. Nempe eo loci Castra felicitatemque posueras, un
de trux tot trophæis Regnorum supra modum elatus non descendere Sed cadere
debuit. Stetitque nunc tuis genibus minor oriens, cum Orthodoxo divisæ ferro,
ipsæ a brachijs tuis ad pedes tuos Subsultabant barbarorum Cervices. Vidimus in
te facilius Summarum Provinciarum, quam Tarquinium Summorum Papaverum capita,
deponentem. Audivimus Turcici Martis Machinas non Sensimus, ignes aspeximus
Sed fatuos fumum vidimus, Sed qui nobis Splendorem adferret. Eousque Sapientissi=
me Ingenio tuo demens barbaria venit, ut ex illa parte Salutem Speraret, quæ
tantum in Vulnus ivit. Sed hic est ingenij tui triumphus, ut diutius possit perire
hosti quam vivere. Debent tibi Regum fortunatissime finitima Regna. Debent
omnia orthodoxa Imperia plausum. Discent Secula quantus sis, qui uno
Clypeo Russiam, Podoliam, Prussiam Poloniam, Silesiam, Valachiam, Imperium,
Orbem denique universum Sub ingenti bellorum mole protegere potuisti. Cele=
brabit ætas, ventura tanta in orbem Palladia Regiaque Virtutis tuæ decora
quæ tanta gloria pondus Sustinebat.

Quid vero de Proceribus & Purpurato Quiritum consessu dicam! in quo sem-
per patritius murex, sorem Purpuris intendit fulgorem, inter pallescentes paginas.
Audio hic Pericles Olimpios, fasces Imperii & eloquentiae simul tenentes Duces &
Oratores. Audio Demosthenes bellum & pacem in lingua gerentes, Audio Roscios
Sarmaticos, ubi sententiarum pondere, trabeatae Sapientiae confligendum est in
incruenta (non sine mutuo plausu) arena Peripatheticos. Mirari satis non possum
humano fastigio majores in Sacra Polonae Themidis Curia Judices, Consiliarios
in Palatiis, in comitiis Oratores ad quos eriguntur Aures, Subsellia assurgunt ac
Secula, quemcunque illic e consessu Polonorum audias est ad quod fastum ponant
Athenae, et Rostra Latium. Ita demum ad Oratorum Coloniam, ad Orbis spes Legatio-
nem; quot hic novos Cyneas numerat Polonia. Ossolinios, Lipsios, Radivilios Opa-
lenios (et ut Sexcentos omittam) tanta gratia Sententiam dicentes, ut ex Isocratis
mente Sacrificasse gratiis viderentur hocque unum, quoties dicerent in publico, timerent
ne quando desinerent perorare.) Certe Illustrissimus Ossolinski Cancellarius quam quod e Septemviris
Imperii, Vir Consilii dictique Extemporalis ut plurimum Orator. Quantas haberet ad
Suadendum vires, Roma ipso Stupore confessa est Cum ad Vicariam in Terris Numinis
Majestatem peroranti de genu, assurrexit novo Videlicet Cyneae Orbis motu
Spectaculo. Ut taceam alios, tanta Ubertate ac Suavitate eloquii affluentes, ut non de-
libare, sed exhausisse Oratorum flumina, & omnes gratias in linguas traxisse videantur.

At vero multum in amoris Virtutem peccare viderer, si tuum, Sarmatiae Pug-
primatialis apex gloriae, Gemma Maecenatum Fundatorum Idea Princeps Primasque
Regni, Nomen Silentio Sepelirem: quem muta etiam et elinguia fata posterorum lo-
quuntur memoriae. Quoties ego in aedem hanc in qua Nobilissimum & virtuti Religiosae
et excolendae juventuti; Supremo vero Nomini Tuo munificentissimum erexisti tro-
phaeum, oculos conjicio, totius insignem Religionem, Singularem prudentiam, Soli-
dum Domus tuae, & universae Patriae decorem inte mihi videre videor. Non ego credi-
dederim Casu fortunaque Hankovii Agnum Orbi Polono illucere Primamque Regni in-
vestire Academiam. In hoc vellere, dira fatorum frangitur temeritas, hoc candore
infimarum pelluntur noctes, dies Scientiarum ac Polonae felicitatis acuit. Doctorum
pallia, de hoc fabricata vellere, ita Scientiarum adornant majestatem, ita ipsos Theo-
logorum Soles involvunt, ut fatuos extinguant ignes, ut Patriae integritatem foveant
Supremam fortunae protegant molem, Vitam denique Sarmatiae tot fatorum oppugnatam
telis intuto conservent. Ingentia haec sunt quae dicunt de vobis Chirones Sarma-
tici, quorum linguae, quorum paginae Scientiarum compendia sunt. Collegistis in illis
quidquid doceri potuit aut sciri. Impallescitis ad Aristophani Lucernas Philosophi, ad Aqui-
naticos Soles evolatis Aquilae Theologi ad Archimedis Sphaerarum Caelum circumscribitis
Mathematici. Rostra Tullii implevistis Oratores Aganippeos latices exhausistis Poetae. Ve-
stro Spiritu animas orbis Lechicus. Eruditio Vestra Vita est Lechiae, Vestri sudoris gemmas
orbis Exterum haurit Respublica, in dies ad libros expirantes ut immortalem gloriam Lechiae in-
spiretis.

Quanquam injurius ego sum in vestram indolem Nobilissimi Scientiarum Theopompi
Poloniae spes & decora: nisi a vobis fora sperem, quam eloqui possim. Ibitis in exem-
pla posterum, eritque ingens successorum miraculum vos fuisse. Insultemque aureo Sa-
turni Seculo, aureos quidem fontes, et plumbeos rivos ferenti. Opponamque Graeciae nostrum
aevum Omnes hic Theopompos nemine Ephorum inveniet Isocrates. Nec aliena tam et antiqua
mirabuntur, desineque Oratores summos sub peregrinatorum Sole et Seculo quaerere. Ridebitque
eorum opinionem, qui corruisse credunt omnem ingeniorum florem, et ad faeces nostram subsedisse
quasi jam omnis literarum gloria lassa aut fracta temporis senio corruisset. Legent ex
vobis

vobis cum Puteanus posteri una cum seculis florere ingenia ut mox deficiant et deficere ut renascantur. Vos suggeretis historiam, dictabitis fastos calamos & ingenia scriptorum & clare factis erudietis. Eripietis avaro tempori posthumam eorum gloriam quoties eruditos parti in longam ituros famam vestri capiti donabitis, collegetisq capitolium.

Arma contra Orientem movenda

Illa hodie tuta sunt pericula. A. S. Ruunt integra cum Regibus Regna nec alias collisus emissum dat signa fragor, quam concidentis Europae. Iam a luctu totus pene in Erythraeum mare confluxit Orbis, Poloniae Vandalis, Germaniae Rhenus, Sequana Galliae, Iber Hispaniae, non hostili rubent cruore quam effusum civilibus armis sanguinem erubescunt. Hiant lacerata intestino bello Poloniae viscera, nec aliud per scissas dissidiis transparet rimas, quam lethale vulnus et excidium. Sonant ubique adsciti fulmina Martis. Sed tanta tonitrua, majores a Baltico Oceano procellas, indomitam ab Aquilone tempestatem: ab Oriente occasum Poloniae ominantur. O Fortes Polonorum animos, quibus frangendis unus hostis exiguus, impar fuerat fatum.

Bellum ipsis arripiendum est. bellum tot seculis formidatum, tot exercituum cladibus exitiale, excidio Provinciarum funestum: ingenti Valachiae Moldaviae Ukrainae, Podoliae, Russiae vastitate luctuosum. Bellum inquio et vinci, praeter acerbitatem doloris, aeterna labes est; et vincere inter clades numerandum: quia dum victor, ingenti victo imminitur, sevit in seipsum. Bellum: inquio Oriens Polonae opponit Aquilae. Quid agimus ignavi Sarmatae. Num inter tanta Patriae incendia cum Nerone videbimus? et cytharam sumemus non clypeum? mirabimur hostem, non aggrediemur? Habemus adhuc militem, duces, quibus ad militiae peritiam, famamque nihil deest praeter immortalitatem.

Quare hodie istud classicum canamus. Lunam clarescere cum soles Sarmatae e tot fatorum noctibus emersi, diem accendant Patriae. Paeana quidem et victorias super mensam memorabimus, sed dabis veniam. A. S. Armorum tumultibus ne terrearis: ita de aliorum decerpemus victoriis. ut et tibi sedenti [illegible] et hos gloriae dies afferant. adeoque triumphare possis non pugnando. Genti Lechiae nulla magis decora purpura quam quae hostium rubet sanguine: nullus augustius trophaeum quam quod munit hostilis cruor, prostrata fulciunt cadavera. Quod rudis incultaque incesserit dictio: inter annales hostium versari sciatis. Splendor ei nullus est, nisi quod a te audias: tuoque tacito silentio, magis quam nostro stylo adornes.

Omnia suam novere metam A. A. Prima illa Romuli, Remique imperia etsi e mente Flori, ad extollendam magnitudinem suam adeo per orbem terrarum arma circumtulerant, ut qui res eorum legunt, non unius populi sed generis humani facta discant, postquam majestate sua, fractis Regnis tolli coeperunt adeo fastu corruerunt ut in ipso Imperio Imperium quaereres. Tantum scilicet populus ille Regnorum agrorumque in potestatem redegerat ut nec ipse aestimare posset in victoriis victoriam: et ludos triumphos non amisisset, nisi se perpetuo sedendo, vincere autumaret. Huiusque M. Macedonis, non possemus demirari cineres, ni in summo fortunae culmine constitutum notavissemus. Nempe vidimus magnas mentes in ardua quaque obstinatius ruere tantoque avidius, quam mortalitatem excedunt appetere quanti instabilius est quod fortuna in summo ponit gradu. Vidimus non immortalitatem decere, quibus aeternitatem aequasse videbant, audacem, et violentam fatorum

licentiam cum nomen non posse vitam rapere. Vidimus Bellatorum manus inter alia fortunae Spolia adversam quoque ducere in triumpho, et ad tumulum in una sepulchri urna cum eadem ingemiscere. Crescant centum supra nongentos annos proxime Caelo, post triumphos victorum insignia assurgat Quercus et suo teneat robore: ubi vero ad summam perveniunt aetatem, ad primam redeunt imbecillitatem: sic quae surgunt, occidunt aliquando.

Sola ne noctium Parens Luna Othomanica inter suas umbras aemulum Polono Soli accendet jubar. Sola ne ubi perennaturum evulgabit suam gloriam! Sola non poterit habere metas? crevit hactenus inter assiduas bellorum tempestates exhaustis Regnorum Provinciis, Regum Purpuris: Sola dulci tot amorum face plena, ad augem summae fortunae pervenit ut sublimi corruat e fastigio. Sic licet non aliae thadae aurorae ad occasum plucere debent, quam suo collucens splendore Thracia. Eo nimirum fortuna evexit Bessum, ut tantum mineretur cladium quantum promisit Victoriarum. Probet Oriens fortitudinem suam toties a Lechis improbatam an verius probatam semper imbecillitatem, et ne uno modo fortunatissimus appareat, novum fortunae suae dabit argumentum, postquam ita illustris conspiciatur ut lucem augere non possit, quin sibi Parentalem; nam se dilatando robur suum, postquam in tantas devenerit angustias, ut evadere non possit, nisi primam redeat ad originem. Et vero quod nam robur Thraciae est? jacent equidem suis insepulta ruderibus tot Lechiae propugnacula: de clarissimis viris exinteree Busta corruerunt, diuturno labore sudatae arces: at nullus diffiteri potest, nisi qui orbis judicio confutari velit; non aliquando Odrysia manu cecidisse, non et alio unquam hostico impetu haec collapsa decora, quam una incuria Polonorum. Adesse nunc (si loqui licet) vigiles in perniciem nostram hostes intelligimus, Atrox ac vetus in oculis renovatum bellum conspicimus. At, desuntne Poloni: Nunc jam cum non habeat terminos, ultra se porrigendi ille tot cladium hostis, hic plurium forte laurearum quam praeliorum Poloniae relinquitur sudandus. Nec nobis at triumphus Macedonis exemplo insistendum est, qui ut novas absque sanguine decerperet laureas dissidentes de Imperio Fratres, tum sedavit, cum suae potestati subjecit Regnum. Nec discordiae flamma excitanda qua deflagret Lunae imperium, non populus seditionibus in tam vasto Regno fatigandus. Nunc Annibalis otra Romanos effatu audendum, Turcas non aliter vinci posse nisi domi. Sola Polonorum manus prius hostem vincent quam cum illo dimicabunt. Luna haec Odrysia noctes amans post tantae felicitatis plenilunium more sideris decrescet, fortunam belli amittet victrix, ad Victoris stabit arbitrium. Inter Avorum umbras illustrem Poloniae spectando in tenebras redibit, ut vel hoc solo felicior apparere possit quod obscurior occasum patietur. Nunc [illegible] agite devota Martis pectora quae praesidia Imperii sui ponit exploremus

Siquis seculorum fastos legere volet, si antiqua interpellare tempora si veterum Historicorum memoriam consulere certique exemplo discet quos illi commentarios ediderint. Toties munitissima Lunae Turcicae castra expugnata, toties accepta clade, quasi jam felicitatis suae et rerum gestarum eventu desperato in atrocissimas redire umbras, quas fieri potuisse dubitasset adhuc orbis, nisi jam extitissent. Huc te provoco fida rerum posteritas! Huc Terrarum Domini! audite triumphatorem orbis triumphum esse. Praelio ferox, ignavus in certamine Orientis Imperator Bisarites. Lunae suae ad montem Stellam posuerat castra, conscius cladis magis quam victoriarum, circumcirca majori opere quam fortuna aggeres excitaverat,

rat, quos proprio, natans, sanguine diluerat, innumeris militibus tormentis vallis
dursissimis saxis coronaverat compedes et vincula paraverat quibus constrictus in
triumpho duceret. Cohorruit ad tantum belli apparatum, nec servire illi, nec
imperare desiderans Tamerlanes, ausus tum aggredi, communem & incertam aleam
praeliorum. Jamque atrox ambo ineunt praelium: delectas Turcarum cohortes, et ipsum
belli robur rapit ad conflictum avidus victoriae animus, tanto ardentius quanto for-
tiorem ad victoriam navat operam Tamerlanes. Instruit acies, sonat classicum:
evolvunt tormentorum flammas, prorsus hic arma capit, cadit, cadit ille hinc spi-
rantia cadavera, gemitus inde morientium, et stagnantes cruore campi funesto occursu
examinant spectatores. Hinc ante pugnam timidus odio turbulentus: jam suorum
clade timidus et tardius in fugam fert quam praelium appetebat. Pars, triumphum de
se inique ferens, se ipsam tollere, (quasi felicius esset proprio interire scelere) pars
succensa furore in hostes ruit, ut vel eo saltem victa gloriose esse desinat. Ipsi de-
mum periculorum mole concidunt, et tumore irreverentiam mutato ut stagnante
sanguine corporum atque animorum vigorem retineant, desperant. Quid multa?
Dicam ne superbus vetat oriens, prohibet deplorandus eventus non modo victoriarum
sed & vitae ipsius desperata palma, homine miserabiliorem se credidit, dum qui
intra sidera castra locaverat, expugnatus a Tamerlane, qui fortunam et ludum
habere voluit, ludus est in una conditus cavea per Asiam spectante populo illu-
dente milite, plaudentibus omnibus circumfert. O volubilem fortunae rotam! O casus
non eventuros! O portentum illudentis & insidiantis fortunae! vidistisne aliquo
seculo calamitosius praelium? quod tunc funestum in Authorum suorum cervices
ferrum intulit cum suopte ingenio semper elati certiores sibi de victoria,
quam de conflictu videbantur. Triumphalem in astris Cynthiae colossum erige-
re voluit, sed Lunae famulantes stellas, stellas illas Scytharum greges insolito
post hominum memoriam prodigio lunam extingui et occidere coegerunt. Sed
non hic stetit campi domina, depressa barbarorum superbia captum ad stellam vin-
cumque Bajazetem liberum tunc cum exulem e vivis misit. et ne morti sepultura
contingeret, cadaver in obscuro abscondit antro: adeo invidit Osmanorum potenti-
am Scytharum gladius docuit posse vinci. Minime fortasse deceret
si triumphales victoris aliorum dies celebraremque nisi etiam Poloniae triumphi
Lunae funebribus lamentis implerent. At ne ex silentio victoriarum nostrarum plausum
suum habere Luna videas Age magnanime victor Polone Mars. Sereniores oculos in
succedentem bellorum pompam reflecte, laurum memora: quae ad Chotimum hostili
irrigata sanguine, Vladislae debes immortalis. Non opus est percensere singulas cum
una hac victoria quasi compendio universa in unum colliguntur. Satis erit Polonae for-
titudinis documentum, uno bello, hostes totius pene orbis profligare. Bellum illud omnium
maximum ad quod ipsa etiam contremuit tellus, effuderat in nos tempestas Thracica:
Bellum non tam armorum ostentatione, quam latente intimis fibris ira, terribilius, bellum
quod terra ipsa sub armorum pondere gemens sustinere non posset: Mari etiam adve-
xerat Bosphon: bellum denique in quo non consiliorum, vix armorum tempus deerat.
Hostes propter cunctatas phalanges, quas arma invictas probaverunt: Asiam totam in
societatem armorum: stellas etiam Scytharum greges famulantes sibi Luna advoca
verat. Asiam totam in unionem odii pertraxerat (quasi non suffecissent quos domi ha-
berent qui poenas audaciae exsolverent) etiam campo Chotimo, barbari castra locave-
rant, locaque ad corpora infodienda, ante pugnam nobilis in ipsis Tyras-fauibus ut si non
sufecisset propriis Lunae cruor, aquis bellorum sitim extingueret. Actum iam pene e-
rat de Polonis, ni in ea tempora incidissent quibus naturam ipsam fortunae cedere coge-
bat Regum invictissimus Vladislaus. Non titubavit sub tanto pondere, imo palam orbi
fecit proprium sibi vincere eos, quos caeteri formidarent. Venit, et ita hostem cecidit
ut amplius non possit cadere. Alios vel solo metu, in Tyram praecipitavit, alios arma
deponere, alios Polonam adorare dexteram coegit, alios ne morte dignos, vita donavit,
audaciamque silentio ultus, ut non tam de hostium deleto numero, quam de singulis trium-
pharemus. Nec rem imparem In Regum invictissime mereris Lauream:

alter

alter Divi Tui Macedo: quem Superi ipsi posteritati prodigium infuderunt, ut Patriam tot
concussam atq laceratam periculis restaurares. Qui non prius Regnorum solio adiisti
quam Regem te in campo Martis probavisti: meminere campi illi, nullis magis, quam
laurearum fertiles, meminit Arx Chotima, quis in bello et victoriis referendis fuerit,
Joannes Tertius. Potuit illa efferata tyrannis in Polonas clades prumpere: invida semper
Coeli nostro Cynthia exoriri potuit, infausti sibi belli facem accendere potuit, vires omnes
concitare, at Te Duce Regum invictissime, vincere non potuit. Vastare ille potuit, ille major
pars animi, Ukrainae terras, Solem Podoliae extinguere, et postquam Te bellorum strepitu,
velut classico quodam evocavit, prius se victum quam te victorem vidit: Tunc demum
cladibus suis sanguineq hostes signati sunt, quibus a Polonis Sole extincto, Lunae no-
vam bellorum accenderat facem, postquam non tam Victorum robora, quam Te spectavit impa-
vidum dedisti periculo, ut Patriam Securus animares. Tunc vires suas agnovit Thracia,
cum quidquid monstrorum ostentaverit Tui conspectus radio delibuto, in spurius perniciem
degeneravit. Novum te ad Chotimenses Cannos et gloriosiorem vidit orbis Annibalem, qui
stricto vagina mucrone Heroibus Gentis ad non dubias victorias Semitam ostenderes. Inse-
rant altaribus Trajanos Plinij: extendant Curtii famam Alexandri, fastos impleant Caesares
et Pompeii: nos dicimus Orientis Domitori non occurrere par nomen. Audivimus feras
in caveis mitescere, sed tunc primum vidimus & admirati sumus, cum sua opinione invictus Thra-
cius exercitus, liber et adhuc vivens conspectu tuo exanimatus non decertare, sed in sinum tuum
cadere maluerat, ut vitam acciperet. Fateor. Nonullos audacia et ferociens ingenium sti-
mulaverat, arma vovere: Sed causa fuit ut a tua Victrici dextera occumberent, imo caete-
ros anteire, ne ad tantam felicitatem pervenirent. Sciunt equidem Thraces Polonis etiam
hoc calamitatis suo fortunam esse in manibus, quam toties expriculant, cum ejus testimonium,
in ferro a Polonis stricto perlegerunt. Dimisisti Rex Magne, tot liberos quot victos, ut no-
vi praecones fortitudinem tuam, quam orbis admiraris proclamarent aeternae posteritati transmitte-
rent: Thraces a Polonis vinci posse. Tot Gloriae victor Heres ne adhuc Polone Mars.
et per caedes prostrata Heroum cadavera superbum hostem incedere, rubere purpuram
tuo Sanguine permittes. Age, fataq tuis triumphis imple: Majores a te expectat Thracia
clades, quam ei unquam ante dederis. Omen belli ne quaerite Poloni. Felix victoriae
omen ille ipse: qui barbarorum coelo intumescit Planeta. Nempe intuebimur Sarmatae splen-
dore suo non contentam Lunam novam accendere facem, sed sibi parentalem. Galli-
dum illud coeli sidus indies suas permittat stationes, timet enim ubiq sibi. Explorat
e coelo subterraneos ductus ut vestram Poloni fortitudinem possit declinare. Prodire non-
nisi potest post Occasum: bonam tibi Sarmatia post tot bellorum strepitus precare
noctem.

A. M. D. G.



Decennium Xaverianum

Pingatur Baculus Apostolicus adstante Orbis Sphæra Lemma. Te sine Cyfra foret

Dum varias format dextra pingente figuras
Distinguens numeris docta Mathesis opes
Si tantum accipites, tabulis depingere sphæras
Incipit; et facili metra replere globo
Non multas tibi spondet opes; quas Scipis prævit
Acciperes læto pectore mille Cyfras
Nempe facit pretium rectissima linea Sphæris
Si prior affines anteit illa rotas
Dum terras Xavier baculo comitatq oberrat
Orbi fit pretium, quo sine Cyfra foret

Pingatur Ros antelucanus. Lem. Ortum sudore serenat.

Immaduit si terra vado; Solisq quadrigis
Antevolat madidis, stella diurna rotis.
Ista secuturos tempestas læta serenat
Soles, et recreat, rore tepente solum.
Tu quoque dum obriguis imples sudoribq oras
Multaq de lasso corpore gutta fluit
Ortum divinæ lucis sudore serenas
Et sperant hilares dogmata sancta dies.

Pingatur marmor sudans, tepido afflatum vento. alludendo ad illud Xaverianum, quod consolationibus sanctis iterabat Satis est Dne Satis est. Lem: lætas lacrymatur ad horas

Dum riget et canis horrebat bruma pruinis
Fronte intempesta marmora stare vides
Sed calidis afflata notis dum bruma rigorem
Exuit, a lacrymis saxa tepere solent
Et tua dum varijs virtus agitata procellis
Imperturbato pectore fata premis
Verum dum molles afflarunt astra favores.
Non poteras læto pectore ferre polum

Pingatur piscis marinus dictus remora navim cursu prohibens. alludendo ad illud Xaverij miraculum, quo Solem stare fecit. Lemma. Minimi, stant maxima jussu.

Sufficit occiduum piscis tranare profundum
Ingentes minimo corpore ferre vires.
Nempe cito resluas vastum super æquora passum
Opposito dorso sic vetat ire vates
Summa illi parent minimi stant maxima jussu.
Nec vanum Remoræ nomen habere putes
Fortior illa manq cursq quem sistere Solem
Jussit & infixo sidera stare loco
Producis Francisce dies Tibi numina pronas
Adsternunt plantis voce jubente rotas.

Pingatur Achates Gemmarum seu adamantum genus venenum sudore prodens (allusio ad Crucifixum in domo paterna sudantem adversa patiente in insidijs Xaverio. Lem. Ipatiti sudore neci

Fidus in adversis fera toxica prodit Achates
Sudando quoties pocula dira bibis
Impatiens celare necem mortemq revelat
Et dolet occulto se sociare malo
Pulchrior in lacrib[us] desudat gemma paternis
Dum Xaver cordis funera mille bibit
Nempe laboranti Francisce fidus Achates
Et Jesus hinc ille dura ferente dolet

Indefessus Xaverij labor. Pingatur Caelum. Lemma. Requies mihi sola moveri

Nuper ut in somnis caelestia sidera legi
Nocte sub obscura terno vibrare faces
Exclamo superumq pios admiror amores
Servit ut alterno sidere numen humo
Omnia cum positus requiescunt climata curis
Excubias tacitis motib[us] axis agit
Nec tibi dissimilis cura est Francisce dolorum
Dum teris assiduo Regna relicta pede
Defessum sudore capit labor excipit alter
Ergo labor somnus cura dolorq quies

S. Xaverius in adversis ad aram Virginis confugit. Pingatur Pixis nautica. Lemma. Visa docet cursum.

Intumuit cum pontus aquis et dira ferocit
In consternatas unda superba rates
Omnia cum tumidis permiscuit africus undis
Opprimit et medium nox inopina diem
Ne ruat in scopulos, vento pellente carina
Dirigit ambiguum Nautica pixis iter
Et te cum adversis ferit Francisce procellis
Tartarq illatam contenebrando fidem.
Sidera respiciens pectus sunt nautica tela
Numinis at Mater Stella polonis erat

Insatiabilis Xaverii adversitatum fames. Pingantur Cruces plurimae in Rogum congestae. Lem. Non sunt tormenta sed esca.

Ignis eras Francisce Patriq simillime Fili
Numina cum ferres gentib[us] ignis eras.
Ignis eras vano resonant cum fana tumultu
Et ruit e solio Tartarq ignis eras.
Ignis eras sancta cum plectis crimina voce
Virtutem cradens cordib[us] ignis eras.
Ergo cruces tibi jam non sunt tormenta sed esca
Sustentant veluti plurima ligna focum.

#

Pingatur Sol oriens Noctuas et Vespertiliones pellens.

Lemma. Satis unus in omnes. S. Xaverius Bonzios disputando vincit.

Cum redit in medijs Orbi sol aureus undis
Et perit exorto Cynthia plena die
Noctua terret radiis, et amica silenti
Monstra polo fugiunt non reditura diem,
Ut licet Hesperijs surgat sol unus ab undis
Monstrorum tamen hic integra castra fugat.
Sic licet audaci multus tibi Bonzius ore
Obstrepat et Palatra, Numina voce probet.
Vicisti Xavier cunctos Satis unus in omnes
Ut fugiant medio territa monstra die.

Mors Xaverii

Pingatur Rogus extinctus in Cœlum fumans

Lemma. Cœlum vivens moriensque petit.

Plurima in erectas si fundas balnea flammas
Ut domet accensos, unda inimica rogos
Flamma repressa cadit sepelitque in pulvere lucem
Ast in clara ruens sidera fumus abit.
Et quia dum vixit cœlo se flamma vehebat
Hinc se etiam in cœlos post humum ardor agit
Hæc Francisce tua vita est et Mortis imago
Expressit mores flammaque luxque tuos
Tendit ut in Patrium, vivens et mortua centrum
Sic petis an vivas, an moriare polos.

Ad M DC LVII

Non jejunæ dapes Quadragesimæ

Prologus.

Nescio, si vestrum cuipiam jam nobis, pectus atque stomachum, esurialis mensa movet. A A. Quidni moveret: ubi et vocem, quæ anima Rhetorum est, in cibo amisimus, & famæ consumpsimus Suadam - Languet, & tantum non expirat in halecum halitu pneuma nostrum: ita ut spuma sit non periodus, quod loquimur. Nihil sapidum in sermone nihil jucundum in acumine, hebes ciborum usque sevit. Unum est: quod appetimus: ut ita jejunam mentem & incenditam Suadam tuus nutriat oculus, ac sola commendet benevolentia.

Pater Familias. Nimio nuper caput mero, alienus mihi a me ipso videor: totis artubus incalesco. Febris incendia timeo! Nam frigida etiam potus non explet sitim. Epulas tamen Bacchi adhuc requiro. Assi maxime post crapulam me capiunt Capones. Heus Puer mensam mappis instrue. cibos in compendio ad gustum expedi.

Puer Et quod gustum recreet, quodve mentem nimiam nimis accensam mensis solet: ad manum est: utrumque ut in hanc veniat mensam, a tuo nutu pendet

Jejunium Et ipse ferculis ordo, virtuti comes; eodem in mensam venit pede, et cibus et virtus. quæ frontem macies terret, mentem nutrit pinguis minervæ decora pascit, alimenta hæc virtutem sapiunt.

Pater Fami: Qualem convivii mensam occupo: quod cibi genus sumo. mutastis alimenta fidem. Non hic ferculorum sapor est: quem nuper Bacchus commendabat. Sensusne an cibus desipit? Vigilne, an Somnians comedo? I puer Culinam consule, focus ne an cocus erret exploro. Quid ita est, qua scurrilitate fallor? Huc pocula! Fidem adhuc in poculis quaeram? Etiam hic calix perfidus est. aureo colore se pingunt vitra, ut pretia vini mentiantur. Lyaeus Thetim claudit. Omnis vini odor & sapor his aquis haustus est. Non amplius patiar infidas dapes, & perfidiae pocula. Pinguibus cur non fruar epulis quae sine fuco, sine fraude sapiant, et absque specie veneni delectant. Per aquae haustus mortem biberem, prandia agerem, simul & vitae funera.

Hospes 1. Mensae accumbentem bene invenimus Herum, avida fames et spem nostram, & tuam expectationem aluit; cum amicos mensae dedit. Tui hodie sumus convivae, tanto mecoenate felices: & jam securi inexpectato ciborum apparatu.

Pater Familias. Inter mensarum delicias prima mihi voluptas est vestro socio frui. Expectatissimis Hospitibus inexpectata (velim) mensa placeat. arbitrio gustu obsonia ciborum experimini. Illud est quod sapit: illud quod nutrit: hoc gustum invitat: illud et recreat et saginat. Hoc calicibus e potandis proderit.

Hospes 2. Si igitur mensam invitas, Cur hoc igne non vesceris Carnis.

Pater Familias. In Parsimonia vitae optime amicis vivimus, qui sine deliciis, habentur pro deliciis.

Hospes 3. At nihil est, quod palatum acuat, quod gustum invitet, ejusmodi prandia vulgo canina esse dicimus, Fumo, & nidore alimentorum vivere non didicimus.

Hospes 4. Fumus alimentorum atque nidor, ventos pascit non ventres ciborum Iconia, minime convivas nutriunt. Documentum, et si non cibus capimus. Aridum te Familiae Patrem, et nimis parcum avarum nimis, quod melioribus vacuam, imo nullis instructam dapibus mensam exhibeas. Per tuam te dexteram oro. honorem mensis restitue et gratiae ferculis.

Pater Familias. Fames optimum est cibi condimentum, non distinguit amarum â dulci, insipidum â suavi. Majorem vos tulisse ventrem quam famem credo. Luxum quaeritis non cibum. O effoeti ventris homines, qui ut famem infament orexim mentiuntur. Quod hic epulum palatum efficit quod gustum laedit.

Hospes 5. Salam experto et, quod epulum hoc gustui afferat. Dicam sine injuria: jus Acanthinum exsurdinet palatum: si palatum! totius corporis membra occalescerent, durescerent funiculum instar venae. Totus mihi Stomachus acido asper Acantho raucum pectus fieret, amarescerent viscera.

Hospes 6. Hac mihi vigiliae dulces, non somnus suavis inquieta quies cum fermento. Jam me tristis supercilii hominem, jam severae frontis catonem: hic Agonium, ille Agelastum diceret. Occideret in fronte meridies, serenitas in fronte, roseque in genis Phosphorus: expallesceret et universi corporis vigor. Sane homo essem acidus Acanthus.

Hospes 7. Experimento meo didici Acanthus certissimo Suffocando homini venenum: pestiferum ventriculi virus, vitae toxicum. Videte liquorem,

liquore

liquorem ne? non, sed cenum. Cenum ne? nobilior forma luto elegantior limo, q̄m acantho. O bilem viperinam. O Aspidum fel.

Abstinen: Quæ bella movent, jejunæ dapes? debilis rixa est q̄m fames nutrit hebes rationum acies quam gula acuit? quot bella, quot mortes, jam alunt mensæ? quæ vita multis ferale pluribꝫ feretrum erant? uno sepultis tot tumuli, quot mensa, vobis quæ certamina jejunium dedit?

Hospes: Et cibus & Pater Familias, mentis delicias, voluptas illis est, alvo imponere & fucum facere palato, primis tamen labris desipiunt gustata jejunia

Abstinenti: Et illud est, quod primis jejunia labris degustetis, haud gnari quis nam sapor, aut quæ intus gratia Epulis. Nondum profundam exhausistis: pelagus est quod et supernatantes spumas & gemmas fovet quibꝫ pondꝫ inest quos fundꝫ lateant. Mysterium eucho. Et jam plura Servatoris nr̄i mysteria aperui. Natis artefactum, an miraculum compendium caput hoc erudita nunquid aliqu desipiet menti? Vocant audum quemq in sui gustum, non alimenta sed prodigia. Menti hoc caput arridet non ventri. Sublimes Epulæ, quæ frontem nutriunt

Hospes: Quod illud cibi genꝫ? quæ illæ dapes? ut mentem alant

Abstinen: Crux lancea, calix in mensam et gustum vestrum venerunt. Non arida arbor, & flore suo & fructu superbit, recreat ille hic nutrit, Mensam et mentem cerunt. Non pensili Semyramidis horto crevit, nec aquis sed cruore Numinis suffusa hæc incrementa dedit.

Lancea quæ fontem aperuit, delicias affundit mensis, habet et acumen, quod mentem acuat, gulam expungat.

Non jam sapiunt Cleopatræ pocula, quibꝫ regna mergebant, hoc et Regis sangvis et Regnum haustum est.

Hospes: Sic jam explicata palatum simul et mentem rapuit mensa. desiperet ille, cui hoc ciborum apparatꝫ non saperet. Tu vero A. S. solam insipidam argue dictionem et quod tam arida fuerit suada jejunitæ capitis et non pinguis Minervæ indicium habe.

Ad M. D. T. O. M.
Gloriam



FATI SUI OBELISCUS
Stans post funera ISVALDUS.
Datus in Scenam
In Aula Karnkowiana Societatis JESU
A Perillustri et Nobili Juventute Scholæ Rhetorices
Anno in terras prolapsi Numinis
1714 Februarii die 7ma.

FUNDAMENTUM

Isvaldum Eumeniden, Victoriis insignem Ducem, Subacta Germania & majori parte Galliæ, vota Subditorum Imperatorem proclamarunt. Erfordus Antigonus armorum strage major, minor victoriis, maximo par Sceleri Fratricida; captum, confossum ISVALDUM, etiam post fata stare vidit, quem nulla vis in terram elidere poterat. Fratricidam monstris inter Sylvas vexatum, canibq corrosum, fumans terræ hiatq absumpsit. Histo: Gallica.

ANTIPROLOGUS.

Concordia, Orbi catenam iniicit, fortuna comite: Mars dissecat vincula & orbem; sic divisus fit tympanum belli & jurgiorum

PROLOGUS.

ACTUS 1MUS.

Scena 1ma. Victor Isvaldus, applaudente Romano & Hyberniæ exercitu, Eques incedit, triumphalem currum, Germania & Gallia trahente: adulante bicipiti aquilâ pedibq ISVALDI, quem victrici lauru coronat: inter medios plausq, ANTIGONUS ISVALDUM irrito ausu transfigere conas.

Scena 2da. Deliberanti ERFORDO; quod conscientia dissuaserat Suasit ambitio Scelus.

Scena 3tia Catilinaris more, conspirat contra ISVALDUM: venam incidit, sanguinem propinat Sacramentum Marti supra Gladios, a conjuratoribq ratum habet.

Scena 4ta Securitati suspicit Isvaldq Ducum animos obfirmat exercet militem hastiludio

Scena 5ta. Tabellariq ab Hybernia, literas & castra Hybernorum tumultuari refert. relegit Epistolam ISVALDUS, & decretum contra se bellum ERFORDO. Abit è castris: cujq Consiliarii in scenam redeunt: ab Antigono legati aurum & munera ferunt: repulsam erubescunt, ferrum minant.

CHORUS

Antigonus Caracallæ Fratris interfecti umbra et Symmachi capite abjecto insomnis redditur. Remedia Somni quærit in Sirenum cantu. Domum Morphei adit expulsa conscientia tandem indormit

ACTUS SECUNDUS

Scena 1ma. ISVALDUS in castra redux disjectos codicillos, alieni Sceleris characterem calcat. Non ERFORDI, sed e mente sua, legatos fuisse refert. Fidem militis laudati remunerat.

Scena 2da. ANTIGONUS castra rapit. Fugit ISVALDUS; miles cadit.

Scena 3tia Planctus super cæsos ex parte Isvaldi. Parcæ vitæ stamina rumpunt. Præsagiis infaustis terretur Isvaldus. Erfordi militem trepidus ISVALDI Dux adesse nuntiat.

Scena 4ta. Ad Castellum se recipit Isvaldus, oppugnatur, capitur.

Scena 5ta. Ducitur ad ERFORDUM a quo lethaliter confoditur immotus post fata stetit, nec ab hoste dejici potuit

CHORUS.

Trophæum suæ innocentiæ post fata ISVALDUS.

ACTUS TERTIUS.

Scena 1ma. Antigonus conscientiæ Torturam venatione & saltu Silvestri auget: in Sylvis desperabundus latebras quærit

Scena 2da Justitia divina vindex reum insequitur: Sylvas & feras increpat: imperat belluis, ut statuant ERFORDUM. Vindicta varia tormentorum genera proponit; quæ tanquam mitiora rejicit Nemesis.

Scena 3tia. A canibus laceras ERFORDUS. Orcum & terræ hiatum eligit potius quam canino dente corrodi

Scena 4ta Plausus Infernalis super prædam ex Antigono.

Scena 5ta. ISVALDUS post fata immotus, colossus gloriæ suæ

CHORUS

Solymæ Christus ad Columnam proponitur, post tot idem mortes, quot fata tia vulnera, crudelitati non succumbens.

EPILOGUS

C. A. M. D. F. O. M. G. B. M. V. J. C.

H. SS. OO. Venerationem

Antiprologus.

ANTIPROLOGUS

Concordia — Concordia Imperiorum & orbis arbitra
Hunc quem potenti dextera torquem vibro
Nihil est per altas tracta Regnum domos
Catena Xerxis, fluctibus Vento gravis
Zephyrumq juncto vinciens Simul noto
Huic latiori flectitur gyro Sinus
Huic ipsa Regum colla cum Regnis trahit
Illius et ipsi sentiunt nodum Dii
Positoq geminum vinculo mundum ligo
Mars — Quis ille torques injicit mundo suos?
Populos catenat! gentibus nodos parat!
Concor — Concordia Orbi prospicit. Mars mari prospicit
Procul catenæ libero mundo graves.
Concor — O vincula, torques, libero mundo leves.
Fortuna — Concordiam felicitas tota sequitur
Concordia et felicitas durant Simul
Concor — Diu beatos nemo discordes videt.
Fortuna. — Fortuna populis pace sublata perit
e Mars — Diu nimis, diu integer mundus stetit
Scindendus orbis ferrea in vulnus manu
Partes, semel aliquando in alternas eat.
Sic ipse fiat tympanum mundus sibi
Bellumq rixasq in Suam cladem tonet
Et hinc sopori proruam armatum latus.
Placidam quietem bella Regnorum dabunt. Quid marte proclinante ni
si mundus ruat

PROLOGUS

Quem invidia æstu bellorum accenderat orbem, illiq hodie umbram jacimus. A. S. Et quam inconstans fortunæ impetus, quam perfidus Regnis amor, quam volubilibus diadematibus Rota. Corruit hæc dum stetit ISUALDUS. Et quod Imperatoriæ frontis Summum conscendat apicem e Sublimiori eo faciliq devolvat, ut in alto gloriæ fabricata mille fata trahat, ac una Secum involvat. Et hoc est quod dicimus: Idem orbis Thronus qui et tumulus. Uni Sarcophago Regnorum poma, cum maxime rubent ad purpuram, mox pallida suis decoribq tumulant. De his coronatis rudenibq innocenti ISUALDO. trophæum erigimus. Ate vero A. S. Sublimem poscimus oculum quo errores nostros aut non attingas, aut despicias.

ACTUS 3mus

Inductio 1ma. Erford: Obmutesce improbum applaudentium murmur: obmutesce. Tanti Throni et Imperialis Pompa non spectatorem tantum, quem ipsa annorum series majorem fecit Fratrem habuisse debueras. Fastum hunc & contemptum sui Erfordi vindicabit gladio. Per arma ibo & gladios. Dissecer toto adhuc parte relicta vindicabo Scelo. Mucro abrumpe dexteram non alio psilier nisi invulnus ISWALDI.

Anx Iswaldi. O scelus o abominandum laesa Majestatis crimen. Imperator Germaniae & Galliae victor. Tot laurearum Pater. Tuus Sanguis est. Erforde Sacrilegum retorque ausum

Erford. Vindicem permitte dextram; utramq reseca dum modo in pectus Iswaldi ruat

Iswald. Care Fratrum Erforde. parce triumphio. Quod mihi, eadem est et tuae Pompa gloriae. Aetas mihi non annorum rugam numerat sed laureas. Haec ipsa in coronam Fratri cadat.

Erford. Novi astutum sermonem Caligulae Clementiam, sentiet aliquando hic astus manum Erfordi

Iswald. Sentiet et Sacrilegum Erfordi Scelo, vindicem Imperatorem. Ensium non abrumpe miles.

Inductio 2da

Antig. Patrz na Iswalda w Cesarskiey koronie,
Azy niesławnym żyiesz Antygonie.
Weźmiesz braćie, żem cię przeszedł laty
Ty mię w Cesarskie wyścigł maiestaty
I mię cierpliwym na to patrząc okiem
Będę gdy pysznym Brat mię mijabokiem
Mierzy mię honor y rycerskie laury
Bardziey niż Fatum ogniste Centaury.
Nie tak. Miecz to sprawi, że wcyprys załobny
Laury, a wtrunne tron poydzie podobny.
Miec szczęście miia, mie mija Korona.
Lecz wiedz że y moie życie prędko skona.

Conscientia. Sfokąd cię impet niesie serce wyjurdane,
Krwi własney mieczem grozisz zbrodnie niesłychane.
Sam sobie szkodzić będzie sobie Smierć gotuie
Kto Brata Smiercią Krzywdę niesłuszną wetuie.
Choć od twey zginie ręki. pożegnasz się z Bratem
Przecież go sława królem nazwie ciebie Katem.
Nadto większe od Boga czekaią cię Kary
Gdy w czarne niewinnego Brata złożysz mary
Goni grzesznych Sędziego Sprawiedliwa ręka
Niecnego Bratobóycę większa na skarze męka.

Anty: Smierci się rowna zycie zmorzy się nagrawa
Gnuśności Iswald, kiedy na swym tronie stawa.
Conscia Nie zciebie się nagrawa, ale przykład dale
Kawalera. Choc słusznie cnota gnuśnym Łaie
Antyg Ale mi niepodobna w zawziętym impecie
Stangi: W ISWALDOWEGO stany serca mecie
Conscia Jesli się nie ukloi myśl twa popędliwa
Ty w Brata, w cię uderzy Ręka Boga mściwa.
Antig: I sięż w wiecznym rys ustydzić będziesz Antygonie
Consci Za to cię chwała wieczna czeka w życia zgonie
Antyg Przez zmysli, y rzyk moich ostre idzcie miecze
Iurez braterska ręka Brata niech niesiecze.
Ambitio Zkąd tak prędka affektow y chuci odmiana?
Toięż to pewnie straszy z piekła uswiat wystana
Poczwara: zmyslonego czyście lękasz piekła
Ktorym cię iak dziecinę straszy idea wściekła.
Ito piekło ktorym się cofnął gniew ponury
Zreysrec bydzie nie patrzac na Brata purpury.
On Krzyńskim władnie bertem, on tronem Zwinna
Wyniesion. A cesarska tobę gardzi mina.
Iemusię Bardli z straty królewskiey rumienią
A tobie się od ustydu smutne lice mienią.
Niestawnyś ze ci wozach Brat z korony stawa?
Zes się tego nie pomscił, to większa niesława.
Antyg Ey choćby ginąc Niebo y Duszy odważę
A ISWALDA z tronu y z Maiestatu zrazę.
A niech się moiemi piersiami zasłoni
I przez własne ciało miecz go moy dogoni
Ambiti Brat z tego zmydrze Swiata, a iednym ze torem
Stawać się wroci. moim, smierci dekret piorem
Podpiszę na zabitego Brata pargaminie
Przywiley Panstwa weźmiesz kiedy Iswald zginie

Inductio 2da

Oxford Arcanum est nec uni probatum Sole, ut ipsa temeritate conclusum. Arcanum, quod ISWALDI viscera co profundig scrutes quod arcanum sit. Illud vobis Suprema Hybernia capita jam aperui, dum ISWALDUM nominavi. Iswaldum Vespertilionem illum publico Sole Imperatricis gloriae Screnavi. Iswaldum monstrum illud naturae Patriae & Civium Praedonem ad Supremum evehi Solium inaudiistis. Perimus Hyberni nisi primus ascensus throni Iswaldo fatalis fuerit. Praevenire satis est incendia Pro qui scepta extinguere. Ignis Scintilla orbem plerumq agit in Favillam.

Miles 1mus Pridem eadem mihi mens, et rationum castra amicum tibi obfirmarunt pectus. Non ISVALDUM sed Neronem coronatum accepi et nisi detrudat Solio, non assurget Hybernia.

Miles 2us Contremuit ad primum nuntium Hybernia, postquam Sedo ille Regnorum orbis conscendit fastigium nec aliter respirabit tellus, nisi hostem hunc intra sua viscera conclusisent

M. 3 Pro! Coronatum Scelg ISVALDUS, quem eund minorem fecerunt, eum supra se fastus attollit. Et cui natura ~~dedit~~ negavit esse majorem, Scelus dedit. Pellenda et Solio, id naturæ lex imperat.

M. 4. Ira est, plus adhuc in fronte nutricis de lacte quam martis cruore habet: Et jam rubet in Purpura. Quod Infantem non virum cingit Diadema facile detrudi potest

M. 5. Senior iste Sanguis non canitiem præfert sed maturum ruborem, et jam adultam purpuram, quæ tibi debetur

M. 6. Tibi caput meum, Deo et consilium immortales gratias quod mihi eandem cum Erfordo foveas mentem. In idem Erforde nobiscum conveniunt cogitatum. Mors ISVALDI vita est Hyberniæ.

Erfordus Cum eundem meum feratis sensum, ejusdem et spiritus vos esse volo. Qui incidat venam addit. Viam aperiat ingenti spiritui, ut totidem Erfordos, quot comilitones habeam. Parum est quod Sanguinem pro vobis fundo, vobis eundem instillare cupio. Quem appetit ISVALDUS exsugere optat Sanguinem eundem vobis infundere et intra vos tutiq asservari meliori Statu consilio. Non jam pallidi fato occurretis, ex hoc Sanguine ruborem transite, colorem Martis in vobis depingite. Ergo catiliano more in unam spiramus animam, sed non conjuramus Patriam contra. Non vestrum tibi Sanguinem, sed meum propino

Miles 1 Vena quæ nobis Sanguinem fundit fons est salutis Patriæ ex quo dum vitam haurimus, coronari debet Omnes Coronari debet

Miles 2 Gutta qualibet sanguinis, Cleopatræ unio est, Regnum id est Hyberniam nobis propinasti. Ergo hic Sanguis Regno coronari debet.

Omnes Regno coronari debet.

Erford. Et jam vos Sanguis meus et viscera mea complector, ut vero non degeneres Erfordos habeam, juratam adhuc fidem postulo. Mars et Bellona vestra obfirment pectora

Miles Armatam tibi damus manum. Ita nos Dii ament, ita ferrum hoc in nostrum retorqueant vulnus.

Miles Etsi non novennes totidem tamen Annibales habes quot viros. armatam tibi fidem juramus supra hunc gladium.

Erfordus. Initia hæc ingentis animi in vobis nondum fasces sunt sed adhuc fascib ut crepundia esse desinant, et fasces sint addam Securim.

Inductio 4ta.

Isvald. Germaniam et Galliam subegimus comilitones. assurgebant laureæ, quacunque direximus triumphale robur. Proximus quisque ad Solium gressus primus ad victoriam erat. cessit virtuti nostræ quidquid magnificum Germanicus habet orbis. Rothomagum, Vienna, Lugdunum nota cladibus suis nomina. Totaque denique Septemtrio una Hyberniæ Sedes est. At post quam Regna et urbes trophæis et gloria superavimus, adhuc cum invidia bellum restat. Erfordum nuper nobis habuimus; ferre non potest juvenem, suis victoriis adultiorem

At vero ita relictum mihi a Genitore Exercitum accepi, ut clavam hanc
bellis induraverim, et ornamentum illi, non aurum, gemmasq, sed victorias
addiderim. Unum timeo. ne fortunæ supplicium sit feliciorem esse. Timo-
ri mihi Sunt post tot data sibi beneficia odia Hybernorum

Consil. 1. Gemuit Sub pedibg tuis Germania Imperatorum maxime
totus virtutem tuam adorat Septemtrio: quo affingas altius
nihil restat. Sola invidia est per quam crescas: hanc si dissimulare
didiceris, quavis potestate major evasisti.

Consi. 2. Post tot tantasq hostium clades nunqm felicitati tuæ
potes irasci Imperatorum fortuna. Vocant undiq militem in am-
plexum Suum discrimina, et medias inter laurg uberiq pericula pro-
veniunt probat fatum, quos evehit et si non miseres rapit.

Consi. 3. Pertinax est, qui non cedit Sortis suppliciis, neq: eam excu-
sat quod perpetuus moves. Habe Solatia calamitatum tuarum illius
inconstantiam. Et quia dux et Imperator es qui nasceris ad injurias
n' formas.

Consil. 4 Segremtrione victoriis illustrato, an cum fortuna bellum gerere
valeas orbandum erat Imperator. Explorat animum an illum ha-
beas magnitudinis tuæ parem. Ingens certe theatrum est vir ma-
gnus, cum Sua fortuna compositg. Hanc fortissimg quisq ita su-
perat, cum obsequente pariter ac persequente superior et blandi-
enti ingrata est, et tonantem pari constantia aspernatur.

Consil: 5. Inter hostium ruinas hactenq stare didiceras nunc videat
orbis fracta etiam fortuna stantem, ac inter illig ruinas rectum. In-
clinari Tibi Regna jam vidimus, nunc Ducem Orbi exhibe, quo se mino-
rem fortuna erubescat

Isvald: Tot expeditionibg dedimq grande virtutis Imperatoris Documen-
tum. Nunc Imperium discet meum fortuna, et livor Clava hæc, q
hactenq pugnacissimum quemq atriverat jam Suum Herculem,
in hanc armabit Hydram. Sed et quod metui possit nihil est
qm diu Vr me comitatg favor. Et grata Sive Sive Civem, Sive
Ducem Sive Imperatorem Suum castra complectens.

Isval. Novi aliquid Hybernia?

Nunti: Hybernia quidem novi nihil: illud vero infaustæ novitatis est tumul-
tuari in castris Hybernos; Ingens incendium metuis. Tibi Tuisq quæ ni
perniciem opinio est. Certig aliquid isthæc docebit Epistola.

Isvald Id olim vos fatum non lateat meum milites. Fortunam ha-
ctenus Secundam experti, an adversam quoq laturi meum sitis, deli-
berate. Hostes ab Hybernis judicati Sumus. bellum decretum Exfordo.
id agente Hybernia. ut quos, Superare hostes non poterant, conci-
ves opprimant. Causa periculi non crimen ullum. Scelg etiam nd
querela cuigpiam læsi. Sed infensa virtutibg invidia et gloria nostra.
Damnati Sumq inauditi; Coq innocentes: nisi forte crimen sit tot
præclaris decoribg æmulationem accendisse. Ergo vocus indiscrimen

utrq

virtq, et animi dotes pro Scelerib9. Caeterum pietas in da obtentui est, ut non quib9 depinx, et hostes etiam, a liis per ipsa ornamenta feriamur. Placuit tamen mirdis (?) nomine, quod livor erat amore in Rempubli-cam appellari. quasi vero in summa Deorum fortunae patris hostis ille sit, qui validior. Mihi qui sit adversum hoc animus Hybernis Dij Deaq norint. Nulli hostium difficilius ad me accessus quam timori, utin-cumq quod verum possum, ne multum pmie milites metuati. hinc enim vos in bella non pericula yoco. imo sceui piam hic terrori sunt, hodie potestatem discedendi habet. Ita vivimus, et id virtutis sumus jam assecuti, ut Celare nostra nos innocentia tutari valeamq. Caeterum vos, an et quem in Castris sine milite Ducem relicturi sitis cogitate. Vestri certe nomen non incerto erit dum dubitabi, Imperatorem in Castris tam diu, an hostem patris Studijs vestris et armis foveatis.

Consil: 1. Horret animus cogitati contra te Sceleris imagine Imper: Cum Ducem possent hostem te maluerunt Hyberni Hostem sentient. At nescio an id Solum hostile sit, ISVALDUM tot Victorias dedisse Hybernis qui-bq plures cumoptare posset sperare non audebat. Ergo injuria loco est cum ab hac manu multa accesent plus accipere nequiisse. Cae-terum quo te animo hostem suum voluerint Hyberni, tum patebit, cum adversa tibi pectora hoc ferro, rimabimur.

Consil: 2. Prius explorare debuerat ERFORDUS. an per armati baty militis, Imperatorium fodere pectq posset. Intra verba Sacramentum diximus Imperator. Pectora hic fidem tumulq reget. adeo nobis certum est, neq pire nos, neq triumphare, nisi una tecum posse. Si perrundum erit per armati baty militis fodiens

Consil: 3. Permitte dum calent irae decreta Erfordi ferro restringi-mus. Videat Hybernia militem pro ISVALDO morti obvium, armisq dijudicet an recte cum vita invenire nequiverint, virtutibq irascatur. (Siquidem (ita nos Superi foveant) Hac manu vivet Imperator.

Omnes Hac manu vivat Imperator

Isvald. Si, ut pronam in me vestram militiae benevolentiam, experior ita cunctatione temperare vellem. Vereor ne prius victq sit quam ti-mere incipiat virtutem nram Erfordq. Em pari fortuna liceat in aman-tes p hosti hodie dq pmpti cum Duce vestro sanguine et hoste fun-dere. Dij mentes hanc, aeterna velint et qm tam expedite vovisti mihi spiritum, vobis ac Reip: aservent immortale. Interim dum Man-SVELDUM ego adeo Vallum et castra ea qm mihi jurastis fide con-stantiaq asservabitis

Consil: 1. Qua triumphale laureis signat possum Secundq Mavors, Perge Vince ac triumpha. Reducem fide nostra et dignis ISVALDI expe-ctatione favoribq coronabimq.

Isvald. Equitum praecedat Cochors

Consil: Adnutus periculo tuos..

Inductio 5ta.

Miles 1. En quo tandem fortunae nostrae redeunt, quibq salute debe-sas

Hybernia in eos, velut hostes decernis.

2. Hoc nempe Victorij nostris deerat, ut victor Galliam populq triumphale ferro in se verteret.

3. Id videlicet agunt fata ut tandem nobis fortunae nostrae infensi & Tragi Hybernorum parentes.

4 Qui omen hoc vertant in ERFORDUM, qui et nunc tumet et ferocia et successu, ita dominandi aviditate ad praedam, quam pugnae paratior cum primum nos viderit detumescet.

Nuntius. Castris Erfordi propere legati adsunt Codicillos jactat quibus ERFORDI vota contineri ac si in alloquium admittans ingentem auri vim se adferre etiam in militem de[illegible] pronunciant.

Com. 5 Accelera adesse jube.

Legatus Venit ad vos non hostis quem credisis sed tot triumphis inclitus Imperator, ac si admittitis amicus etiam vester Erfordus Heroes lectissimi. Compellit Concives cives, Dux Victoriarum Bellorumque probatos tot Expeditionibus milites, Socios. Nam hoc etiam nomine ambit vester appellari commilito. Votorum Summus Iris legi vult unicum addit si quis, quod suadet rata cupiat, cum se et Herois fortissimi & amici inter primos carissimi loco, apud se habiturus.

Com. 1 Scelus est quod suadet ERFORDUS. Parricidas nos cupit ut faciat amicos. Sivaldi caput dedecore nostro licitatur. Dona in perjuros, favorem in proditores pronunciat quasi nihil Emptiones nisi pecunia pretium faceret Sacrilegii. Sed etiam sciat Erfordus nihil a nobis difficilius emi posse quam perfidias. O Belluam Imperatorem! Empturum victoriam, si adsit qui decus suum vendat. Quare ferreum ad victorias iter a ducibus, an Patria sit proditori expendat aureque tramen. Erfordo similes parricidas eo duxerit, discat perfidus iis qui vere prodigi sunt nihil esse facilius quam aurum contemnere.

Legatus alter Impetrare aurum non poterat sed mucro dabit. Et quod negastis argenteis armatae preces extorquebunt.

Com: Nobis ne ferrum Thersiti minas parce intentaturus! O superum fidem! qui bene sepultum refodit, Philippum Erfordus. Argenteis nos premit hastis quasi cruentum hoc aequor non alias tutius traiiciat, quam ponte argenteo.

Com. Et hae sunt Celares artes Erfordi Victorias mercari, et emere Sacrilegium. Aurum illi pro virtute est, perjurus pro strategemate: nostra nos debellare manu voluit, quo scelus de civibus tanto majore scelere triumpharet

CHORUS.

Erfordus Nemini loquor nisi mihi, idem qui loquitur Solus et audit Erfordus. Duo tamen sunt cum quibus certandum est. Innatus amor, licet sceleratis Fratris tui gloria nominis et ipse ERFORDUS.

alterutri, aut orbis Sceptrum, aut Libitinæ Sepelin ligone, fatale et glorio-
sum erit

Caracalla. O Superi! O vindices numinis iræ. Eheu, quo me fata pellis-
tis. Caracallæ nunc comes et tortor umbra interempti Fratris, instat
urget insequit, conficit, enecat. eo crudelis seni quo lentiori aspergit passu.

Erford. Imperium futuræ gloriæ quis aciet terror? Frustra es Ca-
racalla- si umbram metuis.

Caracal. Si umbra patrati Criminis, qd tantum adhæreat lateri qd
Scelus ipsum? si color hic tam fœdo se mihi depingat vultu, qd n̄ imago
non pictura in Fratricidas aget

Medias inter Epulas Simachi caput ira Theodorici exasperata
prosiliit fronte. Quod Lucius erat, Simachi caput cerno. En qm n̄ jejuna
vindicis iræ condimenta, non croco, Sed Simachi cruore suffusa frons Sce-
lus meum embessit

Erford. Augusto meo Eduardo quia coronatum caput arridet. Im-
peratorijs Capitis qm eximium condimentum auri fulgor. Drum Caracalla.
umbram metuit. Dages et pabulum Simachi caput. Somnum dulcem
frustra exunt iris inania terriculamenta. Caracallam feralis con-
ficit umbra. Sed indormias tandem Erforde
Quis iterum terror amicam rumpit quietem. Ibo, Ibo, ad divite
pelagi ripam, ut gratum undarum murmur & littoris arena dulci
me insepeliat Somno. Ov inam optatæ adsint Sirenæ, Suavig
cantu mulceant aurem et perturbatam mentem in somnum componant.
Ulyssem agam, non Ceram assumdam auribq: : ed procul omnem Soporis obicem
proturdam

Chocbys sie w morskie pochynąt zakręty
Gdzie cię wdzięcznymi wabiemy pęnęty
Miłey twe serce nie znaydzie ochłody
ani swobody

Niech wdzięcznym echo, zachuięj pokoie
Niech kamien głosy napełniąj podwoie
Wraz znimi rospacz straszne treny nuci
Ciebie zasmuci

Chciałbys posępne wypogodzić czoło
Wijż żal w taneczne poydzie złobą koło
Niewyplątasz się ciężkiemi związany
Smutku kaydany

Choć ambicya Honorem częstuię
Coż gdy cię boleść Jkur puchadem truie
Dobrey nie czuia gdy się zal uni m sili
Niedorna chwili

Erford. Durum servical, sola sumus, durig fatum Isvazoi: verberat mentem pungit aurem omnemq jam ab oculis expunxit somnum. Domum adhuc Morphei adibo, omniumq arcanorum conscium mentem indormire faciam.

Conscien. Erforde nemini nisi tibi loqui debueras, ast ego et pro tunc comes tuæ mentis fueram: meditatum Scelq tuos ante oculos volvebam. Conscien' sum. cum dulci Sirenarū modulamine te captum indormire, feramq tyrannidem somno insepelire autumabas. et pro tunc adfui: De Littore pelagi exhumatum Fratris cadaver futuræ Tyrannidis monumentum ante te statuebam. Mugitibq suis mare jam te increpabat Fratricidam

Erford. Tunc immanis ille tortor menti meæ fueras!

Consciā. Sceleri et improbæ menti ubiq hostis sum: quam vero cælestes nutriunt gratiæ, author et custos

Erford. Apage ingen: Carnificina cordis Scelerum Isvazi fautrix

Conscien. Erforde, Scelq est qd meditaris: divinam quid foret: si illa impii ausus, molimina interrumperes.

Erford. Apage, apage palliatum Scelus probitate fucus hic ISVAZDis necem adumbrat.

Conscien. Ibo, ibo menti tamen adhærebo. sed quo te improbq furor rapis quo tibi fatorum iter protendis, q̄ Scelerum meta manet perpende, q̄ scelerum meta manet.

Erford. Vicimus Erforde intestinum hostem. Nunc amica quies placidam compone mentem.

ACTUS 2dus.

Inductio 1ma.

Isvazo. Invenio disjecta adhuc in Castris vestigia Scelaris alieni, vestri rem in me amoris illustre monumentum. Milites. Hoc prima via de Erfordo victoria neminem fuisse qui spem cruenti pretii fidei obligationi anteponeret. Ita fidem hanc vestram ament Superi qua jorem a Diis immortalibq optare militi meo non audebam. Ut am aum obis meum explicem: explorare fidem vestram volueram. Epistolas ipse composui facturq periculum an in eos aliqd liceret auro quos ferro superari non posse didiceram. Cæterum salutem meam in vestra sitam esse manu agnosco. Et mihi eos gratulor apud quos nullq infestis consiliis locus esse potest: et sine quibq omnis egregia invalida sunt. Nec Erfordq tamen nec quisqm ducum sic velit vincere, ut alieno periculo pessimud in seipso statuat proditionis documentum

Comilit. Si, Dij tantis fidei pares exitij dare velint, victoria in manibus Imperator. In tanto exercitu nullus est, qui non proditum prius se quam te proditum, nihil cunctatus malit. Auro nos tentavit Erfordus, nondum expertus quam parum liceat auro in viros, quibus pectus ferrum totum sit aut adamantinum.

Isvald. Quis strepitus aures verberat? auditis? armorum stridor est, et nisi me mars fallit, clamor hic pugnam vocat.

Nuntius. Fuge Imperator. Castra jam Erfordus rapit.

Isvald. Actum est milites periimus.

Inductio 2da

Erford: Feri, trucida. Sequere, neca, confice, victus preme, cornu dextro pete, sinistro insta.

Er. Parce ferro, habet jam satis, tenes, Dexteram sentit nostrorum infaustus miles.

Sic fugere debuit contra quem Erfordus, et fortuna conjuravit. In Castra Isvaldi venimus milites. Hyberniam in Hybernis vindicamus. Nec superesse, nec fugere possunt, si sequimur. Paucos quidem vos vides at vero etiam animo pares, ubi numero inferiores estis. nemo de fortibus querit an sufficiant. Nunquam pauci sunt qui vincunt.

Mil: 1. Fugere potuit ISVALDUS dum alii ceciderunt, non ut sic evaderet sed se victum audiret.

Mil 2. Fugit armatos ISVALDUS Ducum sane celerrimus dum fugit, sed probatum est, an ita fugere possit, quemadmodum nullum sequi.

Mil: 3. Cessit Campo Isvaldus etiam fugiendo ambos eversus, in quali tergo cum manibus pugna est, nisi forte ISVALDI sit, ea parte salutem sperare, qua tantum in vulnus patet.

Mil. 4. Egimus jam eo eventu, quo decet Erfordum militare, in reliquos adhuc fortunam exorabimus, aut cogemus; imo ipsos, eosque si volumus in ISVALDUM mittimus, qui jam probarunt, an stra illius stare possent, ante quam fugere potuerunt.

Vexilli. Ingrata verba sunt commilitones o ferro in manu est. Nemo mores ut felix sit, sed impetus quo velit, quare pudeat similiter fugere armatos. ISVALDUS. quem nos fugientes sequi possimus.

Dux. Bene est profugum ISVALDUM pari marte sequimur milites

Erford. Ausa secundet Mavors.

Inductio 3tia.

1 Qua fata? vel quis patrios sparsa natant
Cruore mortes? laureatos messuit,
Ducis manipulos barbarus furor? jacet,
Feliciore dignior fato manus.

2 Heu quam celeri ludicra nostra
Orbita sortis volvitur axe
sic dubias naufragus haurit
Rapido Nereus gurgite puppes
Ut male Stygias ecca sub undas
Urget nostram fortuna ratem

3 O quam subiti cardine fati
Agit infaustas fortuna vices?
Non ista siculis busta favillis
Rotat Æthnei Mulciber antri
Ut innas caesos hominum coetus
Subdit iniquum Boreae visum
Et Tenanos trudit in ignes
At non eodem quo jacebis, conditur
Virtus Sepulchro nescit truces
Illustres umbras gloria: nitere aureo
Conscia sereno vicitis, quos funere
Augustiore saepe mors verat mori.

Isvat: luget Caes. O Astra, rutili conscii mundi faces
Qua cerno fata? quis natat terris cruor?
Cladi an trophaeis? gloriae certe meae
Vivo Superstes. Heu cui triste spolium
Fato reservor, quid simul non hic Ducem
Arena texit? qd de hinc vivere juvat
Nisi ut superstes longius cogar mori

Canty Niewiem niewiem lubo się zakłaczę fortunie
Tron złoty obiecuie, a składaiąc w trumnie
Złote szczęścia ogniwa, czyli kła złamana?
Tak przydało tylko powas Krzywig Hetmana.
Ufayże tu Bellonie a ona Haydany
Zagubię kurę, ięczcie w których masz stroskany
Itt szczęścia igraszka laurem wiąży skronie
Auryn Mars laur roczna naiż ostrzye bronie

Qua terret umbra compedes ferrum necem.
Qua vox minatur? ludicra heu Sortis vices
Parum est Sepultum clade cecidisse ultimum.
Adhuc ne duri gravior ISVALDUM manet
Procella fati. adNuntius Quid trepidus infers gradum?

Inductio 4ta

Nuntius. Fremit exercitus Imperator. Hyberni extrema tentant. Et tibi omnia ultima minantur.

Isvat. Tutiora quaeramus milites. Castellum a tergo est Conscendamus futura gloria nostrae trophaeum.

Miles Vitae aut necis nos habebis comites Imperator

Inductio 5ta.

Dux Erfordi Fugit iterum Isvaldus, nostram tamen non effugiet manum. Quam prompti simus ad vincendum, sentiet transfuga.

A tergo est Cda. I miles. Conscende mania. Superstitem tamen ISVALDUM, ut longiori cadat fato adduc nobis

Dux I miles catenas expedi, compedes iniice ferro preme

Isvald. Commilitones. Commilitones. **Dux.** Quos nempe morti, quos neci toties dabas. **Isvald** Quid meum Imperatorem ligas.

Dux Nempe toties parricidam. Age miles manq colliga, cpedes iniice, vinctu Erfordo siste.

Isvald. Heu me, novum Erfordo decq sic vinctq & ligatq ISVALDUS. Flecrere si fata non possumus. Vos saltim liceat supremum alloqui.

Dux Paucis profari licet.

Isval. Cernitis milites habitu atq ornamentu Imperatoris vestri: quem ei non hostium quisqm imposuit, nam hoc etiam solatio foret: vos me ex victore victum, vos ex Imperatore captivum fecistis. Quater in mea verba in hunc annu jure jurando obstricti estis. et ista mitto, unum oro; Si Erfordi in meo capite, summa positorum consistit inter vos, me sinatis mori. Nam neq illiq interest, quemadmodu, aut ubi cadam, dummodo fuero mortis ignominia liberatus. hoc si impetro solvo vos jure jurando, quo toties vos mihi devovistis. Aut si ipsos vos pudet roganti vim adhibere. Ferrum huc date & permittite, qd vos facturos p Imperatore, jurastis, Imperatore pro vobis sine Religione ptis jurandi facere.

Dux. Frustra es. deliberatum est ad castra & Erfordum ibis.

Isvald. Prece aggredi vos volueru nec enim manu licet, at vos scelerata capita respiciant Dei perjuriorum vindices vobis exitiu dent, qualem vos Ducibq vestris dedistis. Ultima nunc ergo perfidoru victima has vobis diras atq fata dico. Ut inopes extorresq omne aevu in hoc castrensi exilio agatis. devorentq vos arma vestra quibq tam vestros quam hostiu Duces absumpsistis

Dux I. diras fumula. ante Erfordum stabis

Isvald. Nempe sacrilegi sequimini, Imperatore vestro prodito. Ipsi captivi.

Erford. Tot caedibq quaesitu caput hic cades. I miles vinctu prehende. occumbat tandem macedonum more, qui more macedonu toties triumphavit. Pereat cruenta Cdo Regnorum nece.

Isvald. Non fractq armis sed scelere victus tuo

Erford. Ergo peristi (Isvaldq) Ferrum o scelus vibrat.

Erford. Haec justa poena est. Nullus impune est nocens
Animi insolentis semper est Regnum breve
Et sera secum bella vindictam trahunt
Nullus scelesta vincit ERFORDUM manu.

Erfor. Miles cassum in terram elide. sentiat quantq cadat. qm sceleribq gravis hactenus terrae stetit (Miles) Moveri non potest.

Erford Plures simul erectum post fata scelus protrudite solo

Miles Etiam plurium vires ad evertendum ac robur Isvaldum exiguum est

Erford. Catenas iniice et vincula pertrahe fastu et erectu cervices Isvaldi

Erfor. Quin ipse moveo: quem fuga movit semel. O Scelq id olim meruit iratis Diis, tale ut trophaeum staret criminis sui

CHORUS

Sic stetit & frontem, demissaque lumina fixit
Hac facies mortem dissimulantis erat

Sic stetit et pressit vultum, fratriq pepercit
Non oculos sceleri passus adesse suo
Sic stetit et potuit supremo stare sub ictu
Consumpsit vires, mors, dolorque suas
Omnia casus agit pavido sortiq cadendum est
Et parcit nulli, sæva ruina viro
Sic etiam solio Pyrrhus decessit eburno
Et Macedo toto pulsus ab orbe jacet.
Sub terras Hector, sub terras ivit Achilles
Huc omnes unum præcipitavit iter.
Occidit Æneas et ferreus occidit Ajax
Cum Phrygio Rutulus Laomedonte ruit
Tercentum Fabii, gemini cecidere Camilli
Omnes Romani procubuere Duces
Crassum Parthus habet Lybico jacet æquore magnus
Et morte Enceladus desiit esse Gygas
Audi fratres cœlo capita alta ferentes
Et vos Phlegræa casus adegit humo.
Perstat clade sua, servatq immobile corpus
Hoc sibi jus animi cum moreres erat.
Non illum medio potuit Mars pellere campo
Non possunt uno fata movere gradu.
Stat rectq, firmusq manet, vinciqué recusans
Nonulli cedit de statione sua.
Tot que licet circum fortes cecidere Phalanges
Hybernoq cadant agmina fusa solo.
Ille tamen totus firmo se robore tollit
Et procul a lapsu constitit ille suo
Qui mortem proculcat humi vultuq supino
Cernit sub pedibq fata aliena suis
Non secus ac scopulus pelago defixus aperto
Latè proceduis qui superextat aquis:
Tot quamvis circum mortes volvuntur aquarum
Et præceps spumis labitq unda suis
Ille tamen firma secumq mole quiescit
Emotoque potest æquore stare lapis
Sic nihil Isvaldum percellit turba cadentûm
Stare ruant quævis integra castra potest.
Hæc summi mensura Ducis quo cuncta minora
Cui, æquale nihil secula tota dabunt
Huc omnes vosmet Patriæ componite Cives
Hæc est intrepidi regula recta viri
Cur tamen attollit sese, vacuusque sepulchri
Non in subjectam corpore fertur humum
Omnia dum latè meritis, palmisque replevit
Qua cadat in terram non habet ipse locum.

ACTUS 3tius

Inductio 1ma

Erford. Illusisti tandem Erfordo Isvalde. illusisti. vivis adhuc vivis sed mei carnificina pectoris. Intra me domicilium tibi de me vindicta est, et jam concussi animi sola rudera prostant q in cedam Erfordi. Stetisti rectus firmusq pede sub fatorum pondere Stetit non tam tibi grave fatum esse poterat ut succumberes: mihi totum incubuit pondus ut solus corruo. O vitam olim, morte ISVALDI Erfordo mitiorem. O Fratris. o Imperatoris clementissimi pectus! Ita ne simul fatum et Tyrannidem induisti! post qm Imperatorem exueres. Eheu stans post funera ISVALDUS erigit, et Erfordi jugulo eminentiori fato iminet

Miles Quid metuis Ducum Invi: Stetit ISVALDUS loco moveri nequit, ne latum contra moveret unquem

Erford. Stetit ISVALDUS, ut in terras sola illius umbra caderet. Ipsa etiam stantis cruenta me terrent vestigia, quo, non ipse venit eo suam umbra projecit metum

Miles Si occurrat umbra! eodem quo ISVALDUM superasti ejus facilius umbram victrici calcabis pede.

Erford. Sublimi cervice et erecto supercilio attollit ISVALDUS semper despicit Fratricidam sibiq & suorum saluti optime prospicit. Stetit ille, et versatur mea. Ingm cadat me sibi elegit hostem

Venator Ducum Invictissime. Proximum nemus abundat feris supra spem et modum. Nobis omnia sunt parata. Spem tantus ostolans oculos

Erford. Bene est. Utinam belluas me minorem videam eamq exuas quam hodie indui Fratricida feritatem

Erford Non me ista delectent sed quos belluos superavi crudele scelus oculis adducunt

Miles Adhuc sylvestris populi ludus tetricam expunget mentem et inanem excuti at metum

Erfor. Adibo sylvarum spelaea, monstrorum cavernas, scelere meo, ab humano expul consortio. ut cum feris, ferinum pectus habitet

Inductio 2da

Justitia Audite nemora. Audi monstrorum nidus et Parens sylvas. Siste belluam quod Leopardos et Tygrides feritate vicit. Quot tibi numerasti incolas siste. Illud, illud recens qd sub ferarum pallio et intra latebras Monstrum, excute. Erfordum, Erfordum in medium produ.

Erford. Permitte vindex scelerum meorum numen, permitte, inter feras emori fratricidam quo mitius fuit omne genus ferarum

Justitia Audite Belluae. in vestram necem et interitum servasti Erfordi gladium vobis mitto, qui scrutetur viscera Erfordi. Quam primum. Hic scorpio et basiliscus compareat

Justi. Erforde placuit ne palatia Isvaldi cordis, Imperatorium pectoris thronum in antra ferarum, commutasse. Magis ne placet ferum belluarum genus quod vel sua fronte terrorem incutit qm vultus Dni Fratri Clementissimi Imperatoris.

Erford. Eheu! Ergo periit Erfordus. hinc terret bellua inde atrocius instat numen

Justitia Nondum cruentum caede Fratris, nondum immane peristi monstrum, ultrix adesto vindicta, tormenta affer quos meruit fratricida

Vindicta Imperiis adsum vindicta tuis non claudo pede, nec segne fatum incedit. Si quam fugere volet. Sequemur equis Fratricidam.

Justit. Quid? discedere e vivis Erfordum cogitasti. Tantum flagitium mortem trahere debet non trahi.

Vindicta. Volubile quidem fatum sed æternitati circulus facit dum plectit. Rotat sæpe pœna et dum abiisse vides redit

Justiti. Redit sed iterum abibit: et per transitum necat, ut immorari debet pœna ut ex merito plectat Erfordum gravius aliquid tormenti genus addere

Vindicta. Jam ream carnem nisi vultur rodet avibus discerpendum tradam

Justitia. Prometheus ignibus animavit hominem et sic plectitur. Hic exanimavit Fratrem ergo eodem fato plectes. Jam Scelestum crede corvo Erfordo quod etiam vultur rodere dedignabitur. Lenis tortura avium infrusta et parte discerperes, quod totum simul devorari meretur flagitium.

Vindict: Ergo placebit Zysyphus in exemplum pœnæ. Cernis ut supra reum Scelus eminet pœna

Justia: Grave quidem quia saxeum est vindictæ genus, sed nondum opprimet Erfordi crimen vivet, nondum istud fatale marmor, nondum flagitio terminati lapis

Inductio 3tia.

Justitia Pœnam volo quæ canino dente Scelus mordeat. Etiam inferni pœna, maxima Cerberus est. Ardent iræ et nihil rabies nisi flamma est. Caninum Erfordi pectus hic molossus rodat.

Erford. Heu me! nunquid Actæon ego sum? Heu me! Imperatorem cognoscite vestrum! Satis est mihi Stygias famulantes tamen Imperatori accendere faces, stipatum dire latus circumferre. Libens Cerberi insiliam fauces: ignominiam mortis ita dolori meo insepeliam.

Vindicta Et ibi Infernalem habebit Cerberum, non effugis pœnas sed auxis hoc est Sceleratorum pœna multiplicato fato occumbere.

Justitia Inferos Erfordus, nos Cœlum petamus

Inductio 4. muta Clausus Infernalis.

Inductio 5ta

Dux. - Discite Castrorum Duces, Imperatorem decet stantem mori

Miles Te alloquor o Mors frustra es, non tamen Isvaldum non frangere sed nec flectere potuisti. Ita se contra te toto obfirmavit corpore, neque tibi eadem deprecaturus caput inclinavit

Mil 2 Fidi te o Mors Semel aliquid Semel aliquid in Isvaldum tibi licuisse: læta gaudensque, etiam cadaver illius evertere oblita es.

Mil: 3. Audite Hyberni, non apud vos toti cadaveri suo locum postulat; liberales in eum exstitit, si hoc duorum pedum spatium non eripitis.

Mil: 4. Prodigium mortuus, et non cecidit. Superi! Qui nunc quoque stetit anne hunc prolapsurum aliquando aspecturi estis

Mil: 5. Benevolentia, Cives, vestro parit labori sic inhumatus stetit, ne etiam in eruendo illi Sepulchro laboretis.

Mil. 6 Expecta tantisper Eumenide. Te gloria curru duo impositum campo hoc in capitolium advectura est.

Mil. 7 Audiis milites. Si vitam Eumenidi non potestis, satis ~~est~~ erit Ducis cadaver imitari

Mil. 8 Discite Terrarum Principes quantum ab obitu in vos ipsos potestatis est. Eumenidi post mortem, nec cadaver licet, nec jacere

Dux. Hyberni Juvenes, vestrum ita vobis campo hoc trophaeum stetit. Hoc sibi omnium vestra ibi triumphalia arma, terrori hostium imponenda. Bellicqi cadaveris trunco; unum, Clypei, enses, loricae, galeae, et qd est triumphus vester ornamentum.

Miles 9. Bene est. Aureum etiam post fata Imperatorem ferro ornandum.

Dux Accipe quos multo impendunt Dux maxime voto.
Obstricta castra, Sospitatori suo.
Quos ferimus gladios porge hic accipiq illos
Quo dantur aliis arma, redduntq tibi
Nil opus est manibus se sponte insignia tollent
Si ad se jubentis umbra perringat Ducis.

CHORUS

Elegia de Christo ad Columnam.

Cedat in Eumenida, laudat quod longa vetustas,
Plus aliquid Solymae Scena cruenta dabit.
Tunc stetit Eumenides cum diro funere truncus,
Et factus fato, durior ipse suo
Tunc stetit ad caedem cum non sentiret eandem
Et nullus toto corpore sensus erat
Non haec Christe tui tam mitis pompa doloris
Morsq ipso mortis vulnere facta levis
Ad mortem non post mortem Tu Christe stetisti
Optastiq necem cum morerere pati:
Cumq tuis velles innitus perstare Columnis
Non tibi nunc mors, sed saepe cita fuit.
Nec tibi sic stanti fuerat mors una ferenda
Multis in poenis Mors quoque multa fuit
Mors fuerat mortem populo monstrante videri
Mors erat innocuas vincula ferre manus.
Mors quot iis fuerat vulnus quicumq dolores
Mors quoq videri cum morerere fuit
Quis mortes numerare queat tot nomina mortis
Non ad quam stabas Christe Columna caput

Tot mortes DEUS ipse tuas nam mors quoque nesit
Mors in te quoties multiplicata fuit
Ut posit mors ipsa mori, si vivere tecum
Mors toties, quoties tu morerere queat
Quis tibi tunc animus, toto quis corpore sensus
Pronaque tot sævas ita subire neces.
Stas simul invictum præbens ad vulnera dorsum
Totq. inter mortes vivere, stare potes.
Stas vitæ mortisque reus, miserandus utroq.
Nec te stante, magis firma columna stetit
Cum tot præberes erectus ad funera corpus
Tunc fueras vitæ linea certa meæ
O lanifero subnixum verbere Numen
O ipso mortis pondere firmus amor
Non miror diris nodosa volumina funes
Itaque perpetuis tergora nuda flagris
Non miror ruptas venis stillantibq. artus
Atque uno totum vulnere corpus hians
Non ipsas miror mortes: perstare sed inter
Tot mortes vivum te potuisse DEUM.

EPILOGUS.

Stetit erectus post mortem Eumenides. Stetit immotus, tot suas ad mortes DEUS. Itaq. illius tantum admirationi, hujq. profunda etiam adoratione conjuncta. Tuæ jam Auditor Sapien. in nos benevolentiæ prona gratiarum actione cadimus.

Ad M. J. O. M. D. G. B. M. V. H. S. S. OO. Veneraone



R. M. Antonii Lekorowicz

Annus Domini 1713 in 1714

Carmen Prooemiale

Super Virgilii Maronis Librum Aeneidos VIII sic incipientem:

" Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce
" Extulit, et rauco strepuerunt cornua cantu,
" Utq; acres concussit equos, utq; impulit arma,
" Extemplò turbati animi; simul omne tumultu
" Conjurat trepido Latium, saevitq; juventus
" Effera.

Calliope se docta canit, loquiturq; Thaliâ
Indomitos, animoq; pares frendentibus Ursis,
Aut quos Marmarici rabiem docuere Leones,
Hyrcanaq; nocens vel tigridis ira furore
Imbuit, et Latii nimium quâ saeva juventus
Exarsit nuper, meritò mansvescere posse.
Pierio mihi Musa veni de colle, rudemq;
Doctiloquo pollens dignabere prelumare versum,
Quo benè prostentes Divinior Entheus afflat.
Tartarea de stirpe Deûm novus hospes in Orbem
Eumenidum, malè turba ferox advenerat. Illi
Se comitem Bellona dedit, sociamq; Gradivo
Adjunxit Nemesin. Non substitit Urbe Latina
Turba frequens, Tragicô sed jam tumefacta cothurnô
Ambit inexpletis Regum penetralia votis,
Jamq; domos celsas, parvumq; mapale pererrans,
Hinc erebi stipata latus crudelis ephebo
Tisiphone, cui composito non crine repexam

Caries anguina comam sic asperat; ut jam
Terrigenæ, spectante Polo, lachrymantibus astris,
Probrosè dare terga parent. Ac inde Megæra
Per trivium furibunda volans, Stygiisq; perustam
Ignibus attollens faciem, sic ora resolvit
Ad Sociam Alecto, tabô sua corda foventem,
Adq; Deam belli, viridi sublimis aprico:
Vos Acherontæa, supplex, de stirpe Propago
Obsecro; vos animæ sævo jam Marte calentes
Jamq; feræ Nemesis præcordia fœta cruento
Gestantes partu, rabiem spiremus in unam.
Hic juvat incautum malè sanis ausibus Orbem
Dementare; juvat tumido pulmone venenum
Terrigenis afflare, suo quod viscere condit
Sardoæ telluris ager, juvat atq; malignis
Mortales torrere focis, succendere flammis
Pectora, sulphureo, quales pariuntur in Ætna.
Ergo de medio se proripit una Dearum
Alecto, finem dictis faciente Megæra.
Tum celer arripiens, quæ tunc diffudit ahenum
Toxica per Cyathum, quidquid vecordia svadet
Exequitur, temeratq; animos et corda perungit
Plusquam Gorgoneâ sanie. Tum passibus ægris
Hanc sequitur Rhamnusis atrox male percita telô
Vindictæ. commota suo violentius æstu
Usq; adeò cunctos hominum, mordacibus iræ
Consumit flammis, acres ut quemq; vesevos
Ignivomâ spirare putes, non mente, sed ipsis
Artubus, et toto superest quod, corporis esse.
Jam tandem Bellona, genas metuenda feroces,
Totaq; sagittiferis stipata furoribus atrox
Ipsa latus, quotquot Vulcania Lemnos in hostem
Cuderat, et quales Siculâ fornace, timendus
Excoxit pejore foco, benè Mulciber iras,
Promotura gradum, Nemesis vestigia, passu
Insequitur properô. Celeri ne fortè deesset

Noxa comes; grandi vitio, vitiumque nefasque
Nempe solent uno consortia jungere gressu.
Ecce tibi segetem cernit super arva locatam,
Quam Cadmi furiosa manus dispersit in omnem
Orbis humum. Stetit hic modicum, dubitosque teneri
Coeperat, attonitos, quos tunc spectacula, turbis
Objecit numerosus ager. Mox pondus anhela
Deposuit, gladii quod causavere Cydones,
Tot gravidos Gethicis una pharetrosque sagittis,
Frondiferi, densa nemoris tum sedit in umbra.
Auscultat, cupidamque silens exporrigit aurem
Discendi, populi quid jam nova murmura praesent?
Quid molles Zephyri, quid et adferat Aeolus ipse?
Mox, quia vesano abreptum insanire furore
Audit, et exortis nutrix discordia litis
Succendens animos, truculentas asperat iras
Tisiphone, Nemesisque simul sufflante venena.
Hinc celer e placido, rabidam se tollit aprico,
Nonque diu posthac frendentibus intima turmis,
Huic gladios, hastasque aliis, pharetrasque ministrat.
Ergo letiferi tentare pericula Martis
Audet, et excidii nondum gens conscia, telis
Exultat funesta lues, clypeataque longis
Agmina densantur campis, ubi viribus itur
In pugnam. Non hic acies cuneique tenentur
Omnia sed fremitu miscentur, et ordine nullo
Per strages, hinc inde truces concurritur armis,
Cimmerium dixisse chaos, licet haste phalanges,
Consilio quas forte Deum, viduantur et usu
Luminis, ac animi, solida ratione potentis.
O Superi! prohibete nefas, prohibete piandum
Per millena nefas, non secla, perennes
Ast Phlegetontaeos aeterni carceris ignes
Multandum sacrius! Certe gemitusque precesque

Pondus habent, feriant si forte Deorum
Aures, et pulsent sacrum pietatis asylum.
Scilicet Elysios, quod terris traxit in hortos
Ad pœnas pigra, et facilis clementia flecti.
Audivit Neptunus aquæ, Thetidosq[ue] fugacis
Nympharumq[ue] potens dominus, quod turba feroci
Tamq[ue] diuturno strepitu, crepitantibus armis
Bella ciet, forsan nullos habitura diremptos
Qui caperent lites; ergo sibi poscit utraq[ue]
Parte freti comitem: madidos Tritonas ab undis
Nereidesq[ue] simul, validô tridente jugales
Æquoreos urget, subitoq[ue] tremenus ab æstu
Oceani sterilem volucer defertur in oram
Quâ fuerat propè pellanti contermina turbæ.
Exilit è plaustro, sociosq[ue] ferocibus armis
Introduxit. Atrox plaudus sopire duellum
Ambit; at exsangues animæ, furibunda juventus
Et rationis inops, malè jam mulctata caterva,
Tot, tantisq[ue] flagrans furiarum ex ignibus, ipsos
Nec superos attendit iners, qui flammea, ponti
Gurgite fluctivago restinguere corda laborant.
Nempe scelus, vitiumq[ue] solent. contemnere Divûm
Propitios, illosq[ue] palam renuisse favores
Cæca ubi robustas, toties dementia vires
Auxerat, immiti quoties se pectore clausit
Vitales rimata fibras. Contempsit eburno
Advectos furiosa cohors, per cærula curru,
Nec voluit blandis retineri vultibus. Altum
Rebus ut infectis Numen remeare retrorsum,
Atq[ue] suas urgere rotas super æquora, longum
Molitetur iter, nîsi se tenuisset in astris
Vox audita, Deos quæ ad sese accersere jussit
Lucus erat densâ prænubilus arbore, qualem
Hectoreis tantum Laurentia sylva triumphis

Vel meritas cinctura comas, doctumq́ virente
Donatura Caput diademate, servat in usus
Laurigeros. Igitur velox huc tendit uterq́
Fluctivomus laxis sonipes tantisper habenis,
Ignavio moderante Deo per devia plaustrum.
In nemus, attritis ducentibus, itur opacum
Callibus. Ecce tibi gemino supereminet altus
Vertice montis honor, propiusq́ venitur, et ecce
Chloride campestri et Flora vidente, decorum
Visitur à calathis pratum, Syriisq́ repicta
Quà violis, Pæstiq́ rosis, quà flore Sabæo
Terra ferax. Visuntur adhuc à montis aprico
Decidui torrentis aquæ, tam murmure grato,
Exacuant etiam non ut sitientibus undas,
Forte sitim. Quidni meritò fons iste bibatur,
Gorgonei reseravit Equi, quem docta Poësim
Ungula! Iam miratur eos Neptunus honores,
Talia quos referunt spectacula. Protinus ergo
Inquirit, Dominumq́ loci sibi poscit amœni
Innuit ab æstiva bene Chloride. Noveris almum
Numen ait: Locus iste sacer Phœboq́ novemq́ est
Pollice quæ docto tractant sua plectra, Deabus.
(Dixit, et afflato placuit resonabilis Echo
Lympharum de stirpe Deo, quam turba Dearum
Pierii montis cecinit, fidibusq́ Chelyq́
Castalia. Tum factus adhuc propiorq́ canoro
Cœtui Mæonidum, gratus mox hospes in antro
Exceptus plaudensq́ manu jubet hasce salutem.
Nec longum meditatus ait: Quis venit, et unde!
Quamq́ sub Aoniis operam subiisset inanem
Collibus, indomitam cupiens cohibere phalangem.
Addidit et sociam non vim potuisse severis
Mentibus (exiguâ nec enim ratione valebant)
Imposuisse modum, Stygio quòd ab igne perustæ
Torrerent sese furiis ardentibus intra.

Excepit primus, docti Cytharaedus Apollo
Agminis, eloquium, moesto quod Nereus ore
Detulit; effectum nec quem est sortitus, eundem
Se promittit abhinc dulcis modulamine plectri
Nacturum. Trahit ergo satus Helicone sorores
In comites operis tanti, sociasq' viarum.
Nec pharetrâ jaculisq' potens, onerare lacertos
Exigit, in sevos nimium furialibus armis
Sed tantum arguto rabidos victurus in hostes
Carmine, jam citharas fidibus, superaddere chordis
Plectra jubet Musas, docto resonantia cantu
Sic adjuncta suo Parnassia Numina Phoebo
Inducunt hilares, Erato praeeunte choreas
Pernici gradu; Quare meminisse molestum
Asperior quos forte rubus, Salebraq' viarum
Reddere difficiles aditu voluere locorum
Non poterant. Celeres adeunt adflantibus Euris
Exoptata suis toties certamina votis.
Triste chaos, strepitumq' fero speculantur ab ense
Et totam furiis duci sine lege cohortem.
Utq' truces animos, lepido pro more salutent
Sic agili, citharas simul omnes pollice tractant;
Ut mox doctiloquo Phoebi modulamine capta
Turba ferox, audire sonet quas buccina bellum!
Coeperit. At postquam dulces resonare Camoenas
Audiit; indomitam mentem stupefacta coercet.
Jam paulisper, atrox bellandi substitit ardor.
Strictos, jamq' manus gladios posuere, cruenta
Quos sibi fundendis habiles Bellona paravit
Hostibus, et sensim tantos posuere furores.
Indocilis flecti feritas superinduit agni
Imbellis speciem; Lernâ metuendus in angue
Jamq' animus cessavit, oves imitatus, ambro
Mansuetas vultu. Totum jam diffluit agmen
Concentu, resonare vagis Heliconis ab undis
Quem fecere Deae. Docti sic fautor Apollo
Carminibus, immitem facili ratione catervam

Edocuit (dignum facinus!) mansvescere posse.
Quodq' alii validis fortes superare nequibant
Viribus, efficit totum meliore Camena.
Dicite Sellasi juvenes, quid possit Homeri
Ilias! O quoties animum subjecit atrocem
Maeonii fidibus! quem non fera bella Darii
Nec trucis Artaudae junctae valuere cohortes
Subjecisse suos, mucronibus arte Penates.
Vos pia turba Patrum veneror, vos Numina supplex
Convenio, solidum certe mihi thema daturos.
Vexistis, regitisq' feram de monte volucrem
Carpathio, totumq' simul vexisse ferocem
Parvum est imperiis vestris felicius orbem.
Inde Theollogii vadiantes Principe soles
Astro Kamkovii, placidâ bene nostis in ursa
Gaczynii, blandam nimium praeferre bidentem.
Vestra Stagyrita, doctis Academus in hortis
Solius rationis amans, animalia posuit
Ejusdem generis genus haud immite ferarum.
Tequoq' mansvetum satis humanissime Tulli
Vidimus, in sacris â Rostris, inde profanis
Nunc mutam pecudem, mox effecisse phalangem
Ingenio meliore satam, terrisq' solisq'.
Usq' adeo, merito ut clementum nomina vobis
Deberi, non sit, qui deneget. Oro, sed illa
Castaliis etiam liceat superaddere plectris.
Nunc imitare typum, talem superindue formam
Aonis studiosa cohors, citharaq' chelysq'.
Non aliter mulcere feros te posse tyrannos
Credideris, ni Te solam, domuisse ferocem
Edoceas animum. Tuus iste perennis, arenâ
Palladiâ conatus erit. Nec discere quidquam
Nobilius te posse reor, dignumq' Tegeo
Numine, quam cum dulcisono modulamine plectri
Et dociles cuicunq' animos, menteq' benignam.

A M D G.

Anno.

Triumphus Poloniae ad Chocimum

Super Osmanno, Turcarum Imperatore, ejusq; fugato ibi Exercitu Intra Idus Octobres, Anni 1713 à Poetis Coll: Calis: S. J. cum Ecclesia

Celebratus.

R M Antonii Sikorowicz

Prologus.

Hactenus Militantem secuti Ecclesiam, creberrimis inter feroces Martis indefessi Conflictus, distinebamur armis, Auditor Benevolentissime. Permittes tandem cum eadem de Hostibus triumphante, canere, gestire cum plaudente. Quae nuper, post probrosam illam ad Chocimum Othomanorum Cynthiis ecclypsim, tranquillior, non Polono duntaxat Climati, sed toti Christiano Orbi, illuxit Serenitas, illam hodie Phoebus noster, renidente prosefert vultu, nos exultante fovemus animo, Tibiq; Auditor Religiosissime, unà cum Cordibus, volumus explicandam. Annue itaq; inter Maeonia plectra enutrito Apollini, Polonae gloriae applaudenti; Assentire Sanctiori jubilo, utiq; à Triumphatrice quotannis Ecclesia proferturo.

Scena Prima:

Genius Turcicus, Cladem suorum ad Chocimum, à Polonis factam, deplorat.

Treicias deploro vices Chocimi super arce nefasta,
Et queror afflicti Bistonis exitium!
Dissilit in partes tremulum cor, mille dolendas;
Mens abit, et gemitus et dolor ora ligant.
Verba negat livor, gelidus pavor ossa pererrat,
Sollicitoq; vigent pallida membra metu,
Deficiunt vires, superest nec copia fandi,
Lingua, velut febribus, languida facta silet.
Et pavidâ totum trepidat formidine pectus,
Vixq; potest animo, vel levis aura trahi.

Ter decies millena, sagax ubi mente revolvo
    Funera, quæ stravit belliger ense Lechus.
Siccine tam subitò fueras Rhamnusis in omnes
    Atrox Bosphoridas, quæ modò mitis eras?
Prô Superi! nobis ter centum mille phalanges
    Adfuerant, fuerant Thraxq; Gethaq; simul.
Et totidem fulsêre manus radiantibus armis
    Et jaculis, miles queis pharetratus erat.
Jam non una fuit, quam agitârat Perseus, Harpe
    Jam Pellæa simul, nonq; sarissa manu.
Ægide terribilem dixisses Hectora, si quem
    Vidisses clypeos, tela vibrasse Getham.
Dixisses Alcida novum, qui nosset et hastam,
    Et gladium, in Lechias arte rotare neces.
Hinc animis crescebat amor, vigil atq; cupido
    Bellandi, propior jamq; triumphus erat.
Ecce tibi, tenues cunei de Gente Polona,
    Ut venêre; Lechis vincere moxq; datum.
Instaurat certamen adhuc Osmannus, et ultor
    Sarmaticis sperat bella futura neci.
Pugnatur toties, gladiiq; rotantur et hastæ
    Parthica, sed frustra tela vibrantur adhuc.
Non Asiæ populi hîc, Lybiæ sitientis ab oris,
    Emendicati, nec valuêre duces.
Non acies obstare, suis distincta catervis
    Hic poterat, dum hostes conseruêre manus.
Et remoram posuisse seges clypeata nequivit,
    Hostis in Odrysios, ut sine cæde, ruit.
Sed subitò stupefacta metu, temeraria cursu
    Abripitur Thracum turba per arva volans.
Tandem pressa diu, Nabathæis ocyor Euris
    Toto, sub sylvas agmine, terga dedit.
Jam galeas, chalybem, tentoria linquit et hastas,
    Linquit, quo infelix ordine, stabat equus.

Non lituô revocatur Eques, non voce supernâ,
Nec retinent cuneos jam, peditesq́ suos.
Et totus, Mars ipse fremens, Legionibus exul
Gemmiferas enim, quas tulit, odit opes.
Jam tandem spes inde suas Osmannus in arcto,
Vertit in ambiguam, Thrace cadente, fugam.
Hinc volucer, mox castra rapit, mox diripit hostis,
Quo Heros dives erat Cynthius, omne decus.
Exuvias furiose Tibi, non æmulor hostis.
Sorte sed infaustâ, torqueor ipse meâ!
Jam nostros violenta manus prædare Penates,
Jam populare meos incola dire Lares.
Hocce precor supplex: non gloriâ, Bistonas illa
Deserat ô utinam! quîs bona fama fuit.
Sic exedit enim nostrûm præcordia livor,
Si Thraces, famâ jam spoliamur abhinc.
O Superi! prohibere nefas per secla piandum.
Hinc alias miserâ morte perire juvat.

Scena Secunda.

Apollo, ejusmodi perosus gemituum, Ecclesiâ interim Trophæo insidente, suos redimit Laureîs, à Turcarum exuviis, petitis; Sicq́ redimitis Carmen triumphale indicit.

Apollo: Quis Præficarum more querulus, hîc gemit!
Lachrymisq́ fusis, flebiles rigat genas!
Doloribûs Phœbea non gaudet phalanx.
Nec ipse tristibus immorari Naniis
Libens fero. Facessite gemitus procul.
Desiste gemebunda Heliades, ubi chelys
Aonia dulce suis fidibus Io canet.

Ecclesia trophæo insidens è Turcarum spoliis extructo: Liber, licetq́ piè superbum modo caput
Tollere, Triumphatore, de Gethicis Lecho
Cunctis; Quibus non Christianus integer
Valebat Orbis antea ponere modum,

Illos, potentior animo, quam militum
Numero Polonia, nuper æquavit solo.
Prostravit Odrysios canes feliciter,
Et jam procaci Bosphoro, cornua ferox
Dejecit in humiles suis cladibus agros.
Triumphet itaq; quousq; posteros meo
Subesse nutui, Orbis audiet novus.

Apollo, suos coronat Laureis, è trophæo petitis:

Utamur omnes de hostis exuviis feri
Gloriâ, et ita superis volentibus caput
Victrice redimiti coronâ, jam novum
Canamus Io, funera super Bistonum.
Eja, resonent illico triumphis Lechiadum
Plectra, quibus illam canere Concani necem
Est suave, quali Chocimensia mœnia
Cruore nuper barbaro, rabidi Getha,
Thracumq; pestilente tabo perflua,
Adhuc verecundis pudoribus rubent,
Dedisse vinctas, compedibus ipsis manus,
Ubi Polonos Hectoras fortes liquet
Fuisse, spe victoriæ non irritâ.
Vates, Camœnas plaudere, ergo nunc velit.

Scena Tertia.

Ita volente Apolline Vates indulgent Carmini Triumphali.

Ammus. Polonia, totius Christianitatis Antemurale, ex eversa Othomani porta, triumphalem sibi portam exstruit.

Lætus affulge, radiante Cœlo
Explicans vultum, comitemq; serò
Hesperum noctis, socium quadrigis
Phosphore junge.

Auster et vobis pluviosus afflet,
Ac serenatam bene frons amara
Nec moras nectens, gelidi Trionis
Depluat auram.

Huc Deo voto populi phalanges,
Huc eo gentes, sacra quas perenni
Cultui Christi pietas dicavit
Docta Latrian.

Auribus pronis, animô volente
Quolibet vestrûm popularis aura
Desilet famam: graviore clade
Bistonas ictos.

Hactenus nullis rabidum Gelona
Subditum Martis pediis cruenti
Estis experti, modò jam gementem
Cernere, fas est.

Scilicet fortis Lechis, pudendum
Sub jugum, Thracis toties regressi
Deprimit supplex, aliàs superbum
Cynthia cornu.

2dus. Arctica totis cecidere portis
Viribus mixta, validaq' Turres
Nescia viri, jacuere diris
Strata ruinis.

Caucasi durô fabrefacta saxo
Verticem, tanquam Babylon, inani
Porrigens Astris, tumefacta ventô
Mœnia squallent.

Non iis quidquam superest in usus
Integrum, fractis, cineres dolendi
(Interim planctu querulo vagante)
Postibus errant.

3tius. Surge sed tantis Otomane surge
Efferens vultus laceros, ruinis
Fors in excelsus abiture portas
Ingq triumphos.
Jam struunt de te, Lechiis trophæum,
Ausones læti, Siculo sodales,
Gens et Hunnorum, Rhodanique Nymphis
Juncta Sicambris.
Quod suis quondam bona sors negavit
Prœliis, cum te superasse nisu
Effero vellent, faciunt calente
Strage suorum.
Ergo jam nomen merito Lechorum
Æmulum Cœlo, referat sub Astra,
De ruinoso fabricata Thrace
Porta Gelonum.

4tus. Serenissimus, ac Invictissimus Poloniarum Rex, Sigismundus tertius, super Osmanno, Turcarum Imperatore, Triumphator.

Resurge fastis fama perennibus,
Et gloriosum tolle sub æthera
Festis Sigismundum triumphis
Sponte tibi famulante Phœbo.
Sublime factis si trahis essedum
Poloniarum Principis incluti
Tuis jugalibus comes sit
Gorgoneus sonipes. Revinctum
Velis lupato, non tamen arduo
Quo possit Hebrum promptior alite
Victricibus super Gelonas
Odrysios, superare plantis.
Audi perennem Bosphore gloriam,
Omnes et illi, qui Borealibus

Tot horridi frigeris auris
Vel Gethicum retinetis Axem.

Vicit superbos Sarmata Bistonas
Princeps inermis, non trivialia,
Qualis Gradivus gloriatur,
Arma ferens. Nimium secundò

Certavit ultor nobilis exitu
Nondum cruentam Marte ferociam
Indutus erat et tyrannum,
Jam gelidam pepulit sub Arcton.

5tūs. Parabat ensi vix dare dexteram
Et jam sinistrum Thracia, sub Hectore
Lecho, gemiscentem nefasta
Sorte super lachrymasse vidit.

Cuncti stupemus viribus Ausonas
Cessisse nuper Pompeio pares;
Sed dimicatum scimus omnes
Tot mediis, poterant quot esse.

Pugnavit ipsis noster in exteros
Votis, suo quae pectore Regius
Concepit ardor; et phalanges
Bosphoreae jacuêre campis.

Ergo triumpha Victor. Ab Hostibus
Adusq; palmas, posthuma secula
Protende victrices, canantq;
Plectra Tibi resonantis Io.

6tūs. Serenissimus, et Potentissimus Poloniae Princeps, Sigismundus Vladislaus, par dexteritate, fortissimo Amilcari Annibal, Victor Turcarum.

Narret Poloni Principis in Gethas
Dircaea Clio bella, sub Arctico
Trinentis Orbe, cum protervum
Tot machinis superaret hostem.

Quis te Gradivi belliger imbuit
Amore ferri, strenue viribus
Armisq. Vladislae fortis
Digna tuo soboles Parente?

Quis Christiani nominis Arbiter
Hujusce, te pro tempore vindicem
Fecit? furentes, sed beatas,
Qua Nemesis tibi coxit iras!

Queîs æstuavit pectus aheneum
Sic, prœliantis munere dexteræ,
Ut amne restinctum nec ipsis
Vorticibus refluentis Tyræ

Fuisset. Atrox jam sua Cortianus
Ardere fecit lumine Cynthia
Vexilla suscitavit ultor
Et Lybiæ sitientis ignes.

Fervere fecit gurgite Bosphorum,
Sævis frementem fluctibus in Lechos
Accendit et totum Booten,
Interitum minitans Polonis.

Compescuisset quò magis ignibus,
Concepta flammis pectora fervidis,
Lechæa queîs arsit propago
In Scythicas abiisse clades.

Sed hêu! furenti spes sua Bistonæ
Illusit inter prœlia fortium,
Ut strage se extinctum dolendâ
Et fatuos sepeliret ignes.

7mus.

Quidni cruentam Marte ferociam,
Et æstuantes sanguine barbaro
Vires Ladislaus Gelonum,
Aut aves domuisse posset?

Cum Dux Polonus, primus in Hostium
Cohortis, acri proruit impetu
Iam forte sub Ixesso labantum
Corda fovens animosq; fessos.

Hinc ergo primum credite posteri,
Vicisse fortem robore Principem
Tellure Getulâ tyrannos
Indigenas, Lybicisq; monstra.

8vus. Insuperabiles Copiae; Asiaticis Africanisq; Ducibus, numerosissimo ad Chocimum, Othomanorum conjunctis exercitui, aliquot duntaxat millia Polonorum.

Quid è Latinis fama Nepotibus
Deberi laudes garrula Dardano
Iactas! et audentes in hostem,
Quid Fabios, Curiosq; profers?

Ubi timendum viribus Hectora
Novisq; mundus roboris inclytum
Miratur Aluidam Gelonis
Sauromatam, Gethicisq; turmis

Praeire pompâ. Non clypeis graves
Samnitas, acri doctus in hostico
Fugasse, Vejentesq; dira
Sed Nemeae domuisse monstra.

9nus. Quidquid nocivi fert Asiatica
Feroxq; tellus Africa viscere
Recondit; et quidquid cruento
Mars Scythicus, Lybicusq; vultu

Praeferre visus; fortior impetu,
Armisq; fultus Turca superbior,
Inter refulgentes obvijzô,
Ceu Arabes, equitum catervas

Ims.

Abire totum jussit in impavem
Lechi Cohortem; quam loquor impare
Sed quantitate militari
Non animo, validâq dextrâ

Stetisse coram Gistone. Gentium
Tunc sensit illa colluvies, bene
Agmen pusillum de Polonis
Impatiens superari ab Homo.

10mus. Qui jam superbo sidera verticē
Ferire visus, non modò Sarmatam,
Votoq jam Victor futurus
Fulmineas minitabat iras.

In ima pronis corruit ausibus,
Graviq lapsu dissilit integer;
Æquavit et solo pudendum,
Quod fuerat caput ante celsum.

Hinc jam potentes viribus Hectoras
In tam minutis cernite Copiis,
Loquor Polonos; quos nequibant
Threiciæ superare vires.

Epilogus.

Satis, superq hilares, Apollinis cytharâ Poëts lusimus. Auditor sapientissime. Si in Te, plausu ejusmodi, temerè nos peccasse contigit; ignosces insolentiori lusui; cui, quia collusisse non libuit, liceat illusisse.

A. M. D. G.

Primum Poëtarum Vivens

MARTINUS

seu

Immortalis, thaumaturgæ, ejusdem vitæ, Sanctimonia,

Lusu Anagrammatico

à Perillustri Juventute Poëseos Collegii Harnkoviani Soctis Jesu

Intra Octavarum Encænia

ADORATA.

annô, quô

thaVMatVrga DeI pIetas ConCesserat orbI
se reprobo; & DoCVIt sanCtIor esse pIVM.

Prologus.

Pars Prima.

Inductio 1ma. Fama, Studio Literarum Vatibus intentis persuadet honorem Divinissimo Antistiti exhibendum.

Inductio 2da. Cum Poëtis angustias diurni Scholarum temporis obtendentibus Fama supplex invisit Tempus, à quo sibi indulgentur Horæ 10. pro celebrando Martini Nomine.

Inductio 3tia. Annuentibus tam pio facinori Vatibus, decernit Fama, triumpho ducendum Sanctum Martinum Episcopum.

Inductio 4ta. Triumphô vehitur Martinus, inter communes gestientis Famæ, Temporis, et Poëtarum plausus.

Inductio 5ta. Fama præscribit modum, quô facilius Turonensi Præsuli, 10. illæ Horæ, valeant applaudere; Literas nempe singulis dispertit, ex quibus Programma fit:

S. MARTINUS. E.

Pars Secunda.

Inductio 1ma. Duodennis Martinus, desiderat fieri se Catechumenum, etiam dissvadente, et impediente Patre.
Anagramma: Sim renatus.

Inductio 2da. Mendicabulum seminudum, praetereuntibus reliquis, operit Martinus.
Anagramma: Natus miser.

Inductio 3tia. Nuntium remittit Castris Juliani et monastico induitur habitu, relicto balthëo.
Anagramma: Mars tenuis.

Inductio 4ta. Viator Martinus vexatur à latronibus, à quorum uno defensus, restibus prius injectis, eidem traditur custodiendus. Hic tandem resipiscens, ad meliorem frugem convertitur.
Anagramma: Resti sanum.

Inductio 5tà: Auxentium, sectae Arianae propugnatorem, redarguit Martinus, à quo contemptus, et malè mulctatus protruditur.
Anagramma: Reus mansit.

Inductio 6tà. Solitario Martino Honor confert Ecclesiae Cathedralis Turonensis insignia, ac reluctantem iisdem ornat.
Anagramma: Iners mutas.

Inductio 7ma. Ab excubitoribus Valentiniani Caesaris repulsam passus Martinus Solium ejus, ardere facit flammis vindicibus.
Anagramma: Nemus arsit.

Inductio 8va: Mortuum ad vitam revocat Martinus, supplicante sibi pro illo superstite amicô.
Anagramma: Ursit manes.

Inductio 9na. Idololatras pinum pro Deo colentes offendens Martinus, jubet eandem succidi, eô pacto à barbaris posito, ut sub ruitura arbore, se probaturum: dari Creatorem omnium, immotum sistat.
Anagramma: Sunt e ramis.

Inductio 10ma In lethali decumbens lecto Martinus infestatur à Daemone, sed feliciter ab eo abigitur.
Anagramma: Artes minus.

Epilogus.

Prologus.

A Pannoniae finibus, cum nuntia Vitae Turonensis Praesulis Fama, Tuum in conspectum sistimur: Auditor Sapientissime. Novum quidpiam de Martino, vel ideò audire Te, videreq' arbitraberis, quod veterem. Divinissimi Antistitis, etiam apud Vates, experieris Honorem minimè antiquari. Antiquum scilicet, Pontificis de Ecclesia meritissimi Amorem, in unoquoq' nostrum foveri volumus, haud novitatis curiosi. Quare, oculos primò expedi: Spectator Nobilissime, benignam posthàc aurem arrecturus. Quidquid verò reprehensioni obnoxium adverteris, precamur procidui, ne apud Te, malè audiat.

Pars Prima.

Inductio Prima.

Fama ad Vates: Te, Delio devota numini cohors
Hic veneror; enthei'q' praedives caput
Pneumatis, adoro. Quid fatigat te, et sagax
Immortuam studiis, librorum tenet amor?
Resolve mentem, quam tenacibus ligat
Severior Minerva vinculis. Diu
Sudata pectora, liceat tandem sacris
Encaeniorum plausibus, post tot feri
Laboris Aestus, jam levari. Desine
Mordacibus torquere curis interim
Animos; at illud hilaris arripe, quod Tibi
Suasura venio.
Poëta 1mus. Quam vides coram, phalanx
Excipit amanter hospitem, sed inscia
Agnominis. Fatere, supplex ego precor
Qualiq' compellanda nomine sis Dea?
Quô et veneris adigente fatô, hasce in plagas?
Edissere libenter, quid à nobis velis
Fieri: parebimus absq' diuturna mora
Nutui Tuo.
Fama: Pannonicus advexit Notus
Me nuntiam Vitae celebris; qua Patrum
Primus facilè Martinus, Orbis accolas
Impleverat Eoos. Decebit te quoq'

O cara! millenisq mihi votis, cohors
Ambita, Præsulis Turonensis, pias
Audire, mirariq (quodq rei est caput)
Sequi vices, virtutis ac in te typum
Exprimere.

Poëta 2dus: Sano provida nimium veris
Cum consilio ad hosce juveres, queis labor
Palladius artus onerat et plane necat
Emortuos. Libenter amplecti placet
Sacerrimi Antistitis, et imitari proba
Documenta vitæ. Sed scholastici rigor
Temporis id inhibet: cum tot abreptos nobis
Arena curis literarum torqueat.

Fama: Veniam daturum Tempus haud ego ambigo
Tantisper, ubi non prodigos nimium sui
Vates reperiet. Annuet tam pio operi
Si fuderint ad se, simul mecum preces.

Poëta 3tius: Precemur ergo inducias omnes, pari
Voto ruamus supplices ad pii fores
Temporis.

Fama: Euntem sequere producem cohors.

Inductio secunda

Poëta ad Tempq: Venerande, ab immemorabili annorum carens
Ævo, salutem dicimus Tibi. Senem
Veneramur à tot seculis, quot integer
Distinxit Orbis, satis ubi impigros viis
Numerare soles caperat, et almos dies,
Noctesq seras ducere, alternò chorò.
Communis horarum omnium cum sis Parer,
Te convenimus providii, et unà preces
Fundimus, ut indulgere tantisper breve
Spatium, colendo Turonensi Præsuli
Velis.

Tempus ex antro: Quod ad me postulatum servii
Adfertis, est id, cui reluctari nefas.
Facilè annuo, permittoq libens, ut etiam
Pieria celebret Præsulem tantum chelys.
Sed quia, diurnis distinentur interim

Int.

Horæ, Scholarum pluribus negotiis
Illas subordino, queîs uti solet
Inter silentia noctis ater Morpheus.

Evocat horas ex antro pulsu Horologii: Prodite Divi Antistitis nomen, Polo
Terrisq; notum, efferre laudibus, quibus
Incumbit Horæ.

Prodeunt 10. Tot eritis, divi, novæ
Famulæ, quot ipse è literis notas habet

Ad Poetas conversum Tempus: Martinus in se. Vestrûm erit, iis dare modum
Celebrare, quô benè Præsulem pium queant.

Inductio Tertia

Unus Poetarum ad reliquos. Utamur ergo in Turonensem Præsulem
Ptô admodum Tempore. Neq; hæc in cassum eant
Momenta, quæ benè ordinavit nunc senex

Conversus ad Famam. Motrice Famâ. Tu comes nostrûm doce:
Antistiti, quid honoris à nobis velis
Modo exhiberi, cui paratos jam vides.

Fama: Placetne Martinum triumphô ducere?

Omnes respondent: Placet.

Fama: Ergo incumbimus labori sine mora.

Intermedium.

Inductio Quarta.

Subsidente triumphi pompâ, Fama legit in 1mo Obelisco: Suiipsius toties stupendo Victori Martino.

In 2do. Hectori Martino, in Heroas Constantii et Juliani Cæsarum probatissimo.

In 3tio. Orbis strenuissimo Domitori Martino.

In 4to: Martino, de devicto Erebo, Triumphatori.

Inductio Quinta.

Fama ad Horas: Vos temporis momenta, volo vitæ sacri
Præsulis adesse, quam explicabit Aonia
Chelys, sonantibus interim dulce fidibus.

Distribuit Horis Literas. Ordire nomen itaq; Martini; reor
Programmatis locô, benè futurum Tibi.

Saltu Horarum, componitur Programma ex datis sibi Literis:
S. Martinus. E.

Pars Secunda.

Inductio Prima.

Martinus duodennis: O quando tandem mihi, sacro Baptismatis
Fonte ablui licebit! Utinam! utinam cito!

Parens impediens: Caveto Fili, quod modo optasti malum.

Saltu Horarum componitur Anagramma 1mum: Sim renatus.

Poëta explicat: Nondum Pannonio juveni firmaverat artus
Rerum prima Parens nec dedit esse virum.
Caelitus illapso cum posceret igne perustus
Tingi fonte, solet quo sine vita mori.
Nempe sitim citius quo restinxisset anhelam
Hac tibi sim (ajebat) Christe renatus, aquâ.

Inductio Secunda.

Mendicabulum: Heu misello mihi! quis operiet meam,
Eamq; flendam nuditatem, homo probus!

Praetereuntes: Facesse mendicabulum hinc. Apage scelus.

Martinus Miles: Quae Militi superest chlamys, eam habe miser.

Horis saltu componunt Anagramma: Natus miser.

Poëta explicat.

Quando vigebat hyems Aquilonibus aspera ventis,
Nec plus Martinus Miles haberet inops.
Ambianensis ait: nudum me contege pauper.
Nam scelus infestâ morte perire juvat.
Hinc fleti patiens Heros, praecordia movit,
Et resecat chlamydem, quem tulit ense, latus.
Tunc operit lacerum, fuerat qui exutus amictu.
Natus, (ait) sis, nec jam moriare miser.

Inductio Tertia

Martinus in medio Castrorum: Martis peroso, displicent jam balthea.
Balthеum deponit. Sectabor ego Militiam abhinc, sed tantum eam,
Cœliq; terrarumq; Domino, quæ placet.
Commilitonum unus ad Martinum: Martemne deseris, ille quondam Heros! cui
Fugasse toties hostem, erat parum! Redi
Ad arma Cæsaris, timide lepus, redi.
Martinus: Et Cæsar et socii valete, armaq; feri
Martis. Sagum ego permuto meliori Togæ
Monastico habitu induitur.

Saltu Horarum fit Anagramma: Mars tenuis

Poëta explicat: Martinus quondam, Juliani Castra perosus
Elegit Christi nobiliora sequi.
Quare, Martis amans minime, permutat amictus
Vilibus, et miles balthea linquit inops.
Quis tenuem te dicet abhinc Martine, vel Orum!
Ipse ubi Mars tenuis, te viduatus erit.

Indutio Quarta

Latro invehitur in Martinum. Heus asseclæ! Perimi scelestum volo caput.
Idq; Manum et Securim retinens: Ecquid inopem, crudelis occidi jubes?
Relinque miserum; si placet, inermes manus
Ligatum demandat curæ ejusdem alter: Stringe. Tibi, vincti cura sit eaq; pervigil.
Abeuntibus reliquis, ad Custodem dicit Martinus: Non torquet ita me vestis, ut salus tua
Consulere quantocyus huic te nunc velim.
Latro ad pedes Martini procidens: O parce feritati nimis rabidæ, Pater!
Et quod nocivum mihi vides, sana precor!

Horæ concinnant Anagramma: Resti sanum

Poëta explicat: Nuper erat molitus iter Martinus in Alpes,
Gentilem ut Matrem viseret, atq; Patrem.
Debuerat rabido in prædam cessisse Latroni
Divus, et à ferro jam subiisse necem.

Cum libraret atrox, in Collum Prædo securin,
Et daret insontes, in fera vincla manus.
Sed qui Idololatra, et ferrum, vinctumq; tenebat
Certè digna suo Præsule præda fuit.
Scilicet expertus (qui tunc injectus in agrum est)
Sanam quod vesti dogma fuisset huic.

Inductio Quinta.

Martinus in Auxentium: Resipisce tandem Præsul Auxenti lues
Totius orbis et animarum, malè Latro
Solers.
Auxentius Præsul: Quid audio novi! Protrudite
ad famulos, Castigat Martinum. Ab Urbe mulctatum benè prius hoc Scelus.

Ab Horis Anagramma conficitur: Reus mansit.

Pöeta explicat. Illyricum dum Arii vitiaverat Hæresis Orbem,
Hujus, atrox, Divus, sed pius hostis erat.
Non tulit ergo ferus Martinum Auxentius; ultor
Ast malè mulctatum, jussit adire solum,
Insula quô Gallo est, dici voluitq; Celestum
Qui nunquam mansit criminis ante reus.

Inductio Sexta.

Honor cum Insignibus ad Martinum:
Antistitum, capesse cum Infula, decus
Et vilibus, lacerisq; permuta Sacrum
Tegminibus ostrum.
Martinus reluctans: Arridet isthæc quam vides
Chlamys; repictô quôlibet, ab ipsa Tyro
Nobilior est mihi murice.
Honor: Sed ego precor.
Ut munus hocce renuere, minimè velis
Martinus: Præsulne fiam ego! esse quem Monachum decet!
Honor ornat Martinum: Sepone pallam indue Pater, abhinc Togam.

Ims.

Saltus Horarum Anagramma perficit: Iners mutas.

Poëta explicat: Pontificem Lachesis nuper Turonensibus Oris
Messuit, et totam flere coegit humum.
Quod viduata suô sit Pastore. Ergo Tiaram
Martino confert, Pontificisq́ Pedum.
Sed benè, Dive facis, Tyrium, qui Ostrumq́, Pedumq́,
Pro pullo mutas Syrmate, Praesul, iners.

Inductio Septima

Excubitor Martinum arcens à Caesare: Exesto, nimis informe spectrum, quod locum
In Imperatorum occupet aliquem throno,
nullatenus dignum.

Martinus protrusus: Arbiter verum omnium!
Tu vindicem innocentis potens age!

Valentinianus Imperator ad flammas è Solio erumpentes: Quis est periculosus iste mihi dolus!
Securus, ut vitâ meâ esse non queam!
Sed assequor. Martinus ultorem sui,
Quod modò repulsam passus à me, nunc agit.

Horae Anagramma conficiunt: Nemus arsit.

Poëta explicat: Caesaris Augustal, benè percite Pneumate, Praesul,
Invisurus, ais te penetrale peti.
Arcet ab augusto ferus ast te limine Custos
Nec tibi ait, tantum posse licere locum.
Hinc quia Caesar atrox, Tui non ardebat amore
Ipsius in Solio, ceu nemus, arsit ebur.

Inductio Octava

Amicus, à feretro defuncti ad Martinum: Heu consule Pater optime, Pater orphanum
Hoc reposito in feretro; aliàs unà juvat
Amante cum Polluce Castorem mori.

Martinus. Procumbe supplex, et preces dignas Deô,
Jam funde mecum; surget ille, quem fera

Demessuit Atropos.

Superne conditor!

Post Orationem Martini Cadaver è Sarcophago redivivus: Gloria, et Honor Tibi, per hunc sit Praesulem.

Saltu Horarum Anagramma fit: Ursit mares.

Poëta explicat: Si quis erat, quem dira necis lex ire sub umbras
Jusserat, immitis, quas Libitina fovet.
Martinum quoties, pro se convenit Achates,
Dum sibi viventi, foedere junctus erat.
Ad sua tunc animam Divus remeare jubebat
Corpora: Sic mares impiger ursit amor.

Inductio Nona

Idololatrae, Arbori canentes: O Numen verum,
Tibi sincerum
Cor aperimus,
Non sis severum,
Sed vultum,
Inultum,
Qui piè colunt
Coliq; volunt
Ostende &.

Martinus arguit Idololatras: Quis vos agit vesana feritas: qui Dei
Cultum, Arbori defertis et trunco rudi?

Unq ex Idololatris: Putasné posse dari alium Deum novum?
Qui Numen arguis, prece à nobis coli!

Martinus: Datur Creator omnium; ergo hanc arborem
Succide dementia.

Alij ex Idololatris. Bene est; sed tu proba
Dari Creatorem, ruente sub arbore.

Martinus. Parum est, quod à me vultis; immotum volo
Sub onere ruiturae arboris me sistere.
Appone ferrum, non pigra ad casum manus.

Ruitura jam Arbor in Martinum, aliò Cruce S. obverti. Idololatrae: O numen, hactenus mihi ignotum! prius
Quod praedicat Martinus. Hinc jam Te colam
Constanter, et amabo libens, corde integrò.

Ms.

Anagramma ab Horis componitur: Sunt è ramis

Poëta explicat: Viderat Antistes cultam pro numine pirum
Quave Idololatras dedocet esse Deum.
Suadet, ut aeternum venerentur Numen; abhincq;
Ista, super sterilem concidat arbor humum.
Annuit illa cohors: labente sub arbore (Numen
Verum ut firmasset) mox statuitq; virum.
Dixissem, quod mortis erat, male pirus ab ictu
Pendula, sed vitae, Creditis! Arbor erat.
A Cruce, nec nocuit Divo, et Gentilibus hisce
Iam Sunt è ramis, Vita Salusq; suis

Inductio Ultima.

Lecto affixq Martinus, Daemonê abigit: Cruenta, quid molitis interitus mihi
Bellua! nihil erit, quod reperias in meo
Obitu malum. Recede terribile Stygis
Monstrum; Tuae artes callidae valent minus.
Praecipitat se Daemon in barathrum.

Horae Anagramma conficiunt: Artes minus.

Poëta explicat: Iam letho vicinus erat Martinus, et atrox
Iam prope claudebat lumina mortis agon.
Tunc Leo tartareus venit, qui circuit omnes
Quaerens se dignas, quas voret ore dapes.
Artes, inde tuas, infestas minus, esse probantur
Bellua. nam Divus ludere novit eas.

Epilogus.

Vita Praesulis Divinissimi terminus, actioni imponit coronidem. Auditor Benevolentissime. Superstitem nempe Martinum laudari volumus, cui applausisse post funera Caelitibus duntaxat est concessum. Nec decuit Vatem luctuosum canere Epicedium, ubi de gestis Praesulis Divinissimi Fama gestiens, indixit Encomiasticon. Istud, major quibusvis Encomiis Antistes, grate suscipe. Vos probate Spectatores nobilissimi.

A M D TOMAG. AUMILOCH S. Martini Venerationem.

VLTRIX pro Religione NEMESIS

Citra ullam, Paterni in Natos amoris, rationem.

In Virtutis, et Fidei desertore Filio, R. D. Antonii Sikorowic [illegible]

Ad terrorem licentiosioris Vitae

PROPOSITA

à Perillustri Juventute Poëseos Collegii Calissiensis Societatis Jesu

Annô Dei Virdicis 1714.

Intra dies, quibus plus solitò, Licentia debacchari solet in homines.

Fundamentum.

Anno 868. Gens Bulgarorum, abrenuntiatis Idololatricis Superstitionibus in Religionem Christianam transiit. Hujus Rex, tantâ, post perceptam Baptismi gratiam, perfectione capit vivere, ut, quibus in publico, ornamentis induebatur, clam ea exueret, et Ciliciô indutus ante Ecclesiam procidu us oraret, et se flagellaret. Tandem Divinâ inspiratione commotus, Regnum abdicavit: in quod, Filiô natu majore Substitutô, vitam monasticam est professus. Alius interea longè à Paterna intentione et Religione Christiana recedens, ebrietatibus, comessationibus et ludis capit vacare, tandemq' populum recens baptisatum, ad ritum gentilitatis omni studiô revocare. Quod Eremicola Pater cum audivisset, maximô accensus Zelo, Sacrum habitum deposuit et associatis sibi Proceribus Cultum Regium et balthea indutus, Filium persecutus est. Quem captum, in Specum draconibus habitabilem detrudi jussit, ac in ejus locum, Filium natu minorem Subrogatum, Similia passurum populo interminans, si à virtute et Religione desisceret, rediit ad eremum. Joa: Weber.

Antiprologus.

Zelo percita Nemesis, Suffocatis prius Amoris Paterni in Filios flammis, prima quaeq' Idololatriis decora demolitur.

Prologus.

Actus Primus

Scena 1ma: Popa Bulgarorum, monent Regem et Proceres de officio Diis persolvendo; quare eum, ad thura adolenda, unà cum Proceribus avocant.

Scena 2da: Veritas, in ipso Sacrificiorum actu Stultitiam Regis et Procerum redarguit, uroque verae Fidei Sectentur dogmata, efficaciter persvadet.

Scena 3tia: Hosce omnes, ad Servatoris, Cruci affixi Simulacrum deducit cujus primò capti intuitu profluente de suis vulneribus balneo, Sanctitus abluuntur.

Scena 4ta: Rex, tam salutaribus ablutus undis, totum se Sanctimoniae et vitae austeritati consecrat.

Scena 5ta: Tandem animum, et Regalem habitum, in Monasterium mutaturus, accersit Filium natu majorem; quem Regni sui futurum Successorem decernit.

Actus Secundus

Scena 1ma: Inauguratur in Regem Filius, Regnô integro applaudente.

Scena 2da: Hic, tam inopinatô Honore intumescens, à Fide noviter suscepta resilit.

Scena 3tia: Comessationibus et Ludis vacat.

Scena 4ta: Recens baptisatum populum, temulentus Princeps ad Gentilitatis ritum curat pertrahi in cassum, Erebum minitante Nemesi.

Scena 5ta: Parenti Eremicolae defert Nemesis, Filium longè à sua intentione recessisse, et luxui, ac licentiae deditum, veram Religionem deseruisse.

Actus Tertius

Scena 1ma: Licentiosâ Filii vitâ Genitori attonito, persequi eundem svadet Nemesis, iras, cum ferro vindice ministrans.

Scena 2da: Amorem Parentis in Filium, ad clementiam misericordia disponentem, abigit Zelosa Nemesis.

Scena 3tia: Obviam Proceribus, nondum à Christo abductis, Parens factus, post arctissimos mutuò amplexus, iisdem svadentibus, Militem conscribi parat, ac Castra instrui, Filio capiendo idonea.

Scena 4ta: Tandem ipsemet, Procerum consiliô, reassumit Purpuram et ferro accingitur.

Scena 5ta: Filius in Castra Parentis incidens, frustra obstrepentibus armis, capitur, vinctusque Parenti statuitur; quem ligatum, ad Specum draconibus habitabilem protrudi jubet.

Scena 6ta: In cujus locum subrogat Filium natu minorem, par eidem interminans fore supplicium si quidpiam Religioni et Virtuti noxium moliretur.

Scena 7ma: Ipse tandem Parens, depositô Regali murice, Eremum incolit.

Epilogus.

Antiprologus.

Nemesis ad amorem: Quos Vesta suscitavit ignium focos

Amor: Parentis in caram sui sobolem, jubet
Isthaec flagrare corda bene potens amor.

Nemesis: extinguens Cor: Restingve fatuas stulte, quas colis faces.

Absorbens à terra Idola. Dehiscat, infames sceleribus humus deos.

nemesis ad Popas: Inane terrae pondus, ac orbi lues
Funesta cede.

Popa: Non licet Mysten, Diis
Sacrum, malo cedere.

nemesis Popas transfigens: Ergo senti vindicem.

Terra movetur. Moveare tandem, visceribus è tuis solum.
Ut videribus eversa moles, jam suum

Subruitur fanum. Non tollat amplius Amulum Caelo Caput.
Itamne adhuc Gentilitatis belluam

Draco Gentilitatis et Idololatriae insigne ferit fulmine. Patiar! Perimite fulminantes hoc scelus
Superi! Meam sed sentias etiam manum.

Cantus.

Gdzie swiat psuie złość zacięta,
Ruinny go Zemsto swięta.
Niechay miną,
Wniwecz zginą,
Ozdoby. Osoby Bałwochwalstwa &.

Prologus.

99 Vindicem, pro deserto Numine et pietatis Contemptu Nemesin, in scenam inducimus. Spectator Nobilissime. Illam videlicet, quâ Gentis nostrae, seculis invidendus Princeps, superstitiosae quondam Gentilitatis rituum perosus, in Idololatram et deperditum verius heluonem, quam Filium efferbuerat. Damnavit capitis Caput impium, et à draconibus devorandum voluit, qui inter luxus et epulas, Religionem cum Virtute abliguriit. Verum enimverò, sopitam à tot seculis resuscitamus Causam posteri, Tuo nempe, Auditor Sapientissime, unà cum sorte, judicio statuendi. Decernes pro parte Actorum Spectator Justissime, qui judicari à Te, primo ducimus honori.

Actus Primus.

Scena Prima.

Popa Regem salutat: Post Numen, in terris supremum ave Caput.
Pium te adorat agmen imô poplite,
Et sacra, persolvenda Diis prope, memorat.
Ex Proceribus unq: Putasne jam illud tempus elapsum, solet
Quô debitus, propriusve superis reddi honos!
Popa: Ita est Pater Patriæ; instat hora, quâ, prece
Cœliq; terrarumq; colitur, et sator
Et Rector, unà cum Diis, suum latus
Cingentibus.
Rex surgens se de solio: Quod Numen ab homine exigit,
Absit, ut ego quoq; huic reluctor. Jam moras
Rumpo, videlicet daturus honorem iis,
Sine quibus, etiam Principes, atq; Proceres
Regnorum, haud terris honorari queunt.
Ex Proceribus quidam ad Popam: Aram interim sacrificio tu præpara,
Et quam premat veneranda Majestas viam
Ostende; comitari placebit præduces.

Scena Secunda.

Deorum Salutatio:

O Dii salvere
Numina avere,
Auditisne voces
Inter tot atroces
Fatorum assultus
Populi singultus.
Jam accelerare, Opem non tardare
Sed ferte levamen Miseris solamen,
Labentes erigite Supplices protegite.

Veritas: O! grande scelus! O lachrymis tantum nefas
Nunquam eluendum! O stulta nimium amentia!
Pro Numine video colere truncum, quem manus
Praxitelis, aut sculptore Phidiâ, ars suum
Conversa ad Regem: Formavit opus. Istudne simulacrum, Stygis
Loquax, et ipsô Dæmone disertum colis?
Agnosce Numen, tartaro, ac astris super
Subvertens Idola. Potens, quod Idola Tua, vindex conterit.

Ipsi.

Lopa invehit in Veritate: Quod istud est monstrum in Deos ita insolens?
Exesto, toti male nocens Orbi lues.
Ex Proceribus quis: Apage Sacerdotum phalanx, quae Numina
Lops recedunt. Stultè coli, eaq falsa Principes doces.
Rex ad Veritatem: Age Sanctior Magistra, quemve praedicas
Deum, sine mora ostende: liber enim sequi
Te producem, dictisq habere Tuis fidem.
Veritas: Ad pendulum de trabe Crucis Admiren Deum,
Et Principem Regum omnium Te Rex probe
Proceresq tecum invito. Jam pando viam.

Intermedium.

Scena Tertia.

Veritas. Numen aspice, quod optaveras, o pia phalanx!
Venerare supplex ostrina, et abhinc jam cole.
Ille est, paravit qui Salutis balneum ~~Tibi~~
Tibi.
Rex: Licetne fonte tingi profluo
De vulneribus?
Veritas: Id suadeo, et pridem volo.
Rex ad omnes: Tingamur ergo procidui omnes aquis
Hisce, a quibus redundat in animam Salus.

Scena Quarta.

Rex Ephebos relegat. Sine arbitris, lassum, quieti me dare
Volo. Interim recede nunc intima cohors.
Recedentibq ephebis orat ante Templum. O suave delicium animae, clavis Cruci
Affixe Jesu! Cur ego infelix, Deum
Te non amaveram citius! Ignosce, abhinc
Servire pergam, in nescios artus Tui.
Deposito munice flagellat se.

Chorus.

Genius. Dzień dopiero szczęśliwy do Ludzi
Boże! do tego, których miłość budzi
Ze Pańskiej pieszczoty,
Niesą im do Cnoty Przeszkody.
Tak widzę Jezu, kto cię kocha szczerze,
Kto z Tobą zawarł miłością przymierze,
Tyn, berło, koronę
Rzuciwszy na stronę Dla ciebie.

Imi.

Po y w krolewskim potrafi bisiorze,
Ze delikatne Swe Ciało porze,
Krwią się wszystek zbroczy
Łzami zleie oczy. Pokuty.
Gardzi pięknością, y powabem swiata
Wszystkie pompy z roskoszą pomiata.
Za nic krotofile
I wesołe chwile U niego.
Niechże cię Boże tak Ludzie kochamy,
A w dobrey myśli sobie cię stawiamy.
Niech gorzkości słodzi
Krzyż Twoy, niech zawodzi Wesołości.

Scena Quinta.

Rex ad Proceres: Arcana cordis aperio, Proceres mei.
Et quid revolvit mens, coquitq' abdita, palam
Facio: Induor ego purpuram, Regaleq;
Sceptrum prehendit dextra, sed animus refert
Monachum. Proinde Filio Regnum abdico,
Qui major est natu minore.

Ex Proceribus principalior: Quid est precor
Invicte Rex! quod mutat animum? Non metus
Utiq' regiminis! aut procacis subditi
Protervia! colit, qui suum Te Principem
Amore permisto timori. Non sinas
Angoribus Te comprimi vanis.

Rex: Premit
Me nullus angor. Sana mens Regem jubet
Exui. Moras ego non traham, mox filii
Adsint.

Accersunt Filii. Major natu: Nimis amata soboles caro Patri
Adsumus, ad nutus imperiaq' non pigri.

Rex ad majorē natu. Quod Proceribus recens aperui Tibi quoq;
Patefieri volo: Relinquo muricem,
Diadema pono, Sceptraq; mea negligo
Ditionis horum Te omnium haeredem modo
Facturus.

Filius major natu. Age, quod optimum facto vides
Venerande nimium, mihiq; Fratriq; Genitor.

Rex: Capesse jam primum Tui Regni decus,

Valedicit Regno Princeps. Patrem, esse monachum abhinc decet. Regnum vale. Intermedium.

Actus Secundus

Scena Prima

Pompâ triumphi subsidente, Principalior ex Proceribꝫ:

Conscende solium Auguste Rex, ut Te colat
Secensq́ factum Principem videat, amet,
Adoret omnis populus. Ita etenim Tui
Tenetur & amore, & videndi æstu, ut diu
Hæc tanta desideria, tolerare nequeat.

Rex solium conscendit.

Scena Secunda

Rex novꝫ è solio:

Cui Coronam tradis, esse me Tuum
Noveris, amicum Regibus Regnum. Pari
Sed absimilem. Ugam, pro Deorum vindicem,
Injuria, nec patiar illos debito
Destitui honore, quos Parens contempserat.
Hæc prima Regni auspicia sint: Deorum Honos.

Intermedium.

Scena Tertia

Ephebus Regis ad Bacchū:

Te exspectat hospitem suos inter Lares
Liberrime Pater anxius Princeps. moras
Rumpe recreaq́ deditum negotiis.

Bacchus:

Festino ego, hilarem redditurus Principem.

Ad famulitium suū:

Iuvate, melius adhuc, satis jam modò. Cadam.

Ad Regem ducis Bacchꝫ:

Regum Potentissime, hodiè lætum volo
Me, Teq́ fieri!

Rex.

Mensa, mox pro Numine
Paretur.

Inter convivandum Bacchus:

Æternos abhinc vivas dies.

Rex ad Sagittarios:

Quam quisq́ novit artem, in hac se exerceat.

Saltus. Pomorū Sagittandū

Scena Quarta

Rex jubet vocari populū:

Huc populus, huc Mystes.

Adducens Popas & populū Ephebꝫ:

Adest, quam flagitas
Cohors.

Rex ad Popas.

Reductos pristinis à ritibus,
Curabitis, ut Dô hosce, me volente ita
Trahatis.

Popa ad Populum:

O ingrata Diis audacia!
O viperarum germen! ipsa Numina
Quod rodis! Ejura Fidem Christi, suus

JMJ

Principalior ex populo:

Et jam resarcietur à te, Diis honos.
Adesse Rex feras rapaces unguibus.
Adesse Trinacrios rogos, aut rotas
Jube Ixionis; haud revocari pia
His poterit à Christo phalanx. Ipse Nemesin,

Recedit populus in bono obfirmatus.

Eamq; metue vindicem brevi adfore.

Ad Regem Nemesis stipata inferno:

O impia Soboles, Parentis tam pii!
O Numinis desertor aeterni! time,
Iterumq; poenas tibi metue, quas Tartarus
Visceribus in suis coquit.

Rex irans.

Procul hinc Scelus.
Non incutes horribilem ab Orco, mihi metum.

Chorus.

Genius.

Patrzcież iak na zte, odszczepienie Boga
Wychodzi! kiedy iuż y śmierci trwoga
Wcale nie miekruszy,
Zatwardziałey Duszy W wiecznocie.
Gdzie iest roskosza, serce zaprzętnione,
Lub w krotofilach wcale utopione,
Zanic tam Summienie,
Zanic potępienie. I zguba
Za niech bezdenną paszczękę otwiera
Piekło, niech wszystkie furye wywiera
Niech y wieczne biada
Z płomieniem wypada Siarczystym
Jeżelis ciągle rospuścił swawoli
Juz cię niewstrzyma, ah! w takzłey niedoli
Sprawiedliwość sucha,
Ktorey myśl zacięta Niesłucha.
Ey radzę, komu idzie o zbawienie,
Nierzucay Bogiem, tak każe Summienie
Raczey rzuć z nikomu
Marność, y takomu Chęć na nię.

Scena Quinta

Nemesis ad Eremicolam Parentem:

Remotus ab hominum, Parens consortio,
Tuae Saluti, intra abdita ferarum vacas

Speleæ, nemorumq saltus! et malè
Sana soboles, licentiam et luxus amat,
Christiq desertrix, reducit jam plebem
Ad pristinos cultus Deorum. Hoc persita!

Actus Tertius

Scena Prima

Eremicola Parens admirabundq: Siccine miser ego Genitor, ero causa scelerum
In Filio? Itane purpura piacula teget,
Quam nuper exui? Date Superi modum!
Quali impia soboles coërceri queat!

Nemesis: Est facilè adinvenire, non tot, quin modos
Plures, quibus Tu Filium coërceas ~~brevi~~
Brevi.

Parens: Vel unum ostende mihi, supplex precor.

Nemesis: Inter alios, qui à Te facilè haberi queunt
Iras et animos sume; ferro vindice
Antiquus olim Miles obarma manum,
Quô persequaris filium. At sequere prius

Ducit Parentem ad Cyclopes. Me producem. Ensem jamne fabricasti Cyclops?

Ferrum dans Vulcanus: Jam Mulciber, meliore coxit eum foco.

Nemesis ense Parenti: Ulciscere Parens facinus.

Iraq Parens: Ibo jam celer
In mille mortes Filii, et totidem neces.

Scena Secunda

Parens cum ense. Scrutabor ense Genitor, exta Filii.

Amor: Heus Carnifex, non filiorum amans Pater?
Studere Natorum ingenitus amor jubet,
Tortoris ut ei sis loco cui Patrem
Debes! Move ad clementiam præcordia.
Et quam sacrasti dexteram olim Numini
Haud cruentari velis.

Nemesis ad Amorem: Quid tu scelus,
Subvertis æquitatis et legem piam
Et jura! Prævaleat apud Te probe Parens,
Non fœmineus Amor, sed æquitas. Abi

Amor abigitur. Virtutis hostis procul, et impium nefas.

Scena Tertia

Eremicola Parens ad Proceres: O care Christi in visceribus Athleta, ave.
Unus ex Proceribus: Delapse Coelis Hospes in terras Tuas
Quondam, salutem reciprocam Tibi dicimus.
Omnes, quibus vix esse jam salvos licet.
Parens. Quis impius vos esse tales denegat?
Unus Procerum: Heu! eloqui nos ipse prohibet pudor.
Quis, Causa tanti criminis erat?
Parens: assequor
Quae sit locuturo materies. Improbe!
Et millies Fili improbe! Tua id efficit
Nequitia. verum sentiet brevi Parem
Procerum quid: Sentire Genitorem potest. Sed milite
Multo timendum. Castra (si sensus placet)
Contra rebellem mox erunt.
Parens: Sint, ea tamen
Quae à Filio non facilè superari queant.

Intermedium.

Scena Quarta

Invitatur Parens à Proceribus ad Castra. Liberne Castrorum videre nunc situm?
Parens: Id unicè opto.
Invitans: Praesto militum est cohors
Salutatur à Castris Parens: Ad bella crescit animus, audaces ubi
Visuntur Heroes. Decebit me quoque
Ad balthea, Tyriumque muricem interim
Redire, sicque persequi nequam caput.
Dux Cohortis: Hoc planè habebat semper in votis, amans
Regnum Tui.
Parens. Ergo mox paretur Purpura
Purpuram Dux praesentans: Regale byssinum induere Princeps. Sagum
De purpurisso militarem isthoc brevi
Eremita: Facturus. Erit, et qui ambiat Regem Chalybs.

Scena Quinta

Rex Filius meditabundus. Nescio, quod animus, grande praesagit malum
Rigere membra, metuque tremulum cor premi
Nuntius ad Regem: Sentio. Ab eremo Genitor haud pridem redux
Instruxit aciem, et castra jam propius movet

Fortassis in Tui necem. Quare fugam
Arripe, vel arma sustine.

Rex nuntio percussus: Quid est, precor?
Me Genitor insequitur? Parenti, vel mihi
Consciv mortem barbarus licet chalybs.

Rex circumventus ab exercitu: Quod Miles attentas malum?

Dux in Regem: Turne Fidei
Desertor obvius!

Rex: Arma Famuli. Dux Huc vincula.

In tumultu, et explosione bombardarum Rex capitur.

Captivatus Rex Parenti redditur: En Optime Parens Filium tanti reum
Sceleris.

Iratus Parens: Superbe, verioris Numinis
Contemptor, helnoq; deditae luxui
Tantisq; flagitiis, quibus Nomen meum
Vilescit, ergone adhuc faventem auram trahis?
O Numinis, Caeliq; terraq; pietas!
Qui fulminare crimen hoc, aut Tinu
Sorbere patulo noluistis male caput
Impium! Ideone tu improbus, quia me probum
Eremus esse jussit? atri te specus
Draconis hauriet cui hausta jam salus
In poculis.

Vinctus Filius: Heu parce sanguini tuo
Pater!

Parens. Apage nebulo, Filium qui jam exuis.

Ad Lictores: Ligatus ad draconis incunabula
Tradatur. Hanc Pater ultimo paenam volo.

Lictor ducens ad supplicium: Procede damnate capitis, ocyor ad locum
Supplicii

Ligatus Filius: Abesse passibus aliquot vides
A morte miserum, et hancce nimis urges ferox!
Qui paululum indulgere, cui Dominus necis
Vitaq; posses.

Alius Lictor. Non traham ego tecum moras.

Ligatus Rex: Precor te lictor temporis adhuc, vel duo
Momenta dona.

Lictor: Quid loqui vacat? Peri.

Ligatus Rex sub fauces Draconis sternitur.

Jms.

Chorus.

Genius. I raż iest w Swiecie, ah! ciężka niewola!
Że gdy na Pański tron wynosi krola,
Ledwie koronuie
Już detronizuie Na wieki!
Tenże twoy profit, marnosci Swiatowa,
Że z tobą zawsze zguba chodzi nowa.
Że, lub okazałe,
Ozdoby nietrwałe Przy tobie!
Także roskoszy znikome cukruiesz!
Że y w kanarze Smoczym iadem truiesz!
Na Pańskie bankiety
Smierć samę za wety sprowadzasz!
Ktożby uwierzył! że co berłem władnie
Ah z ciężkim wstydem, z cięższą zgubą padnie,
Na przepaść otwartą
I paszwę klem starta Od Smoka!
Tego dokument krol daie na sobie
A to szczegulnie w Smoczym ruci grobie:
Tak Swiat temu płaci
Kto Boga utraci Dla niego!

Scena Sexta.

Parens ad Proceres: Ad tempus habuistis ab eremo Principem;
Quem, quia iterum pia Solitudo ad se vocat.
Regnum capessat Filius natu minor.
Achuicq; praesente Patre, conscendat thronum.
Filius natu minor: Obsequor amato, Filius celer, Patri,
Et Fratris enecti recenter purpuram
Cautusq; alienô in posterum malô, induor.
Parens ad Filium: Regem creatum veneror; at Fratri parem
Nullatenus esse te volo. Quod ei recens
Factum, Tibi futurum puta; si perfidus
Deo, atq; probitatis eris hostis. Hoc cave
Valedicit Regno & Filio: Et secula diuturna vives. Jam vale
Fili, valeteq; Proceres. Regnum vale.

Scena Septima.

Parens Eremicola: O Solitudinem, omnibus mihi bonis
Optabilem! Quis Principum beatior
Monacho! cui, Crucis Numen affixum, est salus.

Epilogus:

Genius demonstrans Eremitam: Mieycież w tym od tąd Ludzie, przykład prawy.
Sprawiedliwości, Cnoty, wieczney Sławy.

A.M.D.G.

Christus Patiens

Symbolicè

In suismet Stemmatum Insignibus

Depictus

R. M. Antonii Sikorowich

à Poëtis Coll: Calis: S. J. A. D. 1714

Prologus.

Tandem Heraclitum Apollo, Musæ Artificias, dolorem Vates induimur. Auditor Dolentissime. Quod, eò aggredimur efficacius, quò magis super Patiente Deo-Homine, Familias, Domos, Singulorum Prosapiam, etiam in Symbolis lachrymari verius edocemus. Plectra quidem resonabunt Aonia, sed vel piis instructa singultibus, vel super incondito, lugissorum modulamine plorata. Auscultabis dissonum lugentis Cytharæ tinnitum Auditor Patientissime, suavem utiq; tolerantiâ concentum redditurus.

Genius.
Removet Parnassum et Pegaso Crucifixus ostendi:

Cedite Pierii reseratæ fluminis undæ,
Cedite dulisonæ Bellerophontis aquæ.
Vulneribus, nam Christe Tuis mens ebria, puro
Sanguine potatur, non Helicona bibit

Symbolum Imum

Salutis negotium exorsurus, ad Oliveti Montem se recipit Servator, ac à Suis avellitur.

Pingantur Gentilitiæ Umisciorum Ansæ à gladio tantisper aversæ, nec eidem cohærentes cum Lemmate. Tenere, vis sociata nequit.

Cholewa.

Quam Phydias operi formando providet Ansam,
Sic validi prorsus roboris esse solet:
Ut cui portando, non virtus sufficit aucta
Hoc, melius ferri vis retinere queat.

Fidei Avita tamen, solidum retinacula ferrum,
Nec patitur fortis talia vincla mucro.
Ille subiturus mortem es mihi Christe: tenere
Quem, vel Discipuli vis, sociata nequit.

Symbolum 2dum

Sanguineô perfusum sudore Numen, in Gethsemani horto languescit.
Pingantur, Domûs Tomiccianae lapides cum illa Nasonis Epigraphe: Gutta cavat.

Dryia.

Mygdoniô, Pariove lapis resecetur ab antro,
Hunc, etiam exiguô verbere, gutta cavat.
Quam magis irriguus toto de corpore guttis
Vires Christe cavant, attenuantq; Tuas.
Guttula duntaxat saxum benè conterit una,
At Te sudoris mille fluenta necant.

Symbolum 3tium.

Accedit vaferrimus ille Iscariotes, osculô Christum proditurus.
Pingatur Avitus Zaiączkorum Aper, cum illa Martialis inscriptio addatur.
Dente timetur.

Swinka.

Si nemus Arcadium multis latratibus imples,
Prosilit exertô dente timendus Aper.
Destituunt hunc arma, quibus perimatq; prematq;
Hostem, hunc ergo protinus ore necat.
Jam labiis blandire Deo, male perfide Juda.
Heu dolor! at rabidus dente timeris aper.

Symbolum 4tum.

Obviam, insidianti sibi cohorti Solymitorum, procedit Christus.
Pingatur Patritius Wolsciorum Abdank, seu W. Litera, cum inscriptione.
Facillima captu est.

Abdank.

Palladis ingressus quondam penetralia, vidi
Praeceptrice animos hac studuisse rudes.
Miror! huic dedit illa notam, dedit atq; tenello
Aeri, et huicce vaces (inquit) amare puer.
Disce notam juvenis cito disce, facillima captu est
Vixq; locuta, sagax, hanc capit ergo puer.

Obviat hostili Christus, facilisq; caterva
Sistitur; ut citius, fors, capiatur, avet.

Symbolum 5tum

Sequax Iscarioti turba corruit, ubi verecundius se Numen alloquitur.
Pingatur Zbiiewsciorum Rosa, suis cincta vomeribus. Lemma Claudiani: Armatur terrore pudor.

Rola. Impius Hyblaeos, cum hostis penetrasset in agros,
Insidias Cypriis Struxerat ille rosis.
Advertit Dea Flora dolos, Subitoq; roseta
Armat tot metibus, quotquot acumen agit.
Quis neget armatum Jesu, terrore pudorem!
Quo Solymda cadit, corruit icta phalanx.

Symbolum 6tum.

Ligandas barbaro Satelliti, porrigit Servator manus.
Pingatur Gentilitius Skrzetusciorum Jastrzębiec cum Epigraphe. Ad vincula Sponte.

Jastrzębiec. Assvetus praedis Helymus, Panopesq; rapaci
Accipitre in casses, Semper agebat aves.
Hic tamen ad nutus Domini, pedicasq; redibat,
Ac ultro voluit talia vincla pati.
Ecquid agis, dum Christe manus tibi Sponte ligandas
Offers Lictori! vincula Sponte subis.

Symbolum 7mum.

Crudeliore adstrictum nodo Numen conculcatur, calcibus proteritur.
Pingatur Jackowsciorum & Jarassewsciorum Solea. Lemma: Plantis attrita refulget.

Lubicz. Junge tibi Phaëton plaustro tibi junge quadrigam
Xanthus, quamq; Phlegon, quam Pyroisq; refert
Nonne refulgentem Soleam magis esse probabunt!
Hanc, si forte ferox ungula saepe terat.
Atteritur Numen plantis, saliente phalange!
Heu dolor! obscaenos sternitur ante pedes!

Sed quid ego mæstus querulor? jam jam Io triumphe,
Numen, et attritum calce, refulget adhuc.

Symbolum 8vum.

Ad præterfluentem Cedron, immanissime Christus protruditur.

Pingatur Rogalinsciorum evacuata Navis. Inscriptio. Affert jactura salutem.

Lodzia.

Fluctivago cum fervet atrox mare gurgite pontus,
Undaq; Tænario quassa tridente tumet.
Tunc agitata ratis Zephyris Aquilone salutem
Sperat, si puppi, res jaciantur aquis.
In Cedron jaciant vinctum Te Christe cohortes,
Hæc jactura, reis arrha salutis erit.

Symbolum 9num aut potius Hieroglyphicum

Vellicatur Divina Cæsaries.

Pingatur Avitus Kosicciorum Samson, cum illo Prudentii Lemmate:
Invictum Virtute comæ.

Samson.

Pagina sacra docet: minimè quod tela vel enses,
Samsonem poterant exsuperare virum.
Invictum virtute comæ, qui nescit hostis
Ille, sed in cassum tela vibrabat atrox.
Cæsariem dum Christe Tuam vis vellicat excors.
Quid? nisi Te fortem, se probat esse virum.

Symbolum 10mum

Ducitur, quà ad Sacerdotum Principes, quà ad Judices iniquissimos Salvator.

Pingatur Ma,kowsciorum Sagitta, cum Inscriptione: Ad quemcunq; Scopum.

Ogończyk.

Illa pharetrati depromunt tela Cydones
Gnossius illa potens, illa ferusq; Getha.
Ad quemcunq; Scopum, ut si tu direxeris: illô
Pertingant; speres devia nonq; fore.
Dirigitur, trahiturq; pium per compita Numen
Atria raptatur porq; remota Latrum
Ut quoscunq; scopos placeat statuisse Sagitta
Christo, jam celer hos, jam voluçerq; petat.

Symbolum 11mum.

Falsò, Innocentissimo Servatori, flagitia imponuntur.

Pingatur Gentilitius Kotficzorum Campus, cui Lemma adjungatur:

Proscinditur insons.

Kotfic. Ut vastrô sulcatur ager, coliturq' ligone
Innocuum ferrô scinditur atq' solum.
Ut malè vulnificis Campi vertuntur aratris
Vomeribusq' ferax dilaceratur humus.
Sic probris laniaris Amor, proscinderis insons
Christe, et ceû tellus vomere scissa taces!

Symbolum 12mum

Post inflictam violentiùs alapam, Christus eloquitur: Cur me caedis?

Pingantur Wierzchleysciorum Rota, cum illa Epigraphe: Extorquent violenta loquelam.

Dzerszren. Fama vehebatur quondam unô et Gloria curru
Cum fuerat stridens orbita in axe rotâ.
Cur (inquit) Dea sola loquax: Crepet orbis inunctus!
Cûi moderator equûm sic Patyramphis ait:
Quam tibi dant Orbes tremuli, (mihi crede) loquelam
Ponderis extorquet vis violenta Tui.
Verba, tacens aliàs fundit Servator ab ore
Verbera quà potiùs trux dedit esse dolor
Non aliàs patiens Orbi loqueretur Iesus,
Ni daret insontem vis violenta sonum.

Symbolum 13tium

Ad Carcerem nocturnum demandatur Numen.

Pingatur Pawesciorum Leo inter mœnia, Lemma: Nec in somno quies.

Prawdzic. Qui Lybici saltus nemoris, lucosq' pererrat,
Qui Spelæa subit, Marmaricosq' sinus
Antris ille docet patulô dormire Leonem
Lumine, et insomni membra quiete premi.

Trudit ad umbrosae Noctis ferus antra Satelles

Christum, ac Cimmeriô carcere Numen habet.

O! nimis insomnem, inter nulla silentia noctem!

Quae fuit infelix adsq; quiete quies!

Symbolum 14tum.

Vestimentis, castigandus in publico foro Servator exuitur.

Pingatur Hulewiczorum districtus mucro. Lemma: Nudatus suscitat iras.

Nowina.

Vidi ego bellantes cum Gracchis Hectoras olim

Et strictum chalybem tunc agitasse feros.

Nec prius iratum conspexerat Hectora, Gracchi

Palpebra, vibrasset, quam sua tela manus.

Ac si non aliter vomuisse liceret in hostem

Iras, ni nudus mucro fuisset ei.

Quò magis exutô Corpus nudatur amictu

Servatoris, eò fortiùs ira tumet.

Symbolum 15tum.

Omni instrumentorum genere, laceratum Christi Corpus, proprio cruori innatat.

Pingatur Chlebowsciorum Rosa coloris candidi cum illa Inscriptione:

Suffunde cruore, rubescet

Poray.

Floribus Hesperidum benè prospecturus in hortis

Cultor, adit Floram, quid sibi cauta velit:

Tunc olitore probô laudato, ostendit amaenâ

Innocuas agri parte, vigere rosas.

I celer (inquit) eas suffunde cruore, rubescent

Mox in sanguineas alba roseta comas.

Nec mora, purpureô tellus vespersa cruore

Effecit niveos erubuisse rubos.

Nunc erat insontis nunc Christi Corpus eburnum,

Isthoc, jam rubeum, sed facit esse cruor.

Symbolum 16tum.

Ins.

Sui dissimilis Servator, ob numerosissimas cicatricis tyrannidem.

Pingatur Domus Tarnowsciorum Ascia, cum hac Epigraphe: Diversam dant vulnera formam.

Starza. Diversam ut visibus truncus per vulnera formam,
Frondibus exsectis, Ascia ferre solet.
Dissimilem fecere sui, sic, multa cicatrix,
Artubus et totis plaga cruenta Deum.
Non est, qui fuerat Servator, corpus et ora
Asperat et faciem saeva figura piam.

Symbolum 17mum

Medium inter Subsannatorum catervas Numen deridetur.

Pingatur Domus Grabscianae et Jablkowscianae Abacus, cui adjungatur Inscriptio: Lusibus exponor.

Wczele. Dum tabulas, abacosq[ue] suâ magiolirus arte
Ostentat celebris; quid[?] nisi ludus erit.
Instrumenta lucri, lusus exponit honestos
Sorteq[ue] qui ludit, luditur ille suâ.
Exposuit Solymaeus atrox pejore theatro
Fortunam; Mundus quâ stetit atq[ue] Polus.
Affluit ergo celer, ludendi avidissima turba
Et sorti illudit, proh dolor! illa meae!

Symbolum 18vum

Redimitur sentibus venerandum Jesu Caput.

Pingatur Gentilitius Misskowsciorum ac Godzimierscuorum Unicornis.
Lemma: Capiti medicina et acumen inhaeret

Boncza. Aethiopas si forte libet peragrare remotos,
Dextra mihi ducat mox peregrina feram:
Cervino capiti medicina et acumen inhaeret.
Totum corpus equum, pes elephanta refert.
Orbis at ignoti venus medicabile cornu.
Christe, Tuis, medicum Frontis, acumen erit.

Symbolum 1mum.

Prolabitur sub trabe Crucis, jam viribus exhaustum Numen.

Pingatur Tomicciorum Oneraria. Inscriptio: Agit ne pondus ad ima.

Lodzia. Aemonius mittit si naves Typhis in undas,
Pondera quas Cypriis mercibus aucta premunt.
Has scopuli, Syrtisq[ue] vorax absorbet ad ima
Fors oneris nimii non patiente Theti.
O! quoties Servator Onus, te presserat illud
Grande Crucis, tibi quod tergora stravit humi!

Symbolum 2dum.

Linteo, sacratiorem vultum imprimit Salvator.

Pingatur Avita Gałęsciorum Solea, cum illo Silii Italici Lemmate:
Suamet vestigia signat.

Lubicz. Pergit in excelsi, nomen cui Golgotha, montis
Numen, et appropians, jam juga summa petit.
Tunc Mulier veneranda sibi venit obvia, dextris
Porrigit et clemens vela repansa suis.
His, ita Servator suamet vestigia signat
Ut soles recipit signa repicta solum.

Symbolum 3tium.

Summum tandem Golgothae verticem attingit Christus.

Pingatur Doruchowsciorum Sagitta. Inscriptio Ausonii: Suprema est meta laboris.

Niesobia. Spicula Phoebus uti, Lyciô praestantior arcu
Depromit pharetris, vel jaculatur Amor.
Mox nervo, benè missa vago se tela sub auras
Tollunt summa quibus vis, scopus esse solent.
Consistit in celso Solymaei montis aprico
Jesus, et viridans, usq[ue] cacumen adit.
Tum sic affatur, propiorem forte phalangem.
Hic suprema mei meta laboris erit.

Symbolum 22dum

Medius Latronum Servator prior Sociis Cruci immoritur.

Pingatur Szygowsciorum Cynthia, cum illa Statii Epigraphe: Praecedit clara minores

Trzaska.

Stelligeri jubar omne Poli, cum Luna pererrat
Et caeca ignipedes nocte resolvit equos
Anteit illa faces cursu, superatque minores
Sidera, nec patitur se citiora fore.
Praecedis mortis socios velut alta minores
Luna focos Iesu, dum hanc prior ipse subis.

Symbolum 23tium

Nudum, Cruci affixit Salvatorem, Solymaeorum barbaries.

Pingatur Waliszewsciorum vacuus Acervus. Lemma Ovidii: Inopem me copia fecit.

Leszczyc.

Villicus assidui patiens cupidusque laboris
Horrea, et ingentes condidit ille domos.
Faecunda fereri grandes instruxit acervos
Et locuplete suum messe replevit agrum.
Venerat huc ergo quondam male callidus hostis
Frugibus et fartos evacuavit agros.
Tunc plorans: Inopem me copia fecit, Acervus
Inquit, frugiferum sic nocet esse, nimis.
Quis vacuum Te Christe Cruci, nudumque dicavit?
Sic inopem fecit copia amoris, ait.

Symbolum 24tum

Sui Crucifixoribus, donat tantum facinus, moribundum Numen.

Pingatur Lubiensciorum Patritium Caput ense perfossum: Inscriptio: Mens ignara nocendi

Pomian.

Cui noceat, strictus quamvis se vertice mucro
Asperet! erectum vi graviore Caput!
Est eadem fuerat quae mens ignara nocendi.
Nec perimunt isthaec, quae super arma rigent.
Nonne Cruci suffixe Deus, mens ista fatigat
Te: cui duntaxat nolle nocere placet.

Symbolum 25tum

Sitienti e trabe Crucis, morituro Deo Homini aqua denegatur.

Pingatur Rokoszesciorum Avitus Piscis. Lemma: Morior dum subtrahis undas.

Glaubicz

Ims.
Undivagus tumidi quamvis maris incola piscis
Nunquam Siccigerum littus amare Solet.
Languidus emoritur, gratas ubi Subtrahis undas
Desinit absq' Theti, mox animamq' vomit.
Numen in infami Sitit undas arbore! non est
Divinam cupiat qui relevare Sitim.
Ergo velut Sicco piscis de littore mortem
Sic sitibunde, Crucis funera, Christe subis.

Symbolum 26mum.

Transfigitur perennaturo vulnere Servatoris Latus.

Pingatur Linowsciorum & Kietczewsciorum Pomian Suo cum acinace, Semper capiti inhærente, cum Lemmate: Hæc plaga perennis

Pomian.

Quod ferrum capiti Parmis manus invida fixit
Forsitan æternum vulnus utrinq' facit.
Numinis appensi reserat violentior almum
Hasta Latus, Jesu cor, penetratq' pium.
Hæc, Christe Tui lateris, vult esse perennis
Plaga, Tuus quam post funera sangvis alit.

Symbolum Ultimum.

Inter tot Dei Hominis Cruciatus, Constantissimæ Æquanimitatis Mater Dolentissima.

Pingatur Avita Walewsciorum Columna, cum illa Venusini vatis Epigraphe: Sublimi Sidera vertice.

Columna.

Gadibus Herculeas jam non Superesse Columnas
Lauricomus Calpes mons Abylaq' docet
Hasce tamen feriisse liquet vaga Sidera Summo
Vertice, cum premeret se quateretq' Notus.
Cuius Boreas, Aquiloq' potens jam Suscitet iras
Majores his, queis obruta Virgo fuit!
Erecto tamen illa animo Sic Sustulit omnes
Ut Semper Cælo proxima mente foret.

Epilogus.

Inconcussam tot inter malorum turbines Columnam, Herculeam esse credimus. Auditor Religiosissime Illam Scilicet, cui non plus ultra Alcides, Nos, luctuosi laboris terminum exaramus. Dolebimus tamen absq' termino, & eluemus lachrymis, arguendi alias, quod nondum arguté lugere didicerimus! A.d. M.D.G. B.V.M.D.H.I. Venerationem

Conceptus sine peccati acumine sive intacta Virgi-
nis Conceptio.

R. Mitnered Frumanoz
w[illegible]
Dimissus

Creditus ætheræ quanta est sapientia mentis, Plus
valet, atque hominum sperare scientia possit. Vix
terræ mens ampla stupet, quæ sidera possunt conci-
pere.

Ecce novum Rhetoricæ cœlestis ingenium, uno Mariæ
in conceptu totam sapientis naturæ vim, totum Tullia-
næ eruditionis conatum, superavit; eoque ille Divinæ men-
tis partus Nobilior est, quia sine ullo peccati acumine,
ut palam sit admirabilis cœlorum eloquentiæ fuisse
partum, et non ex alio profluxisse nisi e fonte gratia-
rum, non alio excogitatum oratore nisi Deo. O! digna
quæ sola libros impleat, bibliothecas superet ipsas erudiat
scientias cœli cogitationem, inexspectatam sane et nisi cœ-
lo parem, Cogitastis o superi, cogitastis, et nisi fecisetis superi [illegible] ingioniose altius orbe caput cogitare non posse-
tis
illud esse debuit quod supra orbis eruditi sortem, su-
pra admirationem Sapientum sapuit, supra capita
altius, supra ingenia subtilius cogitavit. adeo ut conceptus ille supe-
rum nec tangi nec pungi possit.

Date eruditam aurem A.A. D.D. Ego conceptum si-
ne peccati acumine, hoc est illæsum Virginis inte-
gerrimæ ortum exponam, si vero licet hebetior stylus, et
non acuta dicendi ratio, aurem offenderit nisi subtilis-
simis assvetam, sine acumine dictionem arbitremi-
ni.

Laudo orbis scientiam, sed et damno, nil tam ingeni-
osum mortalis advenit industria quod omnem imperfe-
ctionis notam effugerit, nil tam altum, quod eo ascenderit,
ut tangi nequeat: quo subtilius quidpiam, pungitur a-
cutius, omnis Conceptus acumen, aut habet aut
est quo vel pungatur vel pungat. Vestræ reliqui
sitis omni scientiæ o cœli, potuisse aliquid cogita-
re quod nullo tangi posset aculeo, Nobis quidquid
licet expolitioris animi sensu cogitare contingit
quia humanum, non tam delicatum est, ut non attin-
gatur, Sanctissimus Cœli animæ Mariæ conceptus, tam
tenerrimæ mentis partus est ut omne acumen hor-
reat pati et nequeat; tam subtilis vix ut illum vi-
deas, non tangas; tam acutus ut simul offendere ne

Sciat

JMJ.

sciat et offendi tam sublimis, ut quantumvis omne fasti-
gium praeter-gressa culpa, unum illum non attigerit
tam rotundus ut acumen nullius noxae habeat. Sane inge-
niose Maria in conceptu caelum lusit omne barathri
votum communem populi labem, universalis regulae
legem eludendo. Ut Jovis e capite (quasi ex scientiarum
officina) frons eruditorum Palladis, et capitale Numen
nasceretur, ferri ictu, an acumine res eguit, non potuit quia
partus ille gigni nisi flumine effonso, o vix dignas au-
ro emi Scientias, si tam rudi instrumento debent origi-
nem. Quanto felicius aurea caelorum mens cogita-
vit ubi Mariani conceptus integritatem omni i-
ctui submovit, et tam intactam servavit, ut securis
illa, qua omnes ad Scientiae lignum, noxarum ra-
cemos concidimus, ne attigerit quidem Virginis inte-
gritatem. Parcique abhinc jactet antiqua secula libe-
ralitate Salomonis ingenium, Sapientiae ille Domum
(quid enim non Sapientia dignum Rex Sapientissimus
construeret) absque securis aedificavit ministerio, ut se-
curius faceret habitaculum. Novum Scientiae Divinae,
et omnia Scientis Dei templum Mariam, orbis mi-
rari incipiat et non desinat, cui ab omni vulnere im-
munissimum pectus, absque omni noxarum strepitu (ut
vocalia vitia sunt) superum formatum est in Regia.

Erubescat orbis scientiae erubescat, omnes ad Mari-
ani conceptûs eruditionem desipimus; et quidquid co-
gitaverimus, si actum est, expungit defectum terrestris
ingenii, scilicet universi arboris illius fructum hoc est
malum Scientiae gustavimus, unde quidquid sapimus
pomi illius sapor est, an venenum; Sola Mariae Scientia
et Conceptus quia caelestibus tantum est innutritus de-
litiis tanto remotior a labe est, quanto longius caelum
ab arbore Paradisi. Astutus non tam Scientiae quam versu-
tiae Doctor, infernalis Coluber ubi Cathedram paradi-
si in ligno fixerat, ita omnem corrupit Scientiam ut nul-
li Sapientiae versutiam, nulli conceptui aculeum non
immiscuerit; omnemque arboris eruditae fructum docere
fecit eruditum. Maria quia sola a pomi illius condimen-
to obstinuit non jejunam sed boni integerrimam sortita est
sapientiam, et Conceptum sine acumine.

Non uno duntaxat e Serpentis Capite illibatae Virginis
conceptum legimus totus orbis in librum se explicat et
liberum ab ab omni noxarum accumine exponit conceptum,
etiam ante oculos dum se Virgineis pedibus advolvit

integer. Tot ille quidem acuminibus [quae] spinis quibus in p[oe]nâ desidiis inobedientiæ quasi calcaribus horret, sese instruxerat contra Virgineam integritatē, et Virginitatem integram ne una in mūdo cœlestis viveret ~~et terra calami~~tatem, terrestris nō sentiret; acuit noceāi animum livor hominum, hac parte totiū infelicium, qui nō parium, accessit ipsa peccati altitudo veriusnē dicā superbia! nullā sublimitatem nō tangentis. Et vicerant omnia simul, quæ singula universum subegere. Si non contra cœlestis ingenii niterentur efficaciam. Nimirum illa omnia quæ (si non erant) esse videbantr accutissima, in orbem acuminis nesciū excedere aptiora advolvi plantis quam alicui noxæ involvere, magis ambire idonea quam circum venire calcaneum illibatum. Cū globi ad instar orbis est, contra hostes innocentiæ Virginalis telum est non contra innocentiā; si punctum est! non inde similitudinis habet vocabulum, quod conceptum pupugerit aliquando Marianum; unam potiq ex universo Immaculatam Hoc punctum notat et periodus est non potentis eni Mariam extendere sententiæ. Circulus est sed non vitiosus aut si vitiosus? ideo vindicis et victricis plantæ sentit pondus. Denique quia orbis mundus est nihil non purissimum in Maria denotat.

Minimè verò et Luna, cornutum alias sidq Reginæ Nostræ conceptum lædit imo si coronæ à cornibus pulchrius sortitæ nomen, Luna in coronamentum victrici in primo ortu se submittit Mariæ, et omnem felicitatem vincenti mortalium Virgini arcum de se ipsa eriget triumphalem.

Quantus quantus autem est Sol, cœli oculus totum se in ubonem Mariæ explicuit innocentiæ, ut cum illa nil noxæ viderit non secus tueatr ac pupillā. Et ut pariter impeti Virginis integritas non posset, atq; sol sagittis; Videat ad Solem quisq;, imò clarius sole videat, nihil in Mariæ conceptu umbræ esse, Solem prius (ut aimus) digito tetigeris, quā Mariæ pupugeris Conceptionem; quasi prius cōtra cœlum contra sidera peccatum sit, antequam Mariæ lædas innocentiā, cœli enim vulnus esset, si quod Maria pateretur.

Nec stellas, quamvis et illas Virgineo splendori conjuratas inlectionis fatigo argumentum, quæ certè, quantumcunq; lucis habeant totam ad illustrandam rem, prodigerent. Quod sodales, tot stellæ imo aurorœ sumus non minq conceptui amicæ Mariano quàm Musis. Dixi.

+

Recens Constantiæ Christianæ prodigium

P. M. Andreas Krumanowski

In immaturæ ætatis, juvenibus

Simone et Matthæo

Et sene utriusq Parente Tito, Bungensibus.

a Perillustri Supremæ Classis Juventute Collegii Calisiensis Soc. Jesu ad imitationẽ, et admirationẽ propositũ.

Anno supra prodigia, prodigi Dei Hominis 1714.

Argumentũ

Nobilis Bungensis Titus duos Filios habuit Simonẽ et Matthæũ, uno et altero in supplicium fidei causa vocato, et invicto, Rex parentẽ vocat, filios occisos nunciat ipsũ nisi resipiscat morti destinat, ubi imperterritũ videt, in præmiũ Fortitudinis vita, filiis, fidei libertate donavit. P. Juventiq Hist: Soc: Jesu

Prologus.

Recens constantiæ Christianæ prodigiũ, quod Bungum vidit, scripsit Juventius, orbis miratus est subterraneus, ante oculos dabimq Auditor Religiosissime, Sapientissime. Tu si patientem aurem donaveris dedisti omnia.

INDUCTIO PRIMA.

Rex Bungensis de fide deliberat cũ Senatoribq, pro Idololatriã statuit.

Rex.: Ergo ubi pulsatum bellis pacavimus orbem
Æternum molimur opus; ne sola subesse
Bungo terra sciat, superos in damna trahamq.
Ecce Deum stat multa phalanx, altaria, tunei
Implevere rudes, infelicesq penates
Sorte sua dicas, quos paucior incolit hospes
Quam superi; aut certe, fidei si tanta vetustæ
Est pietas, multiq placet reverentia templi
Erroris documenta novi proscribite regno,
Exiliũ Romana fides, famulisq domari
Nam solius subeat Deus; et concordibq exem

Pulsemus precibq, nam si diversa rogamq
Audiri voces, Superos audire vetamq.
Nescit quêis precibq clamatus pareat æther
Si varia prece, regna sonent. Nec Numina jā sunt
In nostras, tam prompta vices, si Numen eādē
Diversum tellure coli videat, et uno
Dissimilem clamet regnū sermone Tonantem.
Ergo agite, et quidquid placet hac in parte tenendū
Emeriti Proceres decernite. —

Pluribus unum

Præferat ille Deum, heroum qui millia paucis — Senator I
Postposuit millena viris. quò pluribq orbis
Servatq Superis, stat fortior; utq trecentis
Stat meliq secura Domus suffulta columnis
Quam cui se solam fultura subdidit arbor
Sic meliq multis stat nixa potentia Divis.
Tutior est belli semper fortuna frequentis, — Senator 2.
Et multa pugnante manu sors victa teneri
Non dedignatq, solo victore repugnat
Sors belli generosa capi.
Quo plures Superi plures pro sorte Patroni
Et nil non vincet Superorum exercitq ingens.
Quid Deus imbellis? qui vix sibi sufficit uni
Quē juvet ipse hominū, dum multa voce rogatur?
Non eadem Superis ē, cum mortalibq ipsis — Senator 3
Cura, potest unus, quod millia posse negares
Unus ubiq juvat, tam multiplicesq rogantum
Exaudit cernitq preces, nec plurima tantum
Numina profuerint, quantis juvat unicq ille.
Hic vobis credat, qui non est castra secutq — Senator 4
Et nescit quid sit numero pugnare frequenti.
Si Deus est n̄ unus, habet quem terra precetq
Cumq deest unq, poterit prodesse secundus
Si Xaias misero fuerit contrariq orbi
Posset adhuc Amydas mortalia damna tueri.

Te, si non unq Deus audiet, audiet alter
Qui non est? miser es, nisi numina multa precceris.
Nunquam non audit, tantummodo justa pre- Senator 5
Si minus audierit, certu est nihil utile posci, cemur.
Aut nocitura peti; qui numina multa fatigas
Quod poscas dubiu est, uno prodesse volente
Impediet Deus alter opem. non seq rogari
Iratus doni turbabit vota petiti.
Nil obstat Superos omnes in vota vocare Senato 6
Auxilium dare quisq potest, nec Numina turbant
Alteruter quod sanxit opus, quod fecerit unus
Omnes confirmant.
Sed minq est quantaquanta ratione docemur Senator 7.
Perpetuus mos pondus habet, pro lege Parentu
Ritus erit; coluêre Deos, exemplaq passim
Antiquæ probitatis habes, seu templa sequentes
Consulimus, plerisq libros in margine chartis.
Ipse ego (nam memini) nunquam peregrina videbam
~~[illegible]~~ Sacra, nec admisi Romanum Numen in aras,
Nunc, dolor ē,! antiqua ruunt simulacra Deoru
Quæ Patrii tenuêre Dii loca, possidet alter
Advena, Bungensi nunquam vulgatus in orbe.
Et scelus, et pudor est, veterum, ipsorumq parentu
Emendare fidem, ritusq movere probatos.
Si quid avi veteres male peccavere, Nepotu Senator 8
Corrigat errorem pietas, ætate sequamur
Non fidei ratione patres, plus sæpe juvabit,
Judiciu, quam exempla sequi, si forsitan ipsi
Vixissent Proavi damnarent sacra Nepotum
Instruerentq suos peregrina ad Numina natos.
Hoc tamen haud patiar Proavos errore notari, Senator 9
Plurima laudamus, quæ constituere Parentes
Quæ solam damnare fide dementia tentet?
An quia semper erant veri, semel esse notandi

Mendaces! contra Patres peccamus et astra
Impia vel pietas est, qua peccat in illos
Qui primâ docuere fides, malletnq́ videri
Impius, atq́ meos proles ingrata Parenti.

Senator 10

Adde quod ipsa novâ fidei cunabula Roma
Innumeras coluit, quondam sapientior aras.
Qui veteres fastos volvat, Latiiq́ priores
Felices annos, plus quam millena videbit
Numina, millenasq́ Deas. totidemq́ notabit
Templa suis erecta Diis. Utinamq́ ruinas
Consuleret mala Roma suas, velletq́ videre
Quam pia nuper erat, propulsatoq́ recenti
Dogmate virtutis retineret jura vetustâ.
Nunc quia mutavit fidei documenta Latinô
Opprobrii plus sola tulit, quam laudis habebat.
Quantô desipuit caput olim totius orbis
Putinam Bungum sapuisset clade Latina
Corrigeretq́ suos Romanâ clade furores.

Senator 11

Ô utinam Bungum Romana exempla sequatur!
Emendetq́ suos Romana in sorte furores.
Nil Latio, veteri, cessit de laude vetusta
Auctum est cum pietate decus, si fata querat
Eversasq́ domos superum, tot templa ruinâ
Implevere locum, prostansq́ per omnia regnat
Compita Relligio, et Divinû splendor oberrat.

Rex

Quidquid ab utraq́ est auditum parte, meretur
Audiri, sapienter enim dixistis utriq́
Alterutrum magna sese ratione tuetur;
Sed quoniâ primum tantô ratione docemur
Mos aliud Patriiq́ docent exempla, tenendû est.
Vim legis mos longus habet.

Senator I.

Quanquam voce tua possent decreta probari
Sed dixisse Tibi parvum est, statuatur oportet,
Et sit lex æterna opus è quæcunq́ loquaris.

Rex

Tu officiû Scriptoris age, imperiiq́ sigillo
Da robur chartis, crimen capitalis esto

Legi non parere meæ parere Latinæ
Quod rex et pietas jubet exequar. - - Notarius
— — audiat orbis Rex
Et servet decreta quibus servabitur ipse.
Scripta jube tota vulgari protinus urbe.

Inductio 2da

Decretis promulgatis, Idololatræ triumphant. ante aras Xacæ

Ite profani, cultus et vani
Ite mendaces ritus fallaces
Ite recentes Dii et gentes
Ite Latinæ causa ruinæ.
Antiquas leges, reducunt Reges,
Vetusti mores, Deûm honores,
Intrant neglecta Divorum tecta
Circumdant aras Xacæ præclaras.

Inductio 3tia

Significatur promulgatio decreti: Titus accusatur fidei Latinæ. Rex modos reducendi a fide quærit.

Audiit expectata diu solennia regnum, Notarius
Et veteres rediisse Deos, fugisse profanum,
Gavisa est gens tota Deum, calet ignibus ara
Antiquis, pinguisq̀ suis altaria venis
Et pridem viso templa imbuit agnus odore.
Atq̀ utinam Regi parerent cuncta jubenti Nuncius accusans Titus
Immodicos nec jussa tenent; decreta ferunt,
Sed non servant, Romanum Numen avito
Praeferunt.
Quisquis erit pereat, melius violare nocentes Rex
Quam leges Regum violari. primus adoret
Si non demisso, dejecto vertice Xacam.
Sic mandat regni pietas, juravimq̀ astra;
Spernere Bungenses Superos, capitalis esto.

Ille quidem Regis nunquam non fidus in aula — Nuntius
Quodque magis doleas Tibi dilectissimus ipsi
In Superos tulit arma Titus. — —

— — Titus ille, Titusne! — Rex

Si in Superos, in me arma tulit. — — Nuntius

Nec solus in aras
Pugnat, in hac acie Patrem comitata juventus
Regales sprevere Deos. — —

Titus ille; Titusne! — Rex.

Perdendum est infamex genus, ne Scandala Bungo
Impietas non plexa ferat. Non crimine nostro
Perdetur, sibi solus obest. se auctore peribit.
Adjiciam tamen esse Pater, nondumque Tyrannus,
Sed Rex, et mansuetus ero, terrore cruorem
Praeveniam, vincamque nefas in prole Parentis.
Sunt illi gemini vitae solatia nati
Hos prius a fidei Romanae errore reducam
Forsan et ipse Pater natorum exempla sequetur.
Ite, prius puerum natu accersite minorem.

Inductio 4ta

Centurio Filius Tibi ad Regem vocat et deduxit.
Ipse quidem centum mortes, et fata mereris — Centurio.
Parcitur interea sceleri; pro crimine Patris,
Supplicium soboles Patrem comitata subibit
Exitium minor ante feret. Tu si Pater esses
Salvares pietate necem, quam errore parasti.
Ipse quidem centum mortes, et fata vovebam — Titus
Pro Latia tolerare fide, magnamque minori
Invideo nato sortem. Tamen ambo Eademque
Incipiam cum prole pati, cum prole perire.
I, puer et Sobolem natu accersito minorem. — ad puerum
Quid facies? Princeps vocat, ut mihi Te, Tibi vitam — venit filius.
Eripiat, vellem certe Tua fata cruore

Praeverti se meo; velutiq aetate licebat,
Sic uperem fato natum prior ipse praeire.
Non mihi tam durum est, vita breviore carere — Filig Simon
Quam Patre, ibo tamen, generosi Nomine fati
Me sobolem quisq' esse probet. quam degener essem
Si qua minaturi Regis tormenta timerem.
I puer, hoc caveo, ne Te mandata, vel ira — Tity.
Vel favor eludant, si Rex promiserit aurum
Tu glebam crede esse rudem, majora paravit
Victori caelum; quidquid Rex denique tentet,
Aeternum nihil esse puta, brevis hora doloris,
Laetitia sine fine parit. Tu primus in astra
E nostra gaude ire domo. Pater ipse Nepotes
Contendam per tela sequi. — —
dolor ire volentem — Filig.
Retrahit, et durum est Patris a cervice revelli;
Ire tamen mandata jubent. non fata timerem
Si scirem certa esse mihi. crudelior esset
Rex utinam! —
Parce morae Rex ire jubet. — — — Centurio.
— — Jam hic ultimus esto — Filig
Amplexus. — — — —
— — mihi crede tamen repetes in astris. — Tity
Perge memor Patris, semper memorandus ab illo
Perge —
— vale Pater et nostri memor esto vicissim. — Filig

Inductio 5ta

Rex Constantem in fide Simonem Filium ad carcerem damnat.
Ergo etiam parvos tantus furor occupat artus! — Rex.
Tu-ne etiam Superos imbellis Tyro lacessis!
Dum precor, et justam clementia continet iram
Mitior esto Tibi. virgas, et flagra timere
Sit satis, et non ista pati; Tu pusio, nescis.

Quid sint ista, cave ne fors patiare rebellis
Nescio, sed cupio pro Christi lege probare, Simon
Hoc scio quod quidquid nimius ferale mineris
Est minus ingenio majora subire volentis
Nec virgas nec flagra timet, cui vivere mors est.
Et placet iste quidem, modo sit sapientior ardor, Rex
Contra hostes sic esto ferox, constantia parvos
Sed non stulta decet. — —
Talem me semper habebis Simon
Dummodo non habeas sceleratum. — —
— — Cur puer erras! Rex
Aetatis miserere Tuæ, miserere rogantis
Principis; et quantū sit ab ipso Rege rogari
Consule. delicias quantas vis solus habebis..
Delicias nil curo Tuas quinimmo rogantem
Ipse rogo, citiq fac, quæ decernis agenda, Simon
Vitam, cum cervice paro. —
— — Ne ferreus esses
Aureus ante fui. — — Rex
— — Sed malo ferreq esto
Aureq esse potes. — Simon
— — Cur sic crudelis in ipsū
Te, puer es, fateor pulchri me pœnitet oris, Rex
Desi ne me esse piū, nec Tu sis impiq ipse.
Desine sic pius esse licet, te malo videre
Immitem, quam sic mansuetū: parce loquelæ Simon
Utere suppliciis, mihi certū est linquere vitā
Ocyq, atq fidem. —
Non Te sic ingere fatis Rex
Advenient quamvis n tanta voce petantur.
Carceris interea pœna damnate nocentem
Forsitan in tenebris meliq sua fata videbit. ad ministros
Quanta superstitio! quantus furor! Ite secundū
Ducite Matthaeū, Patriq referte minorem
Ulrici cecidisse manu, similemq parari
Majori cum Patre necem;.

Inductio 6ta

Centurio alterum Filius Matthæus a Tito, Regis jussu, instructus Patris monitis ad Regem adducit.

Centurio

Si nondum uniq; sapuisti funere nati
Alteriq; resipisce malo. jacet unus, eadem
Alter cæde cadet, nisi sit prudentior ipso.

Titus

Non satiata fames uniq; Sanguine nati —
Alteriq; sorbere sitit truculenta cruorem.
Si merui perijsse Pater, cur fata negatis?
Et scelus est, Scelus in natis punire paternum.

ad filius

I fili, fratremq; sequi gavise minorem
Ipse brevi Patrem comitem pietatis habebis.
Vicisti reliquis fratrem, quam turpe fuisset
Si vincare semel. nondum tepefacta recenti
Terra cruore calet, generosi signa duelli
Aspicies, addesq; sacræ nova munera terræ.
Nil juvat in terris doleas, Te Frater in astris
Expectat; spectator erat pietatis olymphus
Jamq; parat laudes et præmia debita pugnæ.
Mequoq; si regis ferrum, et ~~decreta~~ vocarent,
In fatum ruerem. vobis fortuna relicta est
Nobis invidiis pars. ac injuria. Nec Te
Pæniteat vitæ, meliq; vivemus in astris.

Matthæus

O! non debueras frater dilecte, prædire
Majori, primus natu, subiturus olymphos
Primus eram. video tantum natura priorem
Me fecit, pietas Te, ego terris, Tu prior astris
Nasceris. heu utinam saltem properare liceret
Ne tu tot prædeas, quot nos præivimq; annis.
Hoc unum doleo, quod nostra morte, parenti
Causa sumus luctûs; utinam solatia simq;
Atq; satis jam tristis habet solaminis in Te,
In me utinam lætetur adhuc. —

Titus

Lætabor et in Te
Si fratris sortem, fratrisq; exempla sequêris.

Hēu sequar, hēu utinam sequar! o quam tarda videntz Matth9
Tempora, quæ votum cupientis inane morantz.
Ne quoq, solus ego fiam mihi causa morarum
Tu certaturo genitor mihi fausta precare.
Et Superi, et frater faveant, victoribq ausis Titus
Non poterit Tibi deesse polus, pro rebus agenti
Sidereis. — —
Nunc jussa Tui fac Principis, imus, Matth9
Sitq utinam Princeps sic in mea funera promptus,
Ut sum solus ego. — —
Inductio 7ma
Rex a fide Matthæi diu nequit reducere, ipsi Patrē vocat.
— Nec Te dementia fratris Rex
Edocuit parere diis, post funera saltē
Vivere. Tu solus nondum fraterna recusa.
Et minq ipse quidem peccavit, crimina tempus
Excusat puerile, at Tu cur doctior erras!
Si plus sum sceleratus ego, quare ergo nocentē, Matthæus
Non prius abstuleras! quare minq ista merentem
Fecisti primum sceleris, tantumne minora
Crimina plectunturq? præstat magis esse scelestū!
Quod pridem debes, cito fac, ne sero secundq
Sim, qui debebam prior esse. — — —
O! dura propago! Rex
O genq ingratum, nec vos sentitis amari,
Nec vultis; solamq necem pro sorte putatis.
Experiere brevi puer insensate, quod optas.
Iam ferro paro colla Tuo, ne vero moremur Matth9
Hic etiam flecto. Cur præmia ferre recusas.
Da meritū, cur justa neges, qui justus haberi
Vis, quare non es! —
— — Non tantum justus haberi Rex
Sed clemens etiam volo.
Nil clementiq unquam Matthæus
Factum a Te Rex magne puta, quam quando volenti

Accelera per fata necem. Gravis ille Tyrannus
Qui negat hoc, quod cuiq placet. — —

— — Resipisce, peribis Rex

Et forsan cladem quaesitam serò dolebis.
Emenda ratione nefas. (Sodales) Tentate juventa
Et si forte potest flecti qua voce probate ad juvenes
Ne pereat juvenis, crudeli morte merens.

Inductio 8va

Sodales Matthaeum à fide reducere tentant.

Ante quidem fueras, cur non vis esse Sodalis Adolescens 1
Ulterius noster? satis Tibi spernere Romam
Quam Patriam, vitamq simul. —

— — Non praefero Bungo Matthaeus
Vel vitae Latium, vitam postpono saluti
Et coelo Bungum. —

Quid luderis omine falso! Adolesc. 2.
Nec coelo potiere tuo, nec divite Bungo
Vana nimis spes est, coeli spe linquere terram
Et certum, propter non certam perdere sortem.
Alius iter ad coelos, gravis est vesania, regnum
Ignoto mutare polo; non posceret astra
Eligeretq solum Phaeton, si doctior esset.
O! juvenes, nescitis adhuc quae dicitis, ite Matthaeus
Vivite contenti terris, me expectat olympus

Inductio 9na.

Adolescentes nil profectum a se nunciant, Rex ipsum Titum vocari jubet ~~constanter repugnante, in praemium fortitudinis vita, filius, libertate fidei donat~~.

Quidquid agi poterat factum est, tamen ille repugnat, Adolescens.
Et constans vult esse sceleris, vult esse rebellis.
Extremum est quod tento Patrem accersite furentem Rex

Inductio 10ma

Titus ~~[illegible]~~ vocatus, constanter resistit, in praemium fortitudinis vita, filius fidei libertate donatur.

Jam nati periere tui, Pater ipse vocaris — Centurio
~~Ad fatum, atque mora imperium Regale~~
Ad fatum, jussis regali promptus obedi.
Quid vetat ire patres, et toties in prole cadentem — Titus
Occubuisse semel. —
Titus es? ~~sed~~ criminis in Te — Rex
Effigies? adeone Titum mutaverat error?
Ergo aliter non vis nisi Regi ingratus obire?
Nec Te jam pietas patriæ, nec cura Deorum
Continet effrenem?
Plurima fecisti Princeps, nunc parva roganti — Titus
Munera da, concede mori, dum fata petunt,
Jam mihi dimidium vitæ cum prole periit,
Tollite quod superest. et si solatia vitæ
Abstuleras, ipsam quoque Princeps, accipe vitam.
Redde Patrem natis, et natos redde Parenti.
Reddo Patrem natis, et natos reddo Parenti, — Rex
Decretum superavit amor. constantia vestra
Vicit justitiam. reliquis capitalius esto,
Sed vobis licitum præcepta Latina tueri,
Excludunt fortes, siquæ decreta feruntur.
Vivite felices, quia non vixistis inermes.
Accipio, vitamque simul, natosque, putabam — Titus.
Occisos, utinamque forent, securique astra
Incolerent, vitæque dies melioris haberent.
Nec sumus ingrati, vitam redimemus amore.

Epilogus

Vidisti constantiæ prodigium Auditor Religiosissime, ubi si contra miraculorum majestatem deliquimus, ut pronum est in maximis, imitatione virtutis emendare studebimus.

R. M. Alexandri Dembicki — + A. d. M. D. G. B. Stanislai Hon:

Imitatio Dramatica

Peregrini, Ierosolymis, in ipsa locorum Dominicae Passionis Usitatione, doloris amorisque aestu extincti

Exhibita privatim, a Grammaticis Scholis

B: Stanislai Kostkae.

Calissii Anno Dni 1744. 22 Mart:

Fundamentum

Ex ~~ex~~ annalibus R. P. Ioannis Kwiatkiewicz Soc: Iesu ad annum Domini 1217. refert Sc: quod Peregrinus Dinanteo oriundus, loca Sacra Ierosolymis obiens, ibidem obierit, devotione cor disrumpente.

Prologus.

Peregrinum in Scenam damus, ipso amoris aestu extinctum, Auditor Spectatorque humanissime. Adierat hic, loca Sacra Ierosolymis Calvariae supplicio mortisque infami, Xti celebria; at ubi in locum Calvariae nomine, et crucis tormento insignem pervenerat, eousque pietatis processit, ut abundantia pietatis, cor disrumpente, animam ibid exhalarit; Hocce vobis spectaculum, expectatissimi spectatores proponimus; majorem expectatione benevolentiam vestram nobis [illegible] et veniam, si forte a recto imitandi dicendique tramite, deviare vel etiam haesitare contigerit, primum utique gressum formare Conaturis.

Scena 1ma.

Amor Divinus, piis Cogitationibus, et recolendis Xti cruciatibus immersum, futurum peregrinum, sagitta icit, persuadetque ut inviseret Dominicae passionis vestigia Ierosolymis.

Futurus peregrinus, desiderio amandi Deum correptus, eique se dedicat, et obdormiscit.

O mea vita Deus, vitam tibi dedico totam
Me tibi do totum, tu mihi solus amor.
Obsequiis me dedo tuis, tibi vivere soli
Et servire volo; perfice vota Deus.
Reddo tibi, quodque mihi, tua dextera contulit
Urat solus amor, viscera nostra tuus.
Fac mecum, quodcunque tibi, fecisse libebit
Et quocunque placet, dirige, ducque precor.
Urat amor ~~amor~~ pectus, succendat corda medullas.
O amor! o venias! pectore pasce mea!

Tali jactante sopor occupat amor superveniens, sagitta cor petit, excitur expergiscitus ait:

Quis novus hospes ades! quis! homo ne! Deus ne?
Qui telo tutus, pectora nostra feris!

Div. amor. Sum Divinus amor, pulso penetralia mentis
Et figo cordi spicula nostra tuo

Pereg: futurus: Succine sit doceas. <u>Amor</u> doceo, mihi crede fatenti
Et quod te doceo, percipe facere cito.

Pereg: futur: Edoceas me quaeso, precor, Divine Magister,
Discipulum, Doctor, me tibi trado videre.
Dicito, quod me scire cupis, mihi numen amicus,
Atque feri telis pectora nostra tuis
Me tibi do totum, totum me consecro Numen
Ducito quo mens est, quo cupis, ire, placet.
Te Ductore, viam monstras quamcunque, capesso
Et quaecunque doces, discere cuncta volo.
Trado manus victas, captivum ducito victor
Injice vincla precor, nam tibi servus ero.
En, tibi pando sinus, pando tibi pectora, fige
Quae tua dextra gerit, spicula fige sinu
En, tibi pando sinus, aures animumque paratum
Quod vis instilla, quod cupis, oro, doce.
Omnia profundo, quod te Doctore docebar
Pectore deponam, en audio pange, volo.
Exponit negotium Amor. Hoc est summa rei, venio, tibi Lector amoris
Servatoris ama vulnera sacra tui
Replicat futurus Peregr: Diligo dulcis amor, meditorque colloque libenter
Haec sunt mentis enim, pignora summa, meae.
Hoc ego continuo recolo, noctuque diuque
Mentem cura frequens occupat ista meam.
Hic cibus est mentis, hoc sunt hoc solatia nostra,
Hic labor, hoc requies deliciumque mihi
Et quid nam sit, amor, quod praestarem amplius istis!
Quae sunt, pande mihi, quae facienda putes.
Suade quidquid aves, quidquid fecisse placebit
Quidquid ais facio, si modo ductor ades.
O amor, o animae praeses, rectorque, Magister
Imperiis me do, subjicioque tuis
Ad nutum me finge tuum, tibi cereus esse
Jam volo, jam cupio, fingere quaeso velis.
Duc, utcunque libet, species formabor in omnes
Nam, quodcunque voles fingere, lima sero.
Vis quae possideo fortunae cuncta relinquam!
Abjicio promptus, desero cuncta simul.
Amor. Ergo jam capito, quod te fecisse juvabit,
Quodque tui, verus testis amoris, erit,
Jerusalem petito, celebratam funere Xti
Xti supplicium, nobile vise solum.
Peregr: futur: O bene dicis amor! stimulos das ultro volenti,
Quod mea mea vota ferunt, hoc mihi dicis amor

Flas da lento. calcar Sitopseo pigro
o ferar, et rapidis nubibus, atqz rotis
o mihi Solis equos. o et mihi plaustra typeda!
o vehar! orapiar! quo mihi dicis amor.

Amor. Ergo age, et absqz mora, patrios contemne penates,
Eja tibi charos, deseré linque focos.
Exue qua tegeris, peregrinisqz indue vestes (q[uo]s dat amor
Sume manu baculū (q[uo]d porrigit amor) nec mora, tardo sequor

Peregr: assumens vestes. O mihi, regali, vestis pretiosior ostro!
o mihi vilescis, murice tincta chlamys!
Dum te Sacra, meis, assumo palla lacertis
Dum tē condecoror dum mea membra tego

Deponit vestes secular: Jamqz valete, mihi charissima tegmina quondam
Splendidius, quām vos, me, teget ista chlamys
abit: Et jam, nostra domus, nostriqz valete penates
Jam cælum patrium. patriaqz aura vale
Conversus ad amorem Et jam, nil superest, jam nos res nulla moratur
Ingrediamur iter, quo placet, ito sequor
Cantq: Tu twoy zbawiciel. Twoy odkupiciel. Serus kochany cest formany oDusze

Scena 2da

Amor Eja ducem sequitor. fidum experieris Achatem,
Ad loca, te Domini Sanguine sacra, voco. 88
Et jam se nostris, en, urbs, obtutib[us] offert
In accessu Hierusalem, Domini funera nota tui
Urbs ea, qua Dominum, quondam crucifixit iniqua
Eius fuit et tortor supplicijqz locus
En jam (terra patet. Domini perfusa cruore
Supplicio Domini, nostraqz clara tui.
Ergo reseratos, imo sub pectore motus, accedunt ad urbe
Ergo, animus vires prome, utraqz tuo
Indulge cordi, permittito frena dolori
Effundat sese, cor animusqz simul
In accessu horti amor. Eti Jam Gethsemani villas, hortosqz beatos
Aspicimus. superant, Elysiumqz solum.
Hoc ibi est tellus, Domini conspersa cruore
Hic, quo effusa sibi, protulit ora Dei

Peregrin in horto: O tellus veneranda! ô horte, beate, beate!
o animus requies, deliciumqz meo!
Vos mihi nunc lacrymis, millenis fontibus orta!
Nunc mihi de cordis profluat unda fibris!
o quantum felix terra es, quantumqz beata
Ut pote quo Domini, es, Sanguine potata. 88
o Cur n[on] fueram pro tunc, hoc terra locusqz
Cur folium? & cur herbaqz nulla fui?
Cur arbor non ulla fui! pulvisculus ullus?
pro tunc, dum Xtus Sanguine tinxit humū!

Hic, tuus, o anima, oravit sudavit Jesus
Hic, languore ruit, labrisq fixit humo.
Hic moriens, sudansq fuit moestusq pavensq
Hic et sollicitus, taedia summa tulit.
Ac haec, cuncta, tui solo perpessus amore
Haec tormenta tulit crimine digna tuo
O quid retribuis! tanto quid reddes amori!
Si potes, heu! tantum, reddere, redde vicem!
O amor!

Scena 3tia
Veniunt ad locum flagellationis

Amor: Hic locus ille sacer, nec non est illa columna
Ad quam servator flagra cruenta tulit
Hic nudus, vinctusq manus, hic adstitit ille
Qui teget, et solvit crimina nostra, Deus.
Hic caesus virgis, spinis, hic verbere sectus.
Deciduo madidus sanguine totus erat.
Sanguine, tota fuit, tellus hoc, ebria, Xti
Purpureoq madens imbre cruenta fuit.

Peregrinus: Digna coli tellus! o felicissima tellus!
Quam excoluit Xtus, sanguinis imbre sui
Digna columna coli, quam adstrinxerunt vincula Xto
Adstringent utinam, cor animumq meum!
O mihi, quod non tum fueram, tellusq palusq
Ut sic innocuus tingerer imbre sacro.
Supplicium perpesse Deus, mea crimina solvis
Funibus adstrictus, lorisq passe Deus.
O Ego, causa fui vinculorum, causa columnae!
Hujus! et effusi causa cruoris ego.
Te mea noxa ligat, dire adstringitq columnae
Dilaniat dorsum, Xte ligate tuum.
O Ego sum tanti, numen tibi causa doloris
Causa pudoris ego, Xte recente tui.
Heu! tibi pro tanto, quid munere Xte rependam?
O saltem patiar, compatiarq tibi
Vel certe, dignare meo, tua vulnera menti
Figere, da, portem stigmata corde, tua.

Cantus

Tu twoy Zbawiciel
Twoy Odkupiciel
Jezus Kochany
Jest Biczowany
o Duszo:

Scena 4ta

Adeunt locum Crucifixionis

Amor. Hac juga petrosi, tandem conscendito montis
Sacramenta tuae magna salutis habent.
Monstrat viam, amor, qua Deus crucis bajulus ivit, salutat peregrinus.
Hac, tuus ivit amor, probroso pondere pressus
Sub cruce saepe cadens, hac properavit amor.
Peregr: O via, quam Domini caelestis planta sacravit!
O via, gemmatis celsior et soliis!
Invideo tibi, terra, tuam, sanctissima, sortem.
Supplexsemper tuam, terra beata vices
Amor. Eja move gressus ad montis culmina sacri
Xtus ubi patiens moriens, in trabe fixus erat.
Locus Crucifixionis. Hic est, ille locus, morientis triste theatrum
Hic mortis Xti scena peracta fuit.
Hic pius occubuit, dulcis Servator Iesus
Hic tua mors fuerat, morte perempta truci.
Hic tuus, in medio latronum fixus amator.
Occubuit, populi risus, et ira sui.
Hic latus, hasta ferox, transfixit vulnere saevo
Hic vitam clausit, vita salusque tua.
Peregrinus. O locus! o animae centrum, sedesque beata!
Te mea poscebant, vota videre diu
O quibus exprimam verbis, mea vota precesque!
O mihi caelestis copia, lingua veni.
O ubi lingua mihi! voces ubi! verba deestis
Cur solitam cordi ferre negatis opem.
Chorus: Twój Zbawiciel, Twój odkupiciel, Jezus kochany ukrzyżowany obecno

Scena 5ta.

Locum Sepulturae invisunt.

Amor Ecce tui Domini, quondam, mortale sepulchrum
Quod tulit exuvias, bustaque sacra Dei.
Hic tua perpetuum caelestis vita revixit,
Extitit hic tumuli, vita salusque tibi
Hoc fuit inclusus, functo carcere Xtus
Hoc, mortis tetro, carcere clausus erat.
At tu causa mali, mortis tu causa necisque
Condidit hoc antrum culpa scelusque tuum.
Hunc tuus conjecit Dominum, perversa voluntas
Hoc tua damnavit carcere ~~[illegible]~~ loka Dew
Peregrinus: Verum dicis amor, fateor doleoque scelestus
Heu dolor, heu maeror pectora rumpe mea
Heu culpam! crimenque meum! quo vindice, poenas
Dignum, qua nemesi, suppliciumque luam!

O amor! o ego, funesti sum causa sepulchri!
Heu scelus! istius funeris author ego.
O mihi nunc in cor vertantur membra fibraeque
Et sic exsequiae, nec nisi tota, amor.
Diffluat in lacrymarum riguum mihi lumen utrumque
Viscera rumpat amor, viscera rumpe dolor.

Chorus Twoy Zbawiciel, ktory odkupiciel, serce kochany, iest pochowany o duszo
tobie peregrinus, rupto corde

Scena 6ta

Alter peregrinus adiens sepulchrum Dni, offendit extinctum peregrinum: mortis inquirit, admirabundus ignotam causam. explorat cor exsertum acruptum deffendit, edocetque a genio. Divulgat fama perfert &c.

Peregr. accedens ad &c. Hic jacet extinctus peregrinus morte repente.
Eheu est imo fixa sagita sinu
Quid vult hocce sibi! lateri quid fixa sagitta!
An petiit pectus dextra cruenta pium?
Cor patet exsertum, in partem geminamque diremptum
Hocce rei quid sit! mi Deus oro doce. &c orat Deum &c.

Genij: Adsum quid doceo et ~~rerum~~ ~~in~~ casus mysteria pando
Hoc dolor et magnus viscera rupit amor.
Res sic se habuit: lustrat loca sacra, sed ecce,
Invadunt pectus, moeror amorque simul
Crescit amor, crescitque dolor, praecordia ferve
Vim tantam haud poterant, rumpitur ergo sinus
Intima cordis adi, necis instrumenta videbis
Queis fuerat Xti dilacerata caro.

Aperit cor peregrini miratque &c et genio stupore et affectu vix fancabile loqui:
Felix morte tua, cor meum divide sortem!
Fama veni, toto, protinus orbe feras.

Adest cum fama defert per orbem, et vulgat rei seriem populis &c

Hic nova de Solymis regnis ~~regnis~~ fama adfero vobis:
Hoc, quod spectatis, viscera rupit amor.
Res sic facta fuit: quendam loca sacra videntem
Obruit insolitus, corque diremit amor.
Hoc ego fama videns injuncto munere fungor
Defero per mundi, nuncia fida plagas
Instrumenta necis, fixit compassio viva
Formavitque, ita vividus arte dolor
Hoc ego propono vobis celebranda, videte
Quantus amor fuerat! quis fuit ille dolor!

praesentat instrumenta passionis cordi inscripta

Varii discursus cord ad quos hic numer planus. Fuit Corde hoc Disrupto, instrumentis Passionis Dni inseguto, epigrammatis 7plici

amussim epigrammata

ex allusione ad illud Praeceptum Dei - Diliges Deum ex toto Corde.

Iussisti toto, te corde, o Numen amari

Diligit haud toto hic, atque tamen obsequii.

2dum

Ex allusione ad illud vulgatum: Deum non diligi Corde diviso

Diviso non corde Deum non dicito amari

Quam bene, diviso, diligit iste vides.

220 3tium.

Multiplicavit amor Divinus, pectus amanti,

Sic fuit unus amor, non fuit unus amans.

4tum

Diligere optavit multum, Superi favere precanti

Dum cor multiplicavit, Sic pia vota placent.

5tum

Dum peregrinus obit loca Sacra obit ipse simulque

Sic Semel hic obiens bis peregrinus obit.

6tum ex allusione ad illud, q Deo habeat odio duplici corde

Iam caelum duplex cor nunc odisse negamus

Duplicat ipse vides, attamen inde placet.

7mum

in coronam cordi infixam

Corde corona caret quam Xhus vertice gessit

220 Ambitiosus amor, ambitiosus amor.

&&&&.

Epilogus.

Peregrinum plane in Scenam duximus Auditor Spectatorque humanissime, quia peregrino theatris, et tuis eruditissimis auribus Stylo coram te discurrimus. Quod aberrasse contigit, fatemur, Sed ignosces, quia peregrinum imitati sumus, nec in quoquam eundem verius expressimus, quam quod erraverimus. Nequaquam inoffenso pede, hac vestigia decurrimus, Sed tamen inoffensa, quia humanissima et integerrima aure tua nos decurrisse praesumimus, humanitate tua, id nobis persuadente

Ad M. D. G. Bsmae V: Immaculatae Conceptae Honorem Divi Beatissimi Tutelaris nostri, Stanislai kostka Venerationem.

[illegible].

CRUX PROVIDA VITÆ

A perillustri Mediæ Classis Grammaticæ iuventute adorata

Anno per Crucem afflicti DEI 1773.

Argumentum.

R. M. Bartholomæi Dziewiatyński

In Insulis Philippinis, barbari homines pestilentiæ morbum advertentes, crucem quodam in loco positam evellere decrevere, cujus morbi causam putabant fore. Metuunt tamen ne si eandem attigerint luem attrahant, quare Christianos expetunt id ut faciant, quibus detrectantibus barbarus audacioris animi, sacrilegam (in Christi crucem) conicit dexteram, sed nihil promovet, ideo rursus apprehendit, et nefando (post multum laborem evellit nisu, conculcans, feroci impetu. At præsente DEUS vindice manu, gravi corripitur phrenesi; de quo Affines certiores effecti citis passibus advenere opem adlaturi, idolis litant, cum variis saltibus, sed eorum non experti auxilium, ad sanctam procurrunt crucem; sanitasque ægro restituitur. P. Jacobus Pontanus Societatis JESU.

Prologus.

Crucem salutis providam ob oculos proponere statuimus statuendam. A. R. Illam equidem quæ spreta vel minime, illata sibi crimina pati nequit, hoc cum discrimine tamen, quod per quos non modica tulerit opprobria iisdem honorem vitæ tribuere eidem sit dignissimum. Adeo ut etiam superum potestates venerandæ comparati Cruci impotentia nuncupetur. Et ipsa sanctioris doctrinæ Numen pietas comitantibus arenæ literariæ studiosis, vividæ ab illa ingenium expetere non abhorreat, quam nos vitæ providam demonstrabimus. Dixi.

Inductio 1ma.

Barbari homines metuentes sibi periculum mortis consilium ineunt quali modo idem malum possent a Patriæ finibus removere.

Barbarus advertens in patriæ solo grassantem mortem.

Heu quis iste trucis Libitinæ feralis ictus! immisericordia quæ! en hos omnes subita correptos lue, spectate o fidi socii. Idem et nobis certe malum videtur ~~pro~~ imminere, eidem occurrere si neglexerimus.

Alter barbarus eidem consilio assentitur.

Placet consilium; at judicio meo melius Nobis et Patriæ nequaquam melius providere poterimus, quam dum causam morbi adinventam exstirpabimus Quare inquirendam a Nobis judico.

Tertius dubium exponit sensum.

Multas equidem præsentis mali adverto rationes sed illarum quæ prævaleat dubius hæreo.

Quartus tandem decernit.

Ego omnibus depositis hanc ppono. Infame nullius famæ hominum lignum non procul a Nostro abest limite, et illud certo certius hujus mali est Origo. Quid enim ex eo non spiret mali! cui quoq pessima appinguntur. Et exinde pessimam dixerim quia a pessimis (hoc est Catholicis) adoratur. Cui appenso sibi certum vitæ exitum minitatur. Verbo; Virus totum late spargit in Orbem: ab hac cruce nihil tuti; Securi nihil manere potest.

Quintus agnoscit revera istam esse causam;

Grates Tibi o Comitum fidissime; si quæ malorum extitisse poterat nefanda radix. Ea certe infame patibulum est. Ideo integritas vitæ tutius locari non poterit, quam dum avulsa ultimæ gentis parti dedicabitur.

Id illorum in mente ut hæreat; sic ab uno animantur.

Itaq unanimi præcordiorum sensu eam expellere Nostris in votis hæreat. Inductio 2da

Barbari metuentes crucem tangere, petunt Christianos eandem ut evellant, a quibus retractantibq increpati; tandem evellunt multis conatibus.

Unus ex paganis.

Statuta aggredi Nos non pigeat et præmeditatum iam pridem opus exequi statuamus, timentes hocce sat grande malum ne totam in Patriam dissicere se meditetur, plagamq certe gravem Patriæ incutiat.

Euntes ad crucem sistere se coguntur a quodam.

Siste gradum o cohors multum audacissima. Statuta aggredi laudis est atqu vitæ discrimine sat utili. Id malum evellere incumbit vobis mihi credite per attactum, a quo quoq serpit pestilentia.

Ostendit multos extinctos lue

Cernitis tot et plures alios tam iniquissima correptos lue, ergo videte ne correptione simili avara mors reddat vos et ponat.

iam penè debiles. E Vobis vel unus ne accedat! a quo omnes recedemus. Integram Salutem ut quid cogitatis quos Patria de se meritos benè novit. Rectius egeritis fidite, si adorantes profuso poplite homines in id perduxeritis. Quorum vitæ dispendio tutela Vobis comparatur.

Pergunt ad Christianos eosq petunt sed conatu irrito.

Ligni hujus non semel didici inesse amorem Vobis sine termino, ob cujus honorem vitam prostitutioni exponere, vobis fama. Ejus vel minimum contemptum pati non potestis. Igitur honori ejus militare, vos non pudeat. Uni infixam loco evellite, omnibus venerationis ergo ut intimetis.

Ad ista unus Christianus.

O stulta tam perditè amantium vitam multitudo, mori times orco spiritum traditura; et vivere execrandè quia idolis serviens non metuis? Ubiq ubiq vos manet certum Salutis dispendium. Atrocis mali originem cruci appingitis; o perditi! ignoratis hanc crucem vitam mundi sustentasse. Arcet mentes vestras imo sceleratas manus quidam timor ab hoc ligno, et merito procul etenim exulare istos convenit, quibus nihil nisi ipsa feritas dominatur, vitate, exeste quam longissimè ab amplioris crucis gratiæ, ubiq vos vindex DEI dextera adinveniet. Avellere illa non cogito, imo cuiq Orbis Regioni, Provinciæ Regno eandem radicitus inserere meum votum est. Insanire desistite. Si mortis quispiam mentibus inest metus meo Principe hanc ad crucem eundo excutite, ad quam quisq terror dissipatur.

Hos perterritos barbarus alloquetur.

Timidi timidum audientes quid statis! creditis effato ejus speciem aliquam habere veritatis! nequaquam quæq loquitur, falsissima. Sin vero hanc Vobis operam non concedit a prece desistite. Me habetis qui libens pervie vobis prævidens discrimina vitæ. Vires quasq facile impendam, ne vitæ aliqua adsit difficultas. Tentabit crucem evellere sed non poterit dicens

Proch quod funestæ trabi inest potentia! vel maximas vires exero, neq tamen movere valeo. Vos, vos o numina obsecro vestras mihi demittite potestates. Si ego avellere nequeo, tu terra devora absorbe indignatrabem

Ad istum barbarus

Ne despera comitum audacissime potens Deorum manus certo adent, huic cruci audacem inice dextram. Animatus ab illo evellet crucem.

Grates Vobis o Vindex superum dextera, quod me satis debilem adjuvistis.

O iniquorum sceleratum patibulum, calcaneo non nisi conteri dignissimum!
Iam etiam hinc exulabis. Ultra patriæ nocere nequaquam poteris. Quod tua
potentia (tenens crucem dicet cum irrisione) quam, ego unus radicitus exstirpavi.

Ejectâ cruce commessationibus et Ludis Crucigerorum vacabunt.

Inductio 3tia.

Inter epulas phrenesi correptus auxilium implorabit, Sanguine iunctos citis passibus ad se vocans.

Tremens dicit.

Heu quis membra tam atrox invadit timor! tremor corporis tam dirus unde
mihi! Metamorphosim admirandam! Vos o intima præcordiorum viscera
exanimandum me brevi juvate, aliquam ferte opem. Quos omni in volupta
te eosdem miseriæ agnoscam comites.

Socius unus levat dolorem condolendo.

Levare tuum non aliter dolorem volumus quam graviter condolendo.
Id etenim hac in parte noveris cuique inesse solatium, si afflictionis fi-
dos haberet socios.

Quod non proxime illi adsitent, excusat unus.

Quod vero propius corpori accedere non valemus, ne mirare, idem etenim
quod Tibi inest, et Nobis sperandum foret, præsertim cum ab impia, forte
trabe luem attraxeris.

Ex Sanguine iunctis sic eum alloquitur.

Forte si tardius ad leniendum dolorem amica descendit propensio non
Nostram ast Naturæ incusa tarditatem. Aliqua volucrum Nobis adesset
penna iam pridem haberes nos volantes ad Tui desideria. Hanc tamen
satis plenè demirari nequeo morbi pravitatem, quod non pridem lecto depo-
situs, etiam vix vivere videaris. Eam tamen in ferendo levamine non le-
vem experimur gravitatem, quod ægritudinis causa nos scire non licent
Quare eandem exponere Nobis peto velis.

Sciscitantibus causam morbi, enarrat æger

Obstrictum me Nobis O viri Sanguinis altissimi mihi propinqui fa-
teor et esse debeo, quod mihi, qui me levare lecto non valeo, levamen præ-
sentia Vestra attuleritis. Mali hujus exquiritis originem, eam autem
video, hanc non nisi, quod o! nefandum lignum, mihi funestum forte, auda-
ciore animo e finibus Patriæ exterminandum curaverim.

Agnoscens unus originem morbi eam esse dicet.

Mali hujus principium certe pessimum agnoscimus.

Obversus ad alios dicet

Quid igitur frustra delitescitis? Vix tamen venistis ferre? ergo date, hocce nempe malum tardiora ~~ne~~ remedia ne praeveniat.

Edus fert Consilium.

Largiri nostra ex parte ope plus quam facile. Id non nisi difficultatem aliquam Nobis parere videtur, quod Morbus hic ordinariae infirmitatis genus superavent. Nostra non proderit credite opera, consilia non succedent. Deorum auxilium implorandum, iisdem litandum est, et securiorem experiri sanitatem licebit facile.

Huic annuit Stius.

Placet consilium. nullam itaque trahentes moram, quantocius festinemus.

Inductio 4ta.

Frustra quaesita per cantus adorationes, suffitusque ad deorum altaria salus, ab eadem cruce contempta recipitur.

Post Cantus et factas litationes dicet.

Parcetis Suprema Numina, quod Superis Vobis infima litemus munia, plura tamen in posterum praestituri, huic robustam firmamque si reddideritis sanitatem. Igni cremanda subiicimus animalia, ut virus morbi plene exuratur, et noxius ab ejus Corpore recedat ignis. Celerem adferre opem ne denegetis. quod etenim hominum reiectis remediis, vestra tantum exoraverimus auxilia, cultui vestro a Nobis id esse debitum reputate.

Nihil proficiente aegro iratus barbarus dicet.

Quae Vestra inferenda ope tarditas! o Superi! o Dii! quae potentia? Dubium fecistis grande an DEORUM Nomine gaudeatis. Certum si intenditis negare ferreque opem vos miseros! non Deos censebo facile, quare procul a Vobis honor Vestri expelletur. Indigni Deorum estis Nomine qui Divina perficere non valetis.

Reducuntur a quodam ad Crucem salutare remedium.

Quae haec vana Nostrum supplicatio! Salutem non restituunt? contemnantur alia potius tutiora remedia providenda. Meo Judice id fore censeo: Ignominiosam ante Vobis trabem; contemptam a Nobis (conversus ad aegrotum) adorare nunc non pigeat, certior futura salus. Id non nisi restare censeo; ut iam bene percepta sanitate, omnes Sacrae fidei adjungamur. Vota Nostra Crux respondit uni ex omnibus non denegabimus si experiri licebit. Ejus cultui Nostram proponere vitam fore facile, si aegroto debitis satis, robustior sanitas adferetur.

Perveniunt ad Crucem stipatam pietate et aspectis explorantes sanitatem.

Ave o lignum pretiosum; onus es sed expers ponderis amaritudo si qua tibi adscribitur dulcedo est. Te caro contemptam impetu adoramus. Tui ad fastigium nostra Numina antantum Nomina concemnere ausi sumus. Arborem vitæ Te Orbis deprædicat Xtianus vitæ igitur hunc restitue sanitati.

His dictis proreptus electo iamdamq dicet;

O Crucem amantissimam! insperatam recepi sanitatem, ideo non nisi quod certa tibi spes ad sit vitæ. Funestat Te quod dixerim, (vel ideo non nisi quod perdas funera vitæ) plene doleo. Restitutæ integre tibi inscribo sanitate. Fateor subita me debuisse perire morte, quod Te sanctissimam sceleratus ipse ausus sim exstirpare. Ad Tui cultum vel plurimos nobiscum perducemus.

Inductio 5ta.

Pietas viso recenti miraculo suos animat ad reddenda Cruci vota, quæ reddunt; positis circumstantiis Scholasticis; cum Epigrammatibus.

Pietas ad suos

Vidimus o multæ sanctitatis farrago, crucis indolem, quæq desperationi vel maxime obnoxia tutiori reddit termino, et vestram studiorum desperatam tarditatem, erigere facile poterit, ei arenæ literariæ munimenta si devoveritis.

Certe debetis Crucifixo Gymnadis Arma.
Instrumenta scholæ docta litate Cruci.

Sequaces sensu pietatis ordine dicent. Primus cum calamo.

Vulnera quem scribunt roseum Tibi Christe characterem
Quem vovens calamo ex hinc imitandus erit.

2dus cum Papyro.

Quam lavere nives munus venit ista papyrus
Christe Tibi rubro rite notanda stylo.

Tertius cum Theca.

Otia Palladiæ Theca hæc concludit arenæ
Christe laborantem hic, Te legat inde liber.

Quartus cum Linea.

Immensam crucifixe tenes crucemq molemq
Umbram mensuret linea Nostra tuam.

Quintus cum Spongia.

Sub Cruce iam lachrymas iam fusi sanguinis imbrem.
Hoc pretium Christi Spongia Nostra bibat.

Sextus cum Alvaro

Grammaticæ leges, liber hic complectitur omnes.
De Cathedra crucis has Christe doce.

Epilogus.

Et iam videri poterat, crux provida vitæ A.B. Adeo facile ut eam vitæ potentiam denegantibq, mortem omnibq vocemus. Livere A.R. Cruce notati fuerimus, cruce in aliquo deliquimq Tuum est absolvere nos Cruce. Dixi.

A.D.M. S.B.V.M. et S.C. Venerationem.

Annus 1714 in 1715

R. P. Stanislai Niewiesinski

In Renovatione Studiorum

Ad reflorentem redeuntibus annis Palaestrarum virorem novum capiat orbis documentum. posse scientias in suo flore perennare. A. S. Legitur etiam de pagina immortalitas & quamvis pullatis sit induta coloribus, nescit funestis fructibus consumi. Ultra fatales ictus assurget laurea quam Divina pollice contexuit Minerva. Non erat tam insolens diebus Augusti ac sui nominis Caesari, in animos dissentium dominium tum, ut existimaret suae decedere Majestati quantum accederet literarum aestimationi. Feriebant feriati dies intra Scientiarum semina, et velim subsidentia, aequora silentio loquebantur gemmis faecundum fore. Tudentis per arenas Neri strepitum. Gestiunt utique pressa silentio voces Harpocratis, super insita divinitate & fructifera arbores, pretiosas effingunt gemmas, quae hyemali in otio, fingunt mortes vitam luctuosis, insepeliendo corticibus.

Hodie natura docilitatis Imperio et non coacta virtutis incitamento suis se florida arva implantat campis qui, vel tunc magnarum rerum fovent inchoamenta, cum vel sola mentibus inseruntur rudimenta. Nesciunt senilescere docti Scholarum pulveres. Nemo autumet fructibus hic nobis defuturum autumnum. Fertilis est literarum gleba, ut pote non uno flore decora; feret Tullius Tusculum, maturabit fructus Scientiae Seneca, loquetur solacitia, Tacitus, tandem universa inculmem canescent desideria. Non itaque suis redimita fructibus se commendet Ceres; cum etiam in arena literaria non sit jejuna messis. Et dum pro commendatione asseri literarum fatiscentis sisti robur, Divinae Sapientiae faecunditate & Tuae Humanitatis A: S. Copia velim instaurari

Taediosum est anni totius expectatione & non horarum varietate solaria distinguere populorum; cunctanter curritur ferreo tramite ad metam exiguo micantem auro piger continuus, franci oneribus lacertos, si tum secula decus pariant quod se in caput reclinet.

O quoties pro humili terrarum fructu oculis ac humeris dissertum vulgus perorat ad sidera! Crescentibus terris subit lacrymarum naufragium; torrentur dolore pectora caelo uberius desudante. Volvimus millies jugera & unam vix non trecentis diebus expectatam legimus messem, ferro cum saxis & ignibus certantibus veniente in spolium palea. Examinatur fatiscens Colonus vitam ut inspiret aristis nubis plorare cogimus pro risibus pratorum, & gemente Universo sola Ceres respirat. Ita crudeles horae sudorem eliciunt. Sudor frontes fatigat frontibus lucri tenuitas maximis exacta laboribus induit pudorem. Istud! istud est felicitatis compendium. inquo perenni vinculo luctus cum solatiis concatenatur. Habet quid in hac felicitate deploretur Orbis. Saepe etenim cremato agro. animos patimur efferari; Male arbitramur ligonibus

posse.

posse excoli ingenia et cum pro calamis aptantur vomeres pessima a:
nimorum cultura scribitur commendatio
Vna est literarum arena! quae se multis decorat fructibus conser:
vata in flore populorum utilitate. Didicit Orbis satietate crevere lite:
rarum et ubi manus cum ingenio doctis admovet terris non popular
[illegible] virescant fructibus. Unum trithonia Pallas quem docuit multaq
insignem reddit arte. Silere invidi, fremite Barbari, plaudite Po:
[illegible] En ad vestrae fertilitatem messis nuper Serenissimus festinavit
Augustus simul cum Regalibus pomis carpite frugem dives est. his
muneribus utq ad delicias Regum Archipraesulis et Fundatoris dexte:
ra. Prodigioso et simul fertilissimo vere instruimur. Theologicae
solae in Karnkoviano ariete consistente an non convenit florere
[illegible] vernare commoda Illustrissimi Fundatoris splendoribus
animata nec vanas spes messis alimus ubi advens hujus polli:
citatione, Vice Regia Serenitatis splendor accersent. Illam legitis
messem Theologi quâ abaeternus est faecundus Pater; nec jejuna est haec
fertilitas quam caelestis et sicernis etiam intelligentiis ad satietatem.
Contigerat aliquando Romano Philosopho. Insolens quaesitum ab obvio
addlescente. Qua scilicet via currerent asini! acriorem et juste solutionem
temperavit modestia, responsurus in seno nisi insignis moderatio animum con:
stituisset. Depresso tamen supercilio rugata fronte, animo ad justam in:
dignationem composito ita solvit objecta.
Quos fructibus terrae legendis natura damnavit, illis jumento semita
obversentur. Qua via ad curiam ad Senatum, ad solium Philosophum inter:
roga. Orbis Doctores agimus non Pastores, Metaphysicis gradibus ad increa:
tam ascendimus substantiam mentibq n pedibq orbem metimur et corpo:
ra, quotorum sit ferax caelum siderum numerumq, etiam de arboribus
nostris felices nectunt laureae sapidissimos fructus crevens in animalium
germinabit. Ita triumphavit Philosophus ita triumphante applaudit Orator
Surgant frequenter gravi mole saxa, et monstra provehunt, perstrepunt
nubes et fesiunt hobis interpunctionibus. et silentio res tota agit orbem al:
terum effingimus. Si distinctas quis centris circumducimq [illegible], tacite
illabuntur paginis apices et plausum universi resonat vocales n [illegible]
calami perennaturas felicitates, excusso etiam librorum pulvere. quae no
suavites mentem reficit et ingenium. Fovent Lubiensciorum incu:
ta Palladis sapientiae nativitatem, hoc de vulnere nasci et renasci Mi:
nerva. Amant purpureos fontes Hortensii festinius in utilitates se
profundit sudor et virentis styli inspergit florem. Veris delicias sub
erudito hoc imbre agimus cum etiam stringente fontes hyeme et murmura
rivulorum cohibente Rosas loquuntur Lycaea, quibus adurente aestu commodas
fovet umbras Ancile Palladium et clientis Lucernae ignibus incale:
scunt ad vitam. Nec in privata tantum ingenia, haec â literis deri:

vatur

vatur fertilitas; Communi etiam Regnorum expectationi respondent arenæ innata utilitate quoties vastum delibris congesseris acervum toties frugibus pariter ac scientiis fœcundum solvebis manipulum Jagellonis. Idem est ad metam sudantem festinare, quod & fructibus coronari. Vicerit aliquis & Palladis hasta armatum credite hâc misso sanguine suo pallore affixos Bistones deplorans luna toties ad Eclypsim adacta! Quos martialis illos & Palladis producit arena. Manipulos si galeas si Clypeos Dacicus eruit Galesus sulcante atro. Seges est assvetorum scholasticis campis mentium; tanta etenim multitudo casuum extra Lycæorum artem fingi non poterat! Nescit gens Barbara declinare ferrum. at ignorantiæ documentum doctiores casuras cadendo adoravit. et cum per cervices scribet Mars gloriam, Palladis arenæ suam fecit cognatam quorum fertilitati dives suis opibus subscribit Ceres.

Quaritantem per Bœoticos agros Agenoridem insolita a seminatis draconis dentibus solatur messis pro semente cum terræ dederant viros. sit fabulis par merito fides, Nos. Palladi dicamus veritatem. O Cœlo pares animæ! o terrarum numina vos loquor endoctorum camporum fructus quibus elaborata terrarum solatia herbam porrigunt. Viridi ab ævo. ad eloquium contenditis & Serenissimos Subditi mirantur Reges Optimos amant Regna cives. Æquissimos Areopagi timent Judices. Consules Senatus & industrios campi adorant Victores.

Si tempora; ab insitis magnorum nominibus suos habent Natales non menses Julios, non Delphinicos Soles, non dies mutios, asiatico more Lycæis nostris germinari sed spes nominabimus. Clavem Imperii simul cum classibus dirigimus. Inde Vatibus pullulant lauri. Unde tot Regibus a Primatis Solet dextera creverunt Coronæ. Urget Messis strenuitatem poeticis insistens Agnus pedibus. cujus candore cogimur fateri, non in solo Autumno. Nos fieri vellere. divites continuæ felicitatis, trahimus stamina, et quam matura sit hæc Messis ab innata Agni discite canitie.

Nec satis! cum ad Messis hujus felicitatem Zubiensciord descendat caput. Optimam ubertatem pollicer meliori quam Autumnus acuit armatu ferro. desudet Orbis pro paleis. colliget manipulos, nos segetemque capita, et quod felicitatis est caput ab insito Zubienscioni vertice feliciora Romanis surgunt & emergunt capitolia, et quoties paginis novum ordinem describimus toties multiplicis Capitolii discernimus sementem.

Vos itaque excitatæ ad messem gloriæ mentes immortale carpite nomen, non falcatis curribus sed acuto ingenio et consveto doctis segmentis stylo messis devehitur Palæstrarum. Fient pulveres Scholastici a sudoribus, frugales excutite tenaces ad germinandum animos, ne vobis alia quam non jejuna in arenæ literaria Messis contigat. Dixi

A. d. M. D. T. O. M. G. oriam

PRÆDA TARTARI,

Laqueis peccati irretita,

SEU

DIDACUS de VELLADES,

Dolosæ voluptatis illaqueatus insidijs,

Erebi molossis obiectus.

Et inter Bacchi hilaria à Nobilissima Iuventute Rhetorum Calissiensium Tragico Theatro

PROPOSITUS.

HISTORIA.

Didacus de Vellades natione Hispanus, primâ ætate dicatâ DEO, fecerat se Regni & Cæli pretium. Brevi tamen quantùm de pietatis amore, tantùm de studio virtutis remiserat; laxatisque pronæ in malum juventutis habenis, vitiorum ingressus viam, adeò se in illicita effuderat desideria, ut manu missâ curâ salutis, depravatis socijs, se daret in socium scelerum. Ut vero turpius præ reliquis peccaret, ausus est, amotis, testibus, sacras Ædes sacrilegio patrando temerare. Sed tristior funeris apparatus, & parentantium (ut asserebant ipsi Didaco) numerus, & insequentium molossorum latratus, inde, insolentem, domum repetere solo timore comite coëgit. Fovit ille tamen scelesta desideria, plùs, domi suæ de impedito crimine, quàm offenso Numine sollicitus, noxios ardores, damnatis lacrymis temperabat, inter graves conscientiæ morsus, & pravos affectus fatigatus, levamen à lecto quærit, ubi, sibi quietem non

Cælo recogitans, justo Judicio, Erebi molossis, infelix voluptatis Præda committitur. Ita sibi cùm placere voluit, displicuit DEO, placuit inferno. Discimus voluptatis lucra esse damna æternitatis, & mundi blanditias: æterna tormenta. *Pexenfelder in Conc. Hist.*

ANTIPROLOGUS.

PIetatis molimine mundi sphæra victori DEO, se subjicit in trophæum. Impugnat sanctam securitatem spes vitæ, utque expugnet Dominium Christi, admoto suæ anchoræ acumine,& ferro fortioribus,voluptæ blanditijs decertat. Ludit Orbis victus inter blandiora spei & voluptæ affectuum certamina, sed à reprobante insolentiam justitiâ Divinâ in spolium insidianti traditur inferno,

PROLOGUS.

PARS PRIMA.

Facilem Didacum ad pietatem & exordia licentiæ repræsentat.

SCENA I.

Quiescens Didacus ab insolenti Orbis tumultu sanctioribus monitis Divi Augustini, Hieronymi, Sebastiani, Alexij, Venantij, avocatur, utque salutares concipiat flammas, Divini amoris face aduritur. Aptante Desiderio salutis ejus capiti laureolam gloriæ.

SCENA II.

Evigilat cum Didaco fervor sanctior, quo stimulatus, Pietati fædus, & Christo jurat amorem, accenso sanctioribus flammis corde in victimam. Voluptas ut cælestes ardores in mundi derivet amorem, sphæram orbis cordi alligat, Divinus tamen amor evocatus in auxilium damnatas catenas exurit.

SCE-

SCENA III.

Desiderium salutis ut perpetuum quærendi cæli firmet propositum, sanctioribus muneribus instructas, testes pietatis, producit horas, acceptante Didaco consilium, & munera, Voluptas supplicat ut etiam suis affectibus divites horæ admittantur.

SCENA IV.

Aversum à se Didacum, muneribus convertere aggreditur Voluptas, allata Imagine, speculo, Cyathis, fructibus, delicias & mentem suadet serenam. Didacus aliquantum sibi in speculo intentus, à pietate accedente cùm Christi effigie monetur propositi, simulque in muneribus latentes fraudes producuntur.

SCENA V.

Accedens depravata amicorum societas, impugnat pia Didaci proposita, invitat ad lætiora, quæ consilia approbante Spe vitæ, probat Didacus, victusque postulatis in domum amici viam arripit, frustra obstante Desiderio salutis. Gratus voluptæ & amicis Hospes, plaudente ad Bacchi imperia, juventute cum Cyathis, lusibus, & Montanorum saltu recreatur. Repetit domum præeunte Baccho, ubi sub tempus quietis, pietate sua munera revocante, Spes vitæ, cor Didaci, Cyathis immergendum Baccho tradit.

SCENA VI.

Didacus à somno, & Aulæ strepitus, ad hilaritatem suscitatur. Cùmque Ephebi informes larvas induti placent Domino. Officiosa hospitum expeditur invitatio, minitante interim justitiâ Divinâ, & malo genio actiones pravas connotante.

SCENA VII.

Superveniunt hospites invitati, insonant festivi cantus & acclamationes, sed etiam conscientiâ arguente crimen, ut Didacus molestos fugiat clamores, se, & socios in venationem abducit, inde reducibus voluptas bellarijs divites condit mensas, accedunt dulcedini & vino Maurorum tripudia.

PARS SECUNDA.

Scelestam Didaci audaciam ac infelix fatum proponit.

SCENA I.

Didacus dicto vale hospitibus, amoto teste omni, sceleris, tacito gradu, inter silentia noctis iter arripit ad nefandum sacrilegium.

SCENA II.

Obstat itineri tacente universo reclamans conscientia, monet, audaciori gressu conculcati propositi Divinus amor. Sed spes insolentior longioris vitæ promisso, addit stimulum nefandis passibus indictoque conscientiæ silentio, securitatem spondet itineri.

SCENA III.

Didacus spe Duce arreptum continuat iter, iamq; vicinus templo funus suum celebrari videt, miratur se vivente sibi funera adornari, & mentem hilarem tristiori concentu ad mærorem evocari. Ast prorumpentes a latere, Erebi canes ulteriorem ita discutiunt admirationem ut eum in domum usq; sequantur.

SCENA IV.

Semivivo præ timore succurunt obsequio famuli. Jlle interim impeditum deflens crimen, Spem vitæ evocat. Adest illa jactat se statere promisso. Superveniens tamen Justitia Diviná concussa clepsydra, & anchora in falcem efformata, tempus funeris non sceleris indicat.

SCENA V.

Anxium de impeditis desiderijs pravis Didacum accedit Desiderium salutis, spondet pro recuperanda gratia Numinis, nisi pellatur de corde amor criminis, sed reprobarunt consilia pessimo pectore, latentia, exosa desideria.

SCENA VI.

Conscientia accedens damnat quietem nihil de offenso Deo sollicitam, multoties repulsa, non destitit monere, donec contra non pænitentem Justitia Divina ab Erebo molossos non evocavit. Quibus erumpentibus, voluptatis præda est simul inferni

SCENA VII.

Amore mundi socia Voluptate quærentibus in lectulo Didacum, Justitia Divina accenso rogo inferni demonstrat damnatis ignibus adustam prædam.

EPILOGUS.

Exhibita

Exhibitio Menstrua

Antiprologus

Cantus. Agdzież Świecie twoia ozdoba
Jak się bez Boga życie podoba
Kiedy życie twoie w życiu zbawienie
Bezpieczne z Bogiem zawsze sumnienie — Pietas.

Quis tibi cum Christo firmavit foedus amoris,
Crede! aliud Sancti tempus amoris erit! — Spes.
Nostra tuam longum tutabitur anchora vitam
Innectet Genis blanda Voluptas suis.

Cantus. Dokąd się toczysz dokąd szalony
Niewiarisz tego rzesz ułudzony
Rozkosz rozami gdy koronuie
Prożna nadzieia prędko omyli — zguby gotuie.
I wiecznym żalem serce rozkwili
O mylne prągną powiech ponęty — Gdyś był przeklęty

Quo ruis infelix! quo pessima praeda Voluptatis — Justitia.
Quo ruis? insanae praeda nefanda Spei.
Quam pridem vetuit magnum sic ludere Numen!
Ad Stygios igitur volvere praeda rogos.

Epiphonema.

Idzieieś gdzie roskosz ludzi znadzieią
Kwitnące laski prędko zwiędnieią.
Skraca Bóg dalsze młodszej lata
Ktora swawolnie zażywa Swiata.
Jak nieszczesliwym ogniem gorzeie
Kogo roskoszy zludzą nadzieie.

Prologus.

Praedam Inferni laqueis peccati irretitam inter dolosae Voluptatis fraudes, securius ludentem tibi Magne Auditor proponimus. Licentiosam inter Bacchi ferias Laetitiam damnato temperamus exemplo, in quo Didacum de Vellades Tragico deflemus Theatro, illud optantes, ut Sapiente Erebi faucibus hac praeda mundo Voluptas desipiat. Quod si et actio ad gustum non fuerit, illam damnatis ignibus excusabis corruptam.

Pars Prima

Pietas et exordia licentiae Didaci

Scena 1ma.

Aeternum arsissem, si sic arsissem. — S. Augustinus.
Delicta juventutis meae et ignorantias ne memineris — Hyeronymus.

S. Sebastianus. — Sum factus jaculis saucia præda Deo.
S. Alexius. — Elegi abjectus esse in domo Patris mei.
S. Venantius. — Vitam pro Christo perdere dulce fuit.

Scena 2da

Didacus. — Nescio quæ tacitas noctes delusit imago?
Turbavit somnos Sanctior umbra meos.
Persuasit teneram cœlis impendere vitam
Ut fiat summo sacra Juventa DEO
Ibimus! en cœlum pulsat! jam pulchrior illa,
Corda oculos mentem cœpit imago meam.

Pietas — Didace! pande tuum cœlesti pectus amori
Expedit ut tantus nunc redomet amor

Didacus — O Pietas! nunquam sis nostris exul ab aulis
En tibi perpetuo fœdere juro fidem
Utq meum voveam Christo pro munere pectus.
In cineres Sancti corda caloris eant

Amor. — Accipe Christe tuo sacratum munus amori
Quamvis parva, tamen, flamma perennis erit.

Didacus. O quæ! Sidereos me gratia tollat in orbes.
Æterno ut possim certus amore frui
Urite me sancta! comburite viscera flammæ
Corde meo tandem nil nisi Christus erit.
Qui laceros artus, quæ fractos morte lacertos
Invitam pandis, vita cruenta meam
Te sine dulce nihil, te totum totus amabo
Tu desiderii meta suprema mei
Sine JESU amara sunt gaudia — CANTUS
Et cum JESU dulcia Martyria —

Didacus. Quis mea tam rigidis adstrinxit corda catenis
Ah! quando Sanctus vincula solvet amor
Dulcis JESU dulcis JESU.
Dulcis JESU amor care — CANTUS.
Non me sentis supplicare. —

Amor. Divin. — Fortior est nexis cœlestis flamma catenis.
Exurent nostræ vincula dolosa faces.

Didacus. — Didace vicit amor! sic pro te Sidera certant
Pro tanta, Cœlo, quid pietate dabis?
Corda dabo Christo totam pro munere vitam
Didace corde tuo quid minus esse potest!

Scena 3tia.

Desiderium Salutis. Didace si celeri pellunt tempora cursu
Nec lente vita deproperata ruit
Volvitur in puncto qui nubibus insidet annus
Et perit in cunis hora sepulta suis.

Didac

Didace, sit quævis quam spiras Numinis hora.
Pelle procul ludos otia vana procul.
Hæc foveant cælo juratam Didace mentem
Talibus absq horis nulla beata dies.
Tollite me totum tam Sanctis usibus horæ Didacus.
Jam mihi, quæ mundi est; actio nulla placet.
Vel media gemitu pulsabo sidera nocte
Effundam longas sole cadente preces.
Si caput Eoo se proferat æquore Titan
Hesperiis vel se quando recondet aquis
Accedam Superos procumbens supplico voto
Procliduum flectet qualibet hora genu.
His globulis nostri cælo numerentur amores
Exornet nobis ista Corona caput
O Crux! tu vanæ sis firmior anchora mentis
Ut cor mundanis non agitetur aquis.
Imprime te Cordi dilectæ Matris Imago
Te ex oculis unquam cedere nolo meis
Didace! quid nostræ refugis consortia vitæ Voluptas
Nescis! est nostro pectore quantus amor
Nolo tuos nolo scelerata Volupta favores. Didacus.
Occultas uno pectore mille dolos.
Didace me ne fugis! me respice Didace! perquam Voluptas.
In cunis dulci nectare pastus eras.
Ergo satis teneram deludere lacte juventam Didacus.
Quæ superest tandem vita dicanda Deo.
Didace vita Deo! nostro quod tempus amori Voluptas
Alternent nostri cum pietate dies
Plusquam Thessalicis ito viciata venenis Didacus.
Nulla est hora tuis danda Volupta jocis
Da Superis vitam & cælesti pectus amori Voluptas.
Ad nostras etiam pectora flecte preces.
Durior es saxo! momentum Didace dona.
Munera parva volo! munera parva negas.
Ito procul totos cælo donavimus annos Didacus.
Retractis donis ludere nolo Deo
Christe meo sanctas succendito pectore flammas
Frigesco cæli deficiente face.
Nolo dilectæ post hac jam basia matris
Pectus aget Patrem Christus at ipse Patrem.

Scena 4ta

Didace dum pascis Divino nectare mentem Voluptas.
Respice, tolle, tuâ munera nostra manu
Horam poscebam tu tempora parva negasti
Sit ego muneribus largior esse volo.

Didacus. Illudis misero donis miseranda Voluptas.
Adferris incautis mille volupta dolos

Voluptas. Finxi quando dolos? quid dicis Didace nunquam?
Respice quam roseus pingitur ore color
In speculo teneros in sphæras volve capillos,
Accipe pastanis munera picta thoris.

Didacus. Plurima si veniant non me tua dona movebunt,
Non amo te, causa est, cum pietate DEUS.

Voluptas. Si placet ambrosia tristes absterge dolores
Cum cyathis Bacchus maxima quæq vovet.

Didacus. Aoniis cyathis immeroi credo salutem
Affundam lacrymans pocula sancta genis

Voluptas. Tristior est lacrymas quas fundit Didace vita.
Ex pateris Bacchi læta bibenda salus.

Didacus Dulcior est manans de Christi vulnere Sanguis
Extinguentq meam corda cruenta sitim.
Cede Voluptas! meis hærebit Christus in aulis

Voluptas – Cedo, sed cur sunt dona probrosa mea?

Pietas – Ludens in nitido male ludens Didace vitro
Hoc speculo nunquam frons simulata venit
Felix est facies quæ tantum Judice Christo
Unitur hæc verè seq DEUmq Sciet.
Quot latitant fraudes simulat quæ turpia donis
Falsa Volupta suis. Didace dona fuge!

CANTUS Zerway larwę przetrzy oczy Z piekłem roskosz się iednoczy
Gdy w kolorach pięknie świeci Tobie ognie wieczne nieci
Kwiat wesoły wnet uswszy. Twoie żalem serce skruszy
A niemasz rayska ze nowina A to popioł proch y glina
Jabłko piękne iak cukrowe Wewnątrz tai trupią głowę
To się łoycią pod smoczą To robacy szpetnie toczą
Chwytasz iabłko przekoc rynie. Smak Tantalu twóy pominie
Oczy twoy serce truie. Nile duszy życie psuie

Didacus. Urite cælestes,! licet, urite pectora flammæ
Pro solo toto, nil placet orbe DEO.
Mille doli latitant cognovi milleq fraudes
Non mihi te rapiat blanda Volupta DEUS.

Scena 5ta

Socius. 1 Quid miseri vitias tua lumina Didace luctu?
Et gemitus, mœstus protrahit ore dolor
Didace! nunc vultus pulso mœrore serena
Non sic vivendum est quando juventa favet

Didacus. Ite procul Socii, fallentes ite colores
Christo jurata est, vitaq morsq mea.

Socius. 2. Didace pelle procul vani ludibria luctus
Non fiet lacrymis vita beata tuis.

Si lacrymæ vitam non possunt ferre beatam — Didacus.
Risibus atq jocis quando beatus ero?
Didace nulla meis inerit fallacia dictis — Socius. 3.
Lætior esse potest cum pietate dies
Æternæ quoties tempus percurro diei — Didacus.
Exsiccat toto corpore membra timor.
Impia turba procul num tecum Didacus ibit — Pietas.
Haud dubios Erebi Didace pelle dies
Vivere sic placuit pietas nunc mente serena — Socius.
Num semper est flendum! omnia tempus habent.
O Deus! aut nullo caleat mihi pectus ab igne — Didacus.
Aut solo caleat legis amore tuæ.

Cogitavi dies antiquos & annos æternos in mente habui.

Ad vetulas referat tam tristes pagina versus. — Socius.
Dentibus exesis hæc relegenda dabo
Ad solitas Socii cogor abire preces. — Didacus.
Quis furor injecit tam tristia vincula dextris — Spes.
Torquet et immanis quis tua membra dolor
Ergo tuos tristes non pellis corde dolores
Infelix tristis Martyr amoris eris
Te cruciat cælum te tandem solve catenis
Tristia fallenti dona remitte polo.
Munera sunt cordis tum mentis dulce levamen. — Didacus.
Nulli animam nulli munera missa dabo
Didace nolo tuos ditescere munere, tantum — Spes.
Tam longas timido pectore pelle moras
Non rumpenda tibi contexunt stamina Parcæ
Est satis Cœlis ultima lustra dare!
Ultima lustra darem si qua sint ultima dices — Didacus.
Cum tamen hora omnis vix modo visa fugit
Si fugiant primæ linques postera Cœlo, — Socius. 4
Fortior intensus fervor amoris erit
Tempora si numeras, si lapsas excutis horas — Socius 5
Damnatis similis Didace vita foret
Est etiam nobis non mendax cura Salutis
At tamen est tristis Didace nulla dies
Non rapient hilares quæ spectos sidera lusus
Non sunt crede meâ Tartara clausa domo
Didace rumpe moras est dudum tempus amico — Spes.
Plurima restabunt tempora danda polo
Quo ferar in medio luctus Speique locatus — Didacus.
Quid risus inter tristitiamq velim
Spes recreat pectus recreatum corripit angor
Et quos ista dedit surripit ille jocos.
Pro pudor! usq adeo dubium cor fluctuat, inde est — Socius 5
Ut quæ non videas mille pericla putes
Quid tardas gressus nec Didace fidis amanti
Cum Sociis pariter te comitatur amor
Didace quando voles Supremum Numen amare. — Spes.
Dicito longævos cum pietate dies.

Ite procul gemitus procul anxia turba timorum
Sollicitaeq preces cum pietate procul.
Ite procul luctus timidum mordentia pectus
Fata, procul fletus, hora jocosa placet

Desiderium salu: Quo ruis? insanis delusus Didace spebus
Sancta tibi quaevis debuit ire dies

Didacus. Laetitiam capi quid turbas gaudia mentis?
Festivumq spei quid remoraris iter?

Voluptas. O quoties tristi suspiria pectore dixi!
Quando domi nostrae Didacus hospes erit

Socius. Dimidium cordis venisti? Didace salve!
Laetius o famuli personet aula jocis

Didacus. O quanto Pietas torquebat carcere mentem
Qualibet ut flueret felle latente dies

Bacchus. Ad cyathos moestam relevabis Didace mentem

Socius. Didacus Hispanae vivat spes maxima gentis
Hesperiis genitus
Vivat Iberus honor Didace vive diu Vivat

Didacus. Et mea dent superi! dent vobis tempora vitae

Socius. Didace noster erit crede perennis amor
Saltu corpacios accumulate jocos.

Saltus Montanorum

Didacus. Sat cyathis, vino dedimus jam lumina fessa
In propriam somnus cogit abire domum
Sub mea vos etiam descendite tecta sodales
Gaudia capta meae continuate domi.

Pietas effert munera CANTUS

Złudzone Serce co za odmiana
Tracisz za roskosz swey duszy Pana.
Gdzie sie podziejesz Duszo bez Boga
Ten Skarb straciwszy wiecznie uboga.

Spes. Bacche tuis cyathis hoc munus conde Voluptae
Mergantur laeto tristia cuncta mero.

Scena 6ta

Didacus. Huc famuli vestras quaeso superaddite curas
Ut nobis currat laetior ista dies
Plaudite pars pedibus pars carmina dicite laeti
Qui fuerit reliquis laetior iste placet
Et quibus hospes eram nunc praestent fide sodales
Isto, roga veniens hospes amicus erit

Iustitia. Didace quid cumulas oneratae crimina menti
Ut pereas unum est crimen adesse satis
Didace non cessas! non cessas! Didace cessa!
Iustior in caelis connotat ista DEUS.

Scena Septima

Didacus. Dimidium cordis venistis quando sodales
Cum vobis veniunt gaudia mille mihi

Bacchus. Adsum laetitiae socius meusq sodalis
Affluat e pateris nectare plena dies.

Bacche venis nostris venerandum Numen in aulis **Didacus.**
Lætior hora mihi te veniente venit
Vos socii quæso nostris accumbite mensis
Et relevet fessos sella quiete pedes
Vos famuli dapibus lautas componite mensas
Prælibate dapes & condimenta ciborum **Voluptas.**
In dapibus sapiat postulo noster amor
Vino mensa caret festina vina ferantur **Didacus.**
Plenaq festivo pocula ferte mero.
Ad dulces epulas hæc pocula Didace mille **Bacchus.**
Mille ferant annos secula vive precor
Bacche mihi cyathis si secula mille precaris **Didacus.**
Innumeros pariter vivito Bacche dies.
Didace vive diu sit tibi multa salus. **Socius.**
Vestra salus socii cyathis hauritur in istis. **Didacus.**
Didace jam post hac est tua nostra salus. **Socius.**
Didace quid peccas ah cessa! Didace cessa **Conscientia**
Justior in cœlis connotat acta DEUS.
Quid vitias gustum sapiunt nunc dona Voluptæ **Didacus.**
Lætitia socii continuate dapes
Cum dapibus veniunt disgustus Didace cœlo. **Conscientia**
Ista placere nequit Didace mensa Deo
Si placet o socii sylvis distrahite mentem Placet **Didacus.**
Venator adsit Umbrosas retibus transversim cingite sylvas
Explorentq canes vestigia pressa ferarum
Et qua parte dabunt latratu signa molossi
Insequiter, teloq cadat jam dente cruentus
Impavidus torvusq aper.
Quam bene respondent humanis Numina votis **Didacus.**
Vix plaustrum prædas axe gemente vehit.
Numina dant prædam! tu peccas Didace. nescis? **Conscientia.**
Ah, nescis quod sis præda futura Stygi
Quid mihi molestas intentas numinis iras! **Didacus.**
Amoris famuli saccara ferte cibis
Quot cyathis guttæ tot vobis apprecor annos,
Succedat multis ultima sero dies
Didacus Hispanæ spes vivat maxima gentis **Socius 1.**
Didace vive diu tempore vive meo **Socius 2.**
Didace de nostrâ veniant tibi secula vitâ **Socius 3.**
Annos vive meos Didace vive dies.
Didace peccasti non audis Didace cessa! **Conscientia**
Merget lymphis vita scelesta Stygis
Me miserum quæ vox conturbat gaudia mentis? **Didacus.**
Vos tamen o socii continuate jocos Vivat
Pereat arte meam læta sagitta domum.

Skok z Strzałami.

Avocat à cyathis umbrosæ noctis imago **Didacus** post saltum
Lumina jam exoptant fessa quiete frui.

Socius. — O Socii vobis nostros spondemus amores
Didace noster amor Didace chare vale

Pars Secunda

Scelestam Didaci audaciam ac infelix fatum proponit.

Scena 1ma.

Didacus. Post lusus famuli dulces concedite somnos
Vestra etiam renovet membra quiete sopor.

CANTUS
Kryi się niecnoto z zamysłem twoim
Przecież cię doyrzy Bóg okiem swoim
Szukaiąc grzechu znaydziesz karanie
Kiedy gniewo Boski na cię powstanie

Scena 2da.

Conscientia. Didace flecte viam delictum sidera spectant
Didace teste Deo noxa latere nequit.
Grande nefas sequitur festinans Numinis ira.
Non procul est Scelere poena parata tuo.

Didacus. Quid tardos gressus, mentis tortura serena
An mihi tu Tytii vulturis instar eris!

Conscientia. Progenies Stygridis monstrisq protervior ipsis
Viscera corrodet Cerberus ipse tua.

Didacus. Ergo cor non tu, sed Cerberus ipse cruentet
Vulnus, credo, minus dente molossus aget

Conscientia. Fulmina mitte Deus vibrensque fulmina Caelo
Tollite funestum, fulmina justa caput.
Non fugies mortem te quaerunt undiq fata
Si fugias sequitur justior ira Dei.

Didacus. Non quatient animos irati fulmina caeli
Exiguis terrent irrita verba minis

Amor Divinus. — Didace spondebas, aeternum Numen amare
Cur modo prae caelo Didace crimen amas

Spes Vitae. Non audi nugas vanos contemne fragores
Tolle gradum quo te blanda volupta vocat

Consientia. Ergo Scelesse tibi prae numine noxa placebit
Noxa cui fulmen Numinis ira parat.

Spes. Fulmina non metuas est tardum Numen ad iras
Imperio Subsunt tempora multa meo
Insanis pavidum pectus latratibus angis
Cor crucias laetum, perfida cede! tace.

Consuientia. Ito sceleste ito te vindex poena sequetur
Momentaneum est quod delectat aeternum quod cruciat

Spes. — Didace ne metuas vanos exclude timores
Ito securus me praeeunte Duce.

Scena 3tia

Dicite tam serâ canitis cui funera nocte	Didacus.
Didacus de Vellades mortuus est	Bassus
Mortuus est Didacus! en loquitur Didacus	Didacus
Didacus de Vellades mortuus est.	Bassus.
En adsto Didacus quid loqueris	Didacus
Didacus de Vellades mortuus est	Bassus.
Criminis Ultores adeste canes	Iustitia.
Succurrite famuli succurrite famuli	Didacus
Suppetias famuli suppetias famuli	
Adsumus, ultores causam propone timoris	Famulus.
Pelle canes! urge promptius aula canes.	Didacus
Somnia sunt Princeps ludibria discute mentis	Famulus
Pellite quaeso canes o famuli famuli	Didacus
Ad lectum redeas relevabunt somnia mentem	Famulus
Heu dolor! infelix lectum moriturus adibo Urnam mihi misero triste cubile dabit	Didacus.

Scena 4ta

O cara spes redeas relictus lugeo O spes veni pereo, morior ah cito veni	Didacus.
Didace desperas! desperas Didace cessa! Conservant nostra plurima lustra manus Quae dedi pacto non fallent tempora vitae Ridebit pulchris blanda Volupta jocis	Spes
Salve Spes! mentis turbatae dulce levamen Te sequor ut teneam quaeq Volupta feret	Didacus
Impia dux sceleris fallendo fallens ipsa Subsunt imperio tempora multa meo Perfida! non fluidam remorabitur an hora vitam Fraetaq pro tristi funere tela dabit Nulla fides cineri funesta est mortis imago Solius in puncto credita vita tibi Mitte Deus paenarum ultrices demittito flammas Exuret quando Tartarus igne scelus	Iustitia

Scena 5ta

Didace spes periit laeserunt crimina Numen Ad caelum redeas crimine parce DEO.	Desideriũ sal:
Spes mea non periit cum vita spero redibit Caelo quaerendo postea tempus erit	Didacus.
Didace post crimen sit maxima cura salutis Dimittet certo pessima facta DEUS	Desiderium
Quid mihi cum caelo dum morti Cerberus instat En morior! Stygio praeda futura cani	Didacus
Succurret Christus si votis sidera pulses Post lacrymas fiet Numinis ira minor	Desiderium
Ergo dabo lacrymas si vitam Numina donent Si redeat vita spesq Volupta mea	Didacus
Tempus non erit amplius Spes impiorũ pibit.	Desiderium

Didacus. Ergo me nulla meæ superest fiducia vitæ!
Nulla voluptatis! nulla spei mihi spes?
Desiderium Didace æternitas instar æternitas
Didace si cælis animam transcribere velis
Didacus O omnis spes vitæ reiicienda foret
Quid mentem crucias qd torques cura salutis?
Fabellæ valeant me modo somnus habet
Desiderium Fabellæ cælum! si Didace fabula Numen
Non erit æternus fabula crede rogus

Scena Sexta

Conscientia Spisz Dydaku a iakiesz miec mozesz spocznienie
Utraciłes za roskosz twey duszy zbawienie
Didacus. Nierazyłem roskoszy anim utracił Boga
Daremna to na moy sen z twoiey zdrady trwoga.
Conscientia — Darmo sobie podchlebiasz potępią cie Lata
Przez ktore niecnotliwie zazywałes Swiata
Didacus Miłez zaiadły na serce robaku sumnienie!
Przestań coz mi na oczy stawiasz potępienie!
Conscientia. — Słuchac niechcesz o Piekle a czasu niewiele
Po ktorym cie zła roskosz zagrzebie w popiele
Didacus. Niech grzebie przeciez ciebie niesłucham sumnienie
Wolę z moią roskoszą isc na potępienie
Conscientia. Nie poydzie z tobą roskosz! coz mowisz grzeszniku
Tam cierpiec bez roskoszy sam musisz nędzniku
Didacus. Idz mi z oczu sumnienie czemuz mię katujesz.
Czemu miły spoczynek twoim wrzaskiem psujesz
Conscientia — Niepoydz bo cię przez mię Bog o grzech strofuie
Za ktory wiecznie w piekle porany gotuie
Didacus Niech ginę niech gorzeie w moim potępieniu
A teraz mi co pozwol czasu ku spocznieniu
Conscientia Niemasz czasu spocznieniu ani będzie w piekle
Tam poydę razem z tobą gryząc serce wsciekle
Didacus. O przeklęte sumnienie kiedyz cię pozbędę
Day spocząc wszakze w ogniu z tobą wiecznie będę
Conscientia Nie spoczniesz pamietay się! za to upomnienie
Bog cie skarze bo blisko twey duszy stracenie
Didacus Niech karze tylko proszę obiecane Lata
Niech przyidą dadzą zazyc roskoszy y swiata.
Conscientia Iuz czas minął roskazy nadzieia uciekła
Sprawiedliwosc iuz po psow kołace do piekła
Iustitia clamat. Adeste canes
Didacus Suppetias famuli

Scena Septima

Didacus in Inferno præsentatur

Epilogus.

Oratio

Oratio in Festo B. S. Kostka

Plus ultra adolescentiæ Stanislai, seu Adolescens ultra Virum

Laborante, sollicita pro titulis B. STANISLAI Polonia in nova
desudant encomia Palestræ Auditor Sapientissime. Multiplicē in titu-
lis adornamq honorem, quem, & meritorum documenta & amoris provo-
cant Imperia. Perstringitur Polono Aquila, domus Illustrissimæ splen-
doribq, applaudit firmatæ gentilitiis Soleis felicitati, gaudet propul-
sa esse ultra Orcum crucibus infortunia, numerat pretiosos fortunæ
Comites, et in uno plures titulos in titulis millena colligit solatia;
illum appretiat, à quo v ipse honor Patriæ, novam jactat dignittem.
Ergo age Polonia, nova affectuum officia suæ magnitudinis lumine &
Avitis Majorum Ceris collucentem pronius adora venerare Stanislaum.
Sed cogitantem amoris stipendia splendoris fert Majestas, jam pro-
cul ab affectibus Patriæ, qui procul à titulis. Supra cæteros virtute
provectus, et pretiosam fortunæ messem et hortori blanda illicia al-
to despicit supercilio, manumittit servire virtutibus coactas purpuras,
erubescunt illæ tam in custoditum sibi abiisse: illud tantū curulibus
non luctuosum advertimq suum quid habuerint Candidatum Stanislau,
ita exuente amorem honoris Stanislao, induit ruborem Polonia nos,
animū assumimq in encomia & quia illustrissimis illusit titulis ad hu-
mile detrudimur Paradoxum. Æstimatissimæ plus ultra heroicum
attingens adolescentiæ, sit ultra virum addolescens Stanislaus. Et
hæc est magnitudinis tuæ umbra tenuis illo commodè asserram veri-
tatem declarabo documento cum tuis virtutibq semper majora dixero.

Nondum suæ utilitati natum, adoravit Polonia Stanislaum et
jam orbis dedicerat posse Lechiam Infantes simul viros parere.
Ita Superi anteveniunt expectationes populorum, et spe nostra ma-
jora conferunt præmia Nefas enim esset divinitate sua munera
dendenis metiri sæculorum, et illa tantum elargiri beneficia, quæ
mens creata exili circumscripsit ingenio. Major est nostra expecta-
tione Divina liberalitas occulta aureæ messis semina, ut pretiosius ap-
plausaq bonitati, voto donis excedenti. Iteratis supplicabat Polo-
nia votis pro Stanislao et in spem muneris struxit curules Consuli, tin-
xit avito Sanguine purpuram Senatori, & evolvente pro pannis trabeas
Lucina Cælestibus jam irradiat Splendoribq Magnus Stanislai Spiri-
tus. Ita volebant Superi nova in Divum ardere desideria nec cæcum
sub tanto lumine aberrare a iterem. Nondum Senatoris proclamatus
Filius jam Patre illustrior et cui natura abesse voluit ornamentum
Cælum contulit investituram. Maturo provisum est a Superis Con-
silio adultos spei virtutum, nec alium quam maximū donare volebat
quem applaudentibus salutant ignibus. Immaturo Consilio
fingit Phaeton ambiisse quadrigas genitoris imparem orbis ob-
sequiis casus præcipitans demonstravit sole evidentior temeritas
ne Padi profunditate extingui debuerat. Verior in sua felici-
tate Phaeton Illustrissimæ Domus Stanislaus, nondum natus
iam

jam regendis par sideribq prodigiosa luce coruscans ad Poloniæ A-
quilas delicias Illustrissimos spargit radios nescit ruinam labor san-
ctior DEO et Cœlo præmiatus. Prodigiose coluerat suum patrius
Annibalem tantum non primam balbutiem in odia resolventem
in exitium Italiæ se natum existimans, Sacramentū Diis testibq
fecerat funera Romanis adornare, ignes Martios spoliis alere u San-
guine extinguere suorumq annorum seriem per cladem stragem &
victorias censere. Ita dixerat novennis pro Carthagine Annibal. Su-
pra Annibalem pro Domo & Patriā infans fecerat Stanislaus diem
nesciens, diem dixit funestis coloribus et contra exitiales tene-
bras fœdus cum Cœlo iniit u ipsa sidera Domui & Patriæ fecit amica
Illustres victorias et pares maximis auturus dies non illud tempq
auctorandæ suæ primæ elegit diei qd serenitati ageret exequias
sed quo tenebris fatum crearet. Timete infernales Hydræ Cœlo
et virtuti exosa monstra exeste! Plusqm Hercules in vestra nascitur
funera cui non gemina vox cunas exornat pallio sed sociata assi-
stunt lumina ut primam etiam lucem videat maximam et ultra
viri adolescentiæ æqualem. Non dixerim, vanas spes aluisse Polo-
niam lactente Stanislao, servasti infantem o Patria per quem ser-
vareris, et qui tuo sereno felicior Atlante submittat humeros.
Qui sceribus suxerat caritatis viscera et infantile bellarium pulchriore
in pectore invenit candorem lactis dulcedine condivit vitam ad gusti
Patriæ & Parentum et levissimo cibo morum nutrivit gravitatem. Supi-
sti grandævam in lacte ætatem Stanislae, nec miror te domo profectū
et ad Senectutis vitæ augmentum giganteo passu suffragante virtute
& numine festinantem sub specie Senis conspectum cum lactibq ti-
bi venit matura canities. Non Parentum blanditiis te pavit Lu-
cina illam in te nutrivit ætatem quæ multorum alit desideria, omni-
um provocat æstimationem. Adulta tuæ infantiæ debebas demissio
Si parium tantum objecerat magnitudinem cum te puerum educa-
ret et ne longius dies teneros fingeres ultra virum adolescentem de-
pinxit canities. Ipsa sibi timuit canities ne festinus ad Cœlum
suos affectus effugeres, sit invidus sit fabulosis venior Momo u Cen-
torculum siquis pingat Atquam, nec pilum in te advertet qui non sit
boni viri. Universæ ætatis in te uno adoramq dignitatem cui &
initiales annorū dies ita vitæ properarunt iter ut etiam venerandam
mutarerent ætatem, Et hæc sunt tantum non primæ lucis exor-
dia, quæ aliorum senectus nec in termino veneratur, tussitantis
ætatis pretiosum insigne non multorum annorum induit adole-
scens. Timeo longævæ ætati Stanislae nec sidera habebunt quo
te munerent. Sed date veniam sub niveo pilo seniculū optarem
Stanislaum; uno passu Viennam et ad maturitatē festinantem
assequi non possum. Siste plusquam virilem sub albescente crine
passū Stanislæe optimē etiam tardiq, jam pridē maturo orbis capiti hæ
ætas conveniret, qd si vicæ sitem recusas rei magnitudine attonitæ rupes te
ultra virū Adolescentē mirabunt. Rupisti festinatis in tuos gemitq vincula

victoris

Victoria duriores chalibe fregisti genitoris minas ferreoris catenis constringendo Matris delicias, Patriæ & Deorum expugnasti amorem attritos Ludentis spei anchora fracta Orbi potentia & vel ipsa natura amori Divini telis sauciata succumbit ultra virum adolescenti. Sed quis me inconsultum Stylus evocavit Oratorem? confictæ fortitudinis argumentum lego de vultu Stanislai pallido diminuit continua adolescente inedia ultra modum frugalium mensarum excedit maxes genarum purpuram abstinentiæ pallore coloravit multorum dierum jejuniis attrito timeo ne jejune denegari appareat ultra viriles adolescentia. Sed fames has bellaris robustior etiam inferni protrivit potentiam quidquid condivit mensæ parentum totum id orbis fallaciis credidit temeratum, Infra Stanislai gustum quod adolescentiam non excedit. Vos mentes Sidereæ Mensas Sto: instruite adolescenti. Ad mensam grandium quæritur mentis saturitas, aut semper famescere abstinentia elegit aut solo Deo cenare, mille fastidia acciperent dapes nisi cœlestis gratia leges famescentis animi resecisset. Superbiunt Regali pompa instructæ mensæ, pingat sua fercula Sibarita deauret mutuato auro Argentum hic pulchram sibi indixit famem Stan: quem solus panis fortium reficit et si hunc negaveris deficit, magnanimi scilicet est virtus mentium puerilibus non expleri cupediis parem suæ pendere fortitudini nec usu plebeio trita ubique vulgo cognitam affectare voluptatem ergo quod popularis quod usus afflavit credere contaminantem. Iam plura volentem recensere documenta dies ipse deficeret desinat jam cum vita Stanislai Oratio, ille a cibo grandium ad quietem se recipit nos ad silentia morte tamen non cadit veritas. Franguntur fatis vel chalibea pectora et fortes impetunt tela animos. Leucadius ingentes animæ quibus immortalitatem aspiravit adulatio at cor Stanislai fatalibus non perium sagittis quibus amoris exuvi debuerat. Morte cadant Viri ultra Divini adolescens amore. Quod si æquali fortitudine mors et dilectio armata credit, geminatis telis mortis et amoris adoriri Cœlum cogit Stanislaum ut sibi victus cadat in spolium quem nec solum fatum nec ipse amor vincere potuisset. Deficimus et nos iisdem telis quia amoris Devicti, vetat plura dicere magnitudinis reverentia, amat Stylus dignitatem et ne offerat indigna admiratione colit maxima. Ultra viros adolescens etiam ultra omne attollitur Encomium melius declarari non potest magnitudo quam silentio. Nihil enim ad Sublimitatem tanti nominis asseri etiam cum ultra virum Beatum Stanislaum. Dixi.

Actus Poëtarum Anni 1714

R. M. Andreæ Szumańczowski Dimissus

ACTUS PRIMUS

Laudes Latinorum Polonorumq Vatum

Apollo

Tandem depositis multo felicius armis
Ingenio quærendus honor. pro vindice ferro
Penna manum Studiosa gravet. jam cæde ferarum
Ebria Sylva madet, Phœbeæ cuspidis ictum
Lernææ sensêre Domus, vivuntq triumphi
Signa, per umbrosas prostrata cadavera Sylvas
Mirantur sua fata lupi, vinciq negaret
Posse Leo, si non Sociorum busta videret.
Jamq nemus dicit quid posset Apollinis arcus.
Sed quia non ipsis nos tantùm fama trophæis
Addidit, meliusq meam ambit adorea frontem
Si studium vos urit idem, date nomina libris
Non ferro, vel solus ego malo esse Poeta
Quàm nemorum Domitor; non tot mihi prælia lauros
Quantas musa parit, pariunt, non Sylva tot herbas
Quot pindus nutrit, diviso vertice lauros.
Ponite ferales animos date nomina libris

Studiosi

Ponimus et ponunt arma in Ara Apollinis

Apollo

Suppleat abjecti partem Sapientia ferri
Et sit pro mucrone Stylus, quem donat Apollo.

Distribuit Libros Apollo

Tibi Virgilium, Tibi Ovidium Tibi Lucanum Tibi Claudianum Tibi Horatium Tibi Sarbievium Tibi Cochanovium Tibi Twardovium Tibi Ines Tibi Canonem.

Primus ~~hic~~ hac in acie labor est, laudate Poëtam
Quisq; suum, laudes etiam laudando meremur.

Laudantur Poëtæ

I Virgilius.

Primus Virgilio pro Principe Vate peroro
Materies nunc ipsa locum nomenq; meretur
Virgilium dixisse sat est. Simul omnia plaudunt
Conformi Musæ sono, Collisq; Quirinus
Cognatum Latiis nomen veneratur athenis.
Nulli difficiles quidquam didicêre Camenæ,
Quas non Virgilio sub præceptore fuissent.
Omnib; audit Cathedris, Solusq; Poëta
Nomen habet commune sibi, tantumq; minores
Prævolat elogio quantum del astra Poëtas,
Quantum docti-loquo Graji debetis Homero
Tantum Virgilio Romanæ Gloria Musæ,
Si fortunato audit Ilias Auro
Par pretium Æneis, pro quavis voce meret.
Quanta styli gravitas! rerum pulcherrimq; Ordo,
Res quavis in voce latet, non ficta loquendi
Majestas vanis ludit sermonibus aures.
Sed fatis stabilitas fides, seu arma canunt
Bellorum rapit ora metq. Seu classib; æquor
Et remis gravis unda sonat, prorumpit in ipsos
Tempestas tranquilla sinus. incendia Trojæ
Jurantes calidis etiam-num, fervere flammis.
Ficta licet Juno, castris inimica Pelagis
Creditur in chartis verberat aurem
Situla Dulichius Martem intonuisse refert.

Tityrus et Corydon, et agrestia numina Mopsi
Virgilio referente placent, doctiq. videntur
Illius quoties versu sua facta loquantur.
Quomodo Agricolæ magnis vos messibus aptent.
Virgilio, debetis agri, ne fructibus arbor
Vota colonorum, et mensas eludat heriles,
Debet carminibus dives natura Maronis.
Ne sine proventu vites olerag in hortis,
Ut prodesset apibus, docuerunt metra Maronis.
Hæc pro Virgilio, utilitas plus ipsa peroret.

2 Ovidius.

Et non solius Pelignæ gloria Gentis,
Et nostri Ovidius gloria montis erit.
Vatibus est reliquis studio quæsitus Apollo
Ovidio natus, carminis ardor erat
Vix tellure potens puerilem figere plantam
Jam novit solido carminis ire pede.
Vix primam solvit facundam pueritia linguam
Quidquid tentabat dicere, versus erat
nullo decessit, nisi sola sorte Maroni
Fortuna tantum, non ratione minor
Non prius incipiunt juvenes elementa Poetæ
Quam per Nasonis perpoliantur opus.
Millia pro quovis accepit carmine Maro,
Sed mundus pretium non habet Ovidio
Quam Felix vates si non scripsisset amores
Orbis totiq nonne fuisset amor?
Quisquis Sarmatici manifesta pericula Ponti
Nescit, de Ponto carmina scripta legat.
Discet ut gelidis tumeant Aquilonibq undæ
Ut levis æquoreis cymba feratur aquis.
Si te lætitiæ tædet mœrore carentem
Ovidii disces tristior esse libro.

Disces natali quid sit tellure carere
In media quid sit vivere barbarie.
Qui legit in varias redeuntia corpora formas
Miratur credit, versa fuisse tamen.
Quis de Narcisso florentia carmina volvit
Credet et verum, ad nomina ficta, manum
Audiet in duris Echo latitare cavernis,
Verbaq pro toto dimidiata dare.
Credet de saxis gentes populosq renasci
Pirra jacit, quae, cum Deucalione, viro.
Credet de campis clypeatam surgere messem
Et simul enatam, procubuisse simul
Credet inhumanae pulchrum certamen Arachnes
Ausae Palladias sollicitasse colos.
Credet ab aethereo lapsum Phaetonta recessu
Immersum salso, penituisse mari.
Credet Threicium Cytharae modulamine vatis
In varios saltus exagitasse nemus,
Credet, ubi fuerant quondam Minoia tempe
Semivirum quondam delituisse bovem
Credet centoculum truncis cervicibus argum
In custoditum deseruisse pecus
Te quoq' quae nunc es Laurus sacrata coronis
Credet Virgineas Daphni habuisse genas.
Credet Pierios sub plantis pandere fontes
Ictu Pagasei prosiluisse pedis
Plurima quae nobis nunquam credenda videntur
Si non vera leget pulchra fuisse tamen.
Forsitan ex Domino cervum mirabitur esse
Et canibus praedas exhibuisse suis.
Forsitan innumeras te Prothei ferre figuras.
Qui modo taurus eras et modo flumen eras.

Miretur, nullamq fidem velit addere vati
  Sed tamen ingenium tangere nemo velit.
Arte solent quamvis interdum ficta placere,
  Sæpe magis veris ingeniosa placent.
Somniat ingenium, somni secreta legendo
  Perlectoq famis nomine lingua sitit
Infernus versu fit formidabilis ipso
  Si Naso hunc versu haud inferiore canit
Invidiam movet invidiæ crudelis imago
  Dum legitur colubros rodere dente feros.
Non magis in terris videas quæcunq videntur
  Ovidii velut in codice, scripta vides.
Quo cursu primæ gradiuntur in æthere flammæ
  Quo cursu cancrum torrida Zona secat
Qua lateant venti, lateant qua parte procellæ
  Et quibus e thalamis tristior exit hyems
Omnia si tellus alia nesciret ab arte.
  Posset ab Ovidii discere cuncta libro.
Si tamen exilii fuimus pro crimine pæna
  Delevit pæna sicubi crimen erat.

Claudianus.

Sed Pelusiacum nec carmine claudere vates
Possumus, immenso tua gloria clauditur orbe
Totius telluris honor, certamina de te
nondum composito restaurant Regnatu- multu
Quæq suum te Regna decq cantare laborant
ad tuo, tellus sequavis æstimat ortu
Nec curat reliquos, si te conceperit orbis
Magnarum sic sæpe latent primordia rerũ
Obscuraq sui majestas liminis ortum
In qua parte Tonans primum vagiret et ipse

Nesciebas Saturne Parens, ingentia Parvus
Occuluit portenta locus, quis noverit in quo
Incepit terra ampla loco: quo primus ab axe
Extulerit Sol grande jubar: nondum attigit orbis
a qua captus erat, dum crevit olympo arena,
Nilus es, et major Nilo septemplice cujus
Ignorat natura caput quas planxens infans
Delphus adhuc dubitat: Cyrrhaq[ue] decentem cunas,
In Superis natum esse probat mens, ipsa Poeta,
Terrenum populi, ne forte superbiat æther.
Par de Mæonio contentio crevit Homero,
Quando Chii dixere suum, salamina negaret
Et Rhodii esse suum dixere negante Pelasgo
Iustitius et magnæ majori nomine causæ
Bella movet pro te doctis Hispania tellus,
Stat non cæsuris Heros Henricus in armis
Contenditq[ue] suum roseis florentia labris.
Ægyptus probat esse suum, mavultq[ue] per orbem
Non Cereris Genitrix, quam non tua patria dici.
Mallet jugeribus jam non tam fertilis esse
Dummodo te Vatem pariat, sed spes eius una
Omnibus in laudes, poterat terra illa vocari
Mundq[ue] quæ tantum fuerat genitura Poeta.
Qualem Tarpejæ stupuerunt culmina Petræ,
Supplicibusq[ue] jugis Septemcollis adorat,
Effigiem cujus, toto poscente Senatu,
Et toto laudante foro, Romana ferentur
Marmora, perpetuusq[ue] silex portare superbit.
Ipse tuo laudes sisifico laudatq[ue] Honori

#

Sedit et Augustus cantat sua Regna canentes,
Arcadius Latiis Lectorem præficit urbi.
Ut constet titulis sociari carmina posse.

Lucanus.

Lucanum sola reliquis ætate minorem.
Cum reliquis conferre labor. qui respuit esse
Par, etiam tolerat vinci si fata dedissent
Amplius ingenio spatium, transacta Poetæ
Sæcula non habuere parem, si tanta loquendi
In non maturo fuerat facundia vultu.
Fulmina maturus pro libertate tonaret.
Et pierides in Vate foret, contraq Latinos
Alter in orbe Tonans, nunqm si igneq Hostes
Qualia præcipiti volvuntur fulmina lapsu
Aut nimium solidi impatientes aggeris undæ
Quas aut e summa violentus Carpathus arce
Aut etiam lubricis Rhodanus protrudit arenis
Majestate pari Lucani labitur ardor,
Nec timet obstantes infringere Cæsaris iras
Impavidus cladem Patriæ prævertere fato
Nomine contempto Regalia crimina plectit.
Ornatumq scelus titulo, nos sæpe solemq
Damnandum laudare scelq, misteria nexis,
Pingere virtutis vitium fucare colore
Nec scelus est peccat honos, aut magna potestas
Felix est authore nefas, magnoq levatur
Culpa patrocinio pietasq in Rege putatur
Hic etiam Tyrio vestitum murice crimen,
Esse scelus docuit cæcoq recluserat orbi
Non sic Cæsareas formidavere cohortes.

Pompejo conferre manum, nec tantq in hostes
Magnus erat, veluti Lucani in crimina versus
Et si ferre parem renuerant Caesaris arma
Adversum potuere minus tolerare Pöetam.
Ergo caput ne Roma cadat mavultq perire
Quam fractas leges concussaq jura videre
Plenaq fraterno capitolia cernere tabo.

Horatius

Nullo diserti carminis entheo,
Horatianæ Nomina Gloriæ
Æquabo Vates, inter altas
Tollit imperiosus Auras

Magnumq magnis sideribus caput
Immiscet, albis ocius oloribus,
Hic inde florum purpurat &
Tempora circumire turmæ

Hic inde mitis Luscinia phalanx
Implent sonoris aëra laudibus
Nomenq vatis audienti
Ingeminant per aperta calo.

Nam quis decentem sive modestiam
Versu doceret, sive nefarios
moneret actus, caeteri ....
Ingenium polluit Minerva.

Suasore tanto displicet ambitus,
Adversa lætum non temerant sinum,
Æquale pectus prosperatis
Casibus, oppositaq sorti

Non imparati pectoris invenit
Fortuna sedem, quam sapientibus.

Instruxit ars Horatiana
In simili dic stare metris
Sarbievius.

At non Latino cedet Horatio
Sarbieviani splendor Apollinis.
Uterq' censu laurearum
Romuleam cumulavit urbem
Uterq' Roma judice, Principis
Nomen meret, seu Gethicas metro
Terret phalenges, Thracicasq;
Ingenii tonat ense turbas,
Pacem perosis Cynthia cornibus
Pallet, Polonas seu acies monet
Contra Gelonorum nefandas
Arma virumq' movere turmas.
Urit calenti Sarmatiam face,
Durumq' tangi desidibus Lechis,
Persuadet ensem, bellicosæ
Objiciens monumenta laudis
Notumq' Regnis Nomen in exteris
Et comparatam sanguine gloriam
Versu retexens. Barberina
Quantus inest decor in Minerva?
Non pulchriori flora superbia
Pingit venustis arva tapetibus
Regnumq' pratorum pudicis
Purpurat ingenuum rosetis
Ut hic decore laudis imagine
Carmen coronat. Maxime Principum
Urbane, musarumq' Princeps
Sarmatico Deus adde vati

Addit Remoti plaudite Sarmatæ,
Vrgi obligati fœdus et pollinis.
Devinxit aurato catenæ
Pectora Sarbieviana nodo
Nec de Lechea Pindus adorea
Subduxit unæ laurea verticem
Intrare passu, dexteramq'
Regificus data gemma dextris
Gestit. remoti plaudite Sarmatæ
Qualiter quietis Vistula fluctibus
Sarbievium nostrum Poëtam
Attonitis memoret carinis.
Quater Vavellus conspicuum tribus
Caput coronis altius erigat,
Pulchroq fastu Laureatum
Gentibus objiciat Poëtam.

Kanon

Ipse Kanon meliore canat sua Carmina versu
Quo Regum thalamos, fortunatasq Potentis
Est solitus cantare Duces, quo victa Superbi
Castra Dahæ, attonitiq' sua post damna ruinæ
Et dubii an possent Lecho vincente perire
Cantari metuunt Traces, qua Lechica virtus
Victricem se sentit adhuc, gauderq legendo.
Bochnenses seu ille sales, æraria Regni
Cum salibq misto sudat describere versu
Condit ingenii sanum, seu clara Chocimi
Bella canit, ulsumq' debi clemente quadriga,
Lapsu Consortis de Stanislae Patronum.
Seu Rhenum Gethici et Bessei Sanguinis Istri

Edomitumq orientem narrat, ubiq triumphat.
Non minor est illi Lyricæ quoq gratia Musæ,
Ille lepos verbis, calidus conceptibus ardor,
Illa rotundarum connexio mutua vocum.
Pingite Nestoreis manantia lilia labris,
Doctaq mellifluis manare canalibq ora.
Hic totam superavit Hyblam, Soliusq lepores
Attica terra tuos facundo clauserat ore.

Kochanovius.

Omnibus æquamus, si non excedimus Orbem
Sauromatis, solo vincebat Roma Polonum
Virgilio, gavisa parem non esse Poëtam.
Sed nil jam quo vincat habet. dedit æmula Lechis
Musa Kochanovium. iamse videt esse Polonam
Æneis, et Nostræ juravit nomina linguæ
Iam loquitur Rutulus Lechelo idiomate Turnus
Et vix se Argolicam meminit Cajeta fuisse.
Addite Jesseam mutata Poemata Vatis
Vicimus Ausonii carmen Latiale Maronis.
Addite carminibus metra seria, mista jocosis
Addite carminibus ludentia mista severis,
Addite composita genus insuperabile musæ
Lechia principio vox est in fine Latina
Romula principio vox est in fine Polona
Miscentur vario, vocum discrimina tractu
Excedit decor ipse fidem, sic mista rosetis
Lilia pura placent, sic associata obryzo.
Splendores adamas, a virtute mutuat auro.
Et capit a gemmis pretium teres annulus Indis

Ines.

Pallitur, quisquis Lechiam perosus,
Et polonorum levis æstimator.

Omne Musarum pretium Latinæ
Imputat arti.
Quidquid auratæ ceciner^e buxo
Romuli Vates, cumulatiori
Enthéo, nostris animatus auris
reddidit Ines
Si quid arguto tonat ore Balde
Aut Bidermanq Latiiq donum
Strada Musæi, Sarbievius notus
Bencius et tu
Lechicus totum superavit ardor,
Quid mihi rauco vaga fama cornu
Obstrepit frustra! Sileat Latinos
Fama Poëtas.
Unus externæ mihi damna Musæ
Reddidit Vates, cui delicatum
Dicitur fulvo religasse crine
Gratia plectrum
Cui deauratos honor ipse tornat
Ad lyram clavos, Charis excitatas.
Instruit chordas, dubiaq nervos
temperat aure
Cui Latiniorum capita alta Vatum
Annuunt Lato studiosa vultu
Cui Quirinalis iuga Septicollis
Subdita flectit.
Sive Regales ferit ille plausus,
Nobili cantu, facilem meretur
Principum frontem. Dominaq felix
aure triumphat
Seu Marianæ monumenta Laudis
Pronus evolvit niveamq ab omni
Eximit noxa, probat esse pulchrum
Virgo Poëtam

Seu trienalis Studium Sophiæ
Terminat Versu, Stupet ipsa Pallas
Ingenii mollem, meliusq doctam
Terminat arte
Seu verecundis epigramma metris
Format, aut mores docet, aut venustæ
Influit suada placidoq mulcet pectora ludo

Twardovius.

Ultima Twardovius sed non postrema meretur
Nomina Lucanum si vellet Roma creare
Twardovium pareret. Lechici civilia campi
Bella et juratas in mutua prælia dextras.
Ambigeres fero, seu docta scripsent ala
Audaces propria, sed clade, Boristenfis orafes
Pejoresq mucrone Scythas, lecoræq dolendum
Exitium oppressasq domos, vastaq templa
Mæstaq Nobilibus flagrantia rura crematis
Et plus sexcentis impletas cladibus Urbes
Nemo secuturo melius describeret ævo
Voluit Leszczynidæ sacrata Palatia Tempe
Erectamq domum, concludere tanta capaces
Nomina. Leszczynius nullo magis incola tecto
Gaudet honos nullaq magis sese æstimat arce
Voluit e solenni celebratas Carmine Musas
Lechica cum Gothico plausissent Regna triumpho
Et decantatos per mochica spatia versus
Mistaq non parvo cum Miscellanea plausu
Nusquam Tarpeiæ cedet Lechæa Poesis

Apollo.

Quid vastum metimur iter totoq Poetas
Quærimus in Latio, Cyrræq lacessimq antra.
Vobis Sauromatæ veteres licet esse Marones.

Jam mallet mordere tuos quam gramina frenos.
Ponderibusq suis sine pondere mæstus, adhinnit
Bellerophontæ te ferre cupit, te Cyllarus ipse
Te flagrant Titanis equi, te Pegasus ardet.
Vix ubi victorem te præsensere futurum
Confestim dant terga Scythæ, nunquamq fugaces
Sunt magis atq tuæ perculsi fulminis flammæ.
Dixit et optantis similis, ter sydera visit,
Te puerum mensus, magnæ præsagia mentis
Confirmat plaudente manu. Non segnius in te
Obsequium virtutis erat, non passa Gradivo
Cedere, Martinum propriam formabat in artem
Claudere nunc oculos nunc frontem ferre modestam,
Atq preces formare manum, ad mysteria mentem,
Ad taciturna breves aptare silentia vultus,
Incessum formare gravem, et senioribus aptum
Erudiit, ultimumq levis puerile juventæ.
Non passa est in fronte geri, non major in ore,
Splendebat Stilconis honor, non gratia labris
Tanta fuit Narcisse tuis, non tam tibi Nymphæ.
Ut nostro infanti pietas studiosa laborat.
Jam pudor, et niveas spectata modestia malas
Atq omnes gravitas matura coercuit artus.
Jam puer in puero non est, jam parva virilem
Aequavit statura modum, quod defuit annis.
Supplevit morum nunquam temerata senectus.
Et pro canis candor erat pro Tempore Virtus.
Præversa est pietate dies, nec membra futuri
Sunt mensura viri, reliquis ut montibus Etna
Eminet aut colles ut spernis Olympe minores.
Sic merito propriam superas Martine staturam
Vinceris et vincis quod si reptabat inermis
Heroum per scuta puer, tibi ludus Olympo
Sublimes inferre gradus, si poplite Xacas.
Elicit innocuos juvenilia munera flores
Tu gressus virtute notas si Scipio terris
Credit e cœlo lapsus, tu crederis orbem
In cœlos mutasse novos. Ganimede relicto.
Jam te posset amare Tonans, natura labores.
Ipsa suos in te stupet, infantaq superbit.
Prole, nec Æetherea credit se sorte minorem.
O quoties venere Dy, similesq supernis
In puero videre Deos, nec forma nec usus.
Dissimiles superis, super omne simillima virtus.
Cum vero nunquam non grandis, creverit ætas.
Creverat et virtutis amor, non justior illo.

x

Esse Solon poterat, nõ justior esse Lycurgus.
Aspexit nullum quem non ditaret egentem
Non illi blandam rugosa superbia frontem
Contraxit. non sæva fibras populata Tyrannis,
Non illum tetigere doli, sed nescia fraudis
Simplicitas, se ex ore probat, totusq videt.
Virtutis decus esse suæ, nec casibus impar
Pectus habet, nunquam gravior fortuna gementem
Nunquam hilarem læti sortis videre favores.
Inveniunt diversa parem. Non fortius undis
In medio Pelagi rupes immota resistit.
Atq repercussas ridet secura procellas.
Interea quo te pridem Mars ipse vocabat.
In bellum jam victor abis accingeris ensem
Nec tam ferro es quam te formidabilis ipso
Sola etiam te tela timent. lorica recusat.
Majorem se ornare virum. vix tempora cassis
Ambit, et a vultu munimen sola reposcit.
Bella parabant totum Romana potestas
Impugnans robur secum protraxerat orbem,
Rhenus et Austriacas vicina potentia terras.
Cæsareas comitata aquilas, gens omnis in uno
Stare videbatur Martino. stabat et unus
Vincere bellantem miles suffecerat orbem.
Vix formidati primordia facta duelli
Horribiles cecinere tubæ, fuit undiq mortem
Contemnentum animarum acies. his ensibus hastas
Objicit, hic ferro grave protegit ægide pectus,
Hic non sperati trajectus, abundine ferri,
Vindicat authorem solusq perire recusat
Hic fugit, hic sequitur, sed non minus ipsa sequentem
Fata sequebantur quem a tergore non videt ensem,
Sentit, et invictum clamore repercuit ictum
Hic caput amisit sed nondum dextra ferrum
Deposuit, medioq sui cupit integer esse.
Hic nimium solidi dum fidit in ægide conti.
Ingemuit sub clade sua, vix ille perempto.
Hoste triumphales in pectore suscitat ignes.
Mox cadit et victor cum milite desinit esse.
Par in utroq fuit cædes et gloria campo
Et dubijs volitabat adhuc victoria pennis
At postquam medias inter, Martinus arenas.
Emicuit Latio Bellona faventior esse.
Juravit, quacunq tuos gens barbara vultus.
Vidit, in obsequium vitam cum vertice flexit
Si tua feralem libravit dextra mucronem
Accepto nondum gens exspirabat ab ictu
Pars turpem dare jussa fugam, pro funere secum
Opprobrium traxit, pars fugit morte duellum,
Vulneribus pars ægra jacet, modicumq relictæ
In pretio spatium vitæ locat, eligit alter.
Compedibus vitare necem, impaciensq perire.
Vult libertatem potius quam perdere vitam
Interea rebus post bella peracta quietis.
+ Fessa soporifero dat miles pectora somno,
Atq cruentatis victor superincubat armis.
B

Dat quoq. Martinus, talis sibi somniat esse.
Qualis in exacta cum desudaret arena:
Mox immutata est armatæ noctis imago,
Cedit atrox bellum, pietas cum pace Soporem
Decipit, et ficto loquitur præsagia vultu.
Vicisti Martine Duces, se vincere restat.
Arma armis mutanda novis, et Marte relicto
Virtuti sacranda manus, fœcundior iste
Lauri campus erit, melior sine cæde triumphus.
Quam per Lethiferum quæsiti vulnus honores.
Dixit, et ut fuerat similis super orbe volanti.
In patriam festina redit. Dum somnus opacam
Militis a vultu facieq. removerat alam.
Jum sibi non humilis melioris cura triumphi.
Assiduis agitat meritoria pectora votis.
Jam Martis mitescit amor, jam sanctior artus.
Flamma crepat vasto pietas in pectore fervet,
Sic Leo magnanimus, majoris nomine prædæ
Captus, Lanigeros interdum despicit agros.
Et parvam contemnit ovem reboante juvenco.
Prima triumphalis fecisti exordia pugnæ.
Cum tua nudato secuisti pallia Christo,
Jamq. triumphatum ducis pro mancipe cœlum.
Applaudit Deus ipse tibi, spolia ipsa probarunt
Magni inte victoris opus. Nec parte tenetur.
Gloria, diviso meruisti murice totam.
Sed non dimidia tantum victoria veste.
Constitit, exueris totam cum milite vestem.
Jam Cæsar jam castra rogant, jam Baltea poscunt.
Omnia dum spernis vincis nigrâq. cuculli.
Vestitus sol nube latet, at purpuræ tergum
Sacrior exambit, pro cassiide mitra bicornis.
Pro sævo mucrone pedum confertur, utrumq.
Invito licet ore tene hæc sunt præmia pugnæ.
Quam pietas electa parit. crevere triumphi.
Edomito Latrone, cui sine cæde subacto.
Victori vitam meliorem Dive dedisti.
Forte perumbrosæ peregrinus compita Sylvæ.
Festinum properabat iter, videre Latrones.
Exitio gens nata hominum visumq. secuti
Dum potuere nihil statuerunt tollere vitam
Non timet ille necem: mihi tollite tollite vitam
Dum modo perpetuæ vitetis fata gehennæ.
Latronem movere minæ mansuetior esse,
Visus erat quam Latro potest. crimenq. dolore.
Eluit in melius posthac usurus Eremo.
Auxit virtutis lauros Auxentius, et tu
Bricci dum patiens tolerat Martinus utrumq.
Ipsa triumphalem meruit patientia palmam.
Vincitur et Cæsar, nec cæca superbia flammas.
Evitat grandemq. pyram punita potestas.

X m

Accenso struit usta Throno. Stat lapsa trophæis
Arbor Barbaricæ melior Dodona Cohortis
Pinus erat quam longa fides priscusq colebat
Error, et a vili trunco non degener ætas:
Ast arbor tam fausta diu, te vindice lapsa est.
Et quæ vincebat ramis felicibus ævum,
Victa, tuâ virtute jacet, Slauxumq cadendo
Victori dat colla suo. Nec fata repugnant.
Vinci, funereis etiam tua gloria bustis
Vivit et in laurum mutat Libityna Cupressum
Si jubeas redeunt in lassa cadavera sensus.
Et frustra net Parca colos, nam stamina vitæ
In dextram dant astra tuam, ne vincere quidquam
Restet adhuc Erebo licet indignante triumphas.
Jam quidquid se posse putat feralior armat.
Fera, nefas vult esse Stelq. si livor in orco
Si Phlegetontæo deperitur in amne venenum
Imbelli instrumenta trahit. Rabiemq nocendi.
Colligit ex toto sævum vectigal averno.
Ut magis possit pugnando potentior esse.
Induitur Rigidi Rigidus portenta Leonis
Qualem Getulæ timeant spelæa Cavernæ.
Jam satur Scelerum non incertusq triumphi.
+ potens Aggreditur conclave+ lectumq jacentis.
Circuit et viridi turgentia colla veneno
Excutit, et torvo jaculans tartara visu.
Nunc dentes livore rubros, nunc exerit ungues.
Nunc colubris cinctæ metuendus sirmate caudæ.
Verberat innocuas perquas inceperit auras.
Et quoties patuli guttur reseraverit oris.
Spe toties miserum, non vana devorat hoste.
Quid faciat Martinus? nec longæva senectus
Vincere, nec morbus patitur, sed vincere virtus.
Nunquam infirma jubet. ter flebile pollice monstrum.
Signat, et accensi metuendo fulmine verbi.
In Barathrum remeare jubet. remeavit averno.
Testatus plorante necem, fassusq gemendo
Quam multum posset Martini Heroica virtus
Addite Hædes sertum superans utrumq.
Jam sese gemina Martinus duplicat herba.
Et palmæ gaudet comite, ille est miles in armis.
Hic nuper socius, meritoq faventibus annis.
Et Generalis erit, cui pro meliore triumpho.
Sarmaticæ servire parat Provincia terræ.

Cecini.

Actus 3tius

Sabbativa de Cancro S: Francisci Xaverii

Sol in Cancro

Vade per edomitas Neptuni Musa procellas
Qua Tibi purpureo signat vestigia gressu

Cancer, in æquoreis non notus signifer undis.
Nec Te spumosi millena pericula ponti,
Fatorumq' metus teneat, nil grandibus ausis
Xaverio Præterite nocet. frænata potestas
Ventorum, Veteremq' novam sensere procellæ.
Solvitur à portu (quid enim per plura moremur?)
Xaverio pretiosa ratis. jam terra recessit.
Auditum est utrinq' vale. amplum puppibq' æquor
Scinditur, et longos digitat solertia remos
Carbasa velifero suspendit navita malo
Apta impulsuros, à tergo admittere ventos
Rector in extremæ positus stat parte carinæ
Navigii spes una sui, qui sentit in undis
Nostrinum moderatur iter, sulcatur inerme
Tethyos imperium non adversantibus undis
Et se navigiis ultro absternente procella
Principiis natura favet, tranquilla modestum
Compescit formida fretum, jurasse videntur
Obsequium Zephyri successibus aura secundis
Vela replet, mulcetq' ratem elementibus alis.
Sed nimium rebus contraria fata quietis
Nunquam fausta diu raro tranquilla steterunt
Vix ubi semiviro medium secuere profundum
Ecce tibi Pelagi Rexes dominator aquarum
Imperii dominum ipse sui Neptunus, ab antro
Erupit madido circumfluus ora liquore
Nimbiferoq' gravem madefactus gurgite barbam.
Erupit multosq' sui cervicibus imbres
Excutiens sedi cristalla silentia ponti
Verberat immiti nunquam magis icta Tridente.
Seu furor hoc suasit seu res sua stare potestas
Dormitum satis est (inquit) prodite furentes
E vestro lare, cum sævis Aquilonibus Euri
Exerant, simul, atq' repleta tumultibus ora
Exoneraverint. gelidis tumet unda procellis
Et totum validis miscetur fluctibus æquor
Unda resistentem turbata reverberat undam

Sicq; sibi fontes, ut montes montibus instant
Si quæ de sano compellitur Insula fluctu.
Non alium metuente mari facit illa fragore
Quam faceret lapsi totius machina mundi.
Fluctibus insiliunt fluctus, saltatq; nocendo
Insultaturum veluti tot cladibus æquor.
Sic ubi nodoso impatientia terga flagello
Artis inops auriga suæ percussit equorum
Exiliunt tremuloq; vias hinnitibus implent
Et cursu tellurem quadrupedante fatigant.
Navis in ambiguo est, solius certa pericli,
Fluctuat, et nescit qua tempestate trahatur
Undiq; commotæ contunditur ariete lymphæ
Non aliter quam cum Solimæas frangeret arces
Et muros cruciata cohors percussa gemebant
Ipsa suum castella malleum. Sic flebilis ergo
Propria cæruleis deplorat damna procellis.
Nunc in circuitum fundæ pro more rotatur
Nunc subsidenti jam jam sorbetur ab unda
Mox ad non visas cum flumine tollitur auras,
In veteres reditura neces, non dispare fato
Dardanides Siculo fuerat jactatus in alto.
Par fatum Ceycis erat, cum naufragus inter
Nunquam tentandas animam profunderet undas.
Compare naufragio vos, vis nimbus iniqua
Vexat in occiduum dum descendisti lectum.
Quid tibi nunc animi sævo concredite ponto
Navita? damnabas pelagum sed sero nocentem.
Nec quidquam prodest si sero pericula damnas.
Quâ tamen ipse potest moderaminis uteris arte
Sed major vis arte fuit, vicere pericla
Auxilium, præstabat opem deposcere, sed qua
Nullus ferre potest, nec vox audita fuisset
Ergo decubitae morti se quilibet aptat.

Nolentemq' mori parat in dispendia vitam
Dum tamen est compos cumulis obsistit aquarum.
Pars tenet antennas reliquis pars rebus inhaeret
Ut saltem (si non rate) navis parte vehantur
Pars mare per vastae diffusum compita prorae
Ejicit in pelagum tumidumq' refundit in aequor
Et cumulat minuendo malum, ejiciendo resumit,
Quando reversuras expellere nititur undas
Pars lacerat fatale caput nunquamq' daturam
Jurat fluctibusq[ue] posthac sua nomina ponto.
Alter in has lachrimaris laxaverat ora querelas:
Quam non speratis agitarus fluctibus ipse
Nescio, qua mundi jaceas in parte reposta
Patria chara vale, non me rediisse videbis
Non ego te (dixit) nec dum cessare parabat,
Unda locuturos impleverat aequore vultus
Pars quibus infractas ad tanta pericula vires
Mens generosa dabat clamant: Francisce perimus
Tu solus salvare potes nec plura loquuntur
Ut maturet opem plus ipsa pericula suadent.
Ille velut nuda positus tellure jacebat
Seq' simul, sociosq[ue] levat, nec multa moratus
Arripuit niveo pendentia pectore signa
Signa Crucis capitibusq' ferox vexare profundum
Eloquium mirante mari. simul ore sonabat
Et simul irato mysteria caelica ponto
Immisit. sensitq[ue] Deum nauta, statimq[ue]
Mite quiescebat positis aquilonibus aequor.
Ut pacis Deus et liquidas penetraverat undas.
Neptunus timidum caput exundantibus antris
Abdidit, et irrito sedavit murmura sceptro
Inq' suas jussit ventos remeare cavernas.
Planities antiqua redit, tantoq[ue] videtur
Mitior oceanus, quanto violentior esset.
Jamq' per immotas nullo discrimine lymphas
Securum finitur iter, jam puppe quietum
Littus adoratur, crassoq' ridente carina
Tingitur ad ripam. ejectus est e nave petitum
Tulit in littus sociisq[ue] dat oscula terrae
Et memorat quantos vitarit in aequore casus.

Fugiosq' Navigii molem Francisce relinquis
Gaudet et hurtens tanto calcari poplite. dumq'
Respicis ad victi superata pericula ponti
Ecce super vastas tranquillas Thethyos undas
Signa Crucis fluitare vides quae nuper in aequor
Contra feralos fecisti fulmina ventos
Quodq' magis stupeas etiam properare p undas
Ad littus quod salva satis jam puppe momordit.
Jam prope arenosam steterant sacra pignora terram
Quaerere te tantum mysteria sola videntur.
Fluviae famulos te piscatore prehendi
Descendis Francisce capis, se porrigit ultro
Atq' cupit Deus ipse capi. das oscula capto
Vix non dat Deus ipse tibi. qua veneris arte
Dum meditare vides, ingentis brachia cancri
Cum rubro rubeas jactantis tergore chelas
Scilicet in Cancri signo, sol debuit esse.

Epigrammata in Cancrum Cruciferum

1

Viderat in rubeo cancrum studiosus [illegible],
Pone tuos Xavier cum Cruce stare pedes.
Et quia magnus erat non Cancrum credidit esse, +
Sed de militiis credidit esse grege

+ Credidit et quoniam qua sit legione petebat
Et Cruciatoris dixit esse grege

2

Vix in caeruleum missa est Crux pendula pontum.
Contremuit toto Nereus ipse mari
Et ne tempestas absorberet ab undis
Quâ salvare queat cogitat arte Crucem
Convocat undosum toto ex Regione senatum
Aequoreas q' vocat nomina prima Domûs
Conveniunt; tunc ille, mari de fronte remoto
Dixerat (in totis imperiosus aquis)
Quis feret ad Littus Francisco nobile pondus?
Quilibet ex illis ferre precatur onus.
Omnibus exceptis tibi Cancer credita res est.
Retrogrado; quia Crux retro ferenda fuit.

3

Credite temporibus cancros mutasse colorem
Qui modo sunt rubei, quilibet albus erat
Sed cum Xaverio patientia signa ferebat
Erubuit Cancer sanguine Christe tuo.

#

152

4

Quisquis sanguineo cancros spectavit amictu
De quovis poterat dicere: Martyr erat.
Sed qui Xaverii vidisset cum Fronce cancrum
Iustius hic posset dicere Martyr erat.

5

Multa sequi veros dicuntur signa fideles
Xaverii haec pisto sunt signa, secuta fidem.

6

De cancro Francisce tuo qui carmina tentat
Cancrinum Carmen dicere quoque potest

7

Integer aequoreis potius apparebat in undis
Sidera quanta potius edita tulistis aquae,
Ne vobis etiam desint Caelestia signa
Pro Cancro Cancer Xaverianus erit.

8

Inter lethales vitae discrimina morbos
Cancer lethiferum dicitur esse malum
Sed tuus Indiacos Regnis Apostole, cancer
In medris, vitas signa, ferebat aquis

9

Undarum Regem esse probat si purpura cancrum
Undarum Regem sunt quoque sceptra probent

10

Ne mirere vitas remorae virtute teneri
Si potuit Cancer sustinuisse Deum. —

Rex Mensium Ianuarius. Sabbathiva. Actus 4tus

Tempus.

Vix ubi praeteritum laeti confecimus annum.
Ordo redit, veteresque dies nova colligit horas.
Ne tamen in-certa tempus sub lege trahatur
Regem qui toti feliciter imperet anno
E ter quatternis decernite mensibus unum

Pro Martio. X

Ambiat imperium, qui nescit regna mereri
Martius in merito regnat, tibi deque coronas.
In galea, rigidum pro sceptris eligit ensem.
Si tamen affectet titulos, Mars ipse potentem
Adjuvat emerito securus nomine causam
Primus Tarpeii Fabricator Romulus anni

x

In menses huic jura dedit, primusq secundum
Agmen honorati Rex agnus dixerat dui.
Gratia sit reliquis regni concessa potestas
Illi subtracto, gravis est injuria regno.

Pro Aprili.

Non ego florigeri causam tutabor Aprilis.
Ipse sua tutor sortis aprilis erit.
Si dare promeritam renuat fortuna coronam,
Tempore quo cingat solus aprilis habet.
Solus aprilis habet quot flores parturit Hybla.
Quilibet est capiti nata corona meo.
Quotquot in Hesperiis nituntur lilia culmis,
Quotquot pæstanæ sunt in honore rosæ
Quotquod odoratas tellus fovet Attica Nardos
Tot mihi terra parit lilia, pæsta rosas
Primus ego rigidæ constantia frigora brumæ
Frango, catenatas libero primus aquas.
Primus ego steriles fœcundo gramine campos,
Rore renascentes impleo primus agros.
Primus ego gelido morientia prata rigore
Vivifico, ventos sopio, primus ego.
Primus ego semper, quoties certetur amore
Cur non inter vos sim quoq primus ego:

Pro Majo

Cernite ~~ne pro cultu~~ ne pulchra specie subsellia fallat
Mendaciorum est primus Aprilis dies
Atq utinam foret una dies, mendacia flores
Ipsi sereno candidi vultu tegunt
Floribus hic frontem, sed non diademate cingat
Non inter herbas pullulat Regni decor.
Aprili, florum prosunt ad regna colores?
Decentiores purpurant Majum rosæ.
Si quid habet veris sed habet quoq frigus aprilis
Interq teneros cana nix flores latet
Maji felicem nullius frigoris aura
Diem profanat, sed novi cumulant sales.

Ille prior vacuos pulhro velamine ramos.
Primus virenti vestit arbores pilo.
Aut calor aut frigus reliquis in mensibus urit
Quare relicta progredi domo piget.
In Majo nil tale time, nec bruma, nec æstas.
Intemperatas criminis vires habet.
Quott solet æstivas spirare favonius auras
Tot sanitates orbis a Majo bibit
Iam tristes sylvæ pulchriq licentia campi
Iam rura lætis pressa, sub plantis placent
Continuo resonant avium modulamine sylvæ,
Mutiq discunt alitum verbis loqui
Ipsa placet pavi, si murmure garriat unda,
Dum devolutus saxa protrudit liquor
Addite: Qui reliquos superavit nomine menses
Non jure Majus major inter hos erit?

Pro Iunio.

Iunius læti dominator ævi,
Vindicat sceptrum, cui purpurato
Sol rubet cancro, patrioq veste
Purpurat astro.
Nemo sublimem videt ire Phœbum
Altius cœlo, timet ipse Titan
Hunc super, fessos trepidante loro
Flectere currus.
Nullus aurato nituit sereno
Pulhrius mensis, neq longiorem
Nutriit flammam, neq sic minutas
Præbuit umbras.
Si labor regni meritum est, calentes
Nemo tot solis toleravit æstus
Inter æstivos agit ille lucem
Qualiber ignes.

Pro Julio.

An sole tantum clara merebimur
Illustriorum nomina principum?
Non magna fulget mutuato
Gloria, quæ cumula pigne
Virtus avitis dives honoribus.
Nil commodati luminis indiget
Decentius non artefacto.
Christolyti radiant sereno.
Non comparatis Julius ignibus.
Accedit, aptam Regibus indolem
Tot Juliis parere terra
Romulea dedicêre sorte.
Nativa prosunt stemmata Junio?
Et hunc Leonis promoveat decor.
Pridem Leoni Lerna vasta, et
Marmarica famulantur umbra.

Pro Augusto.

Non Nomen neq stemmata
Regnum Principibus conciliant suis
Reges utilitas creat.
Nemo Cæsareo dignus erit throno
Cui tantum aureus est sibi.
Qui terram nimia fruge repleverit
Hic rex esse merebitur
Si augusto titulum terra negaverit
Saltem longa fames dabit
Juste frugiferis horrea messibus
Et tempus æquabitur.
Quodsi nominibus sceptra recenseas
Augustus toties quoq
Flexit Romulea regna Potentia
Et nunc Sarmaticæ quoq
O! auguste tenes sceptra Poloniæ.

Pro Septembri.

Imperium si jura negant, dat libra valores
Septembri cognata suo. dignumq coronis
Æstimat, et pondus votis felicibus auget.
Utilitas si Regna parit, decernite causam
Quot fructus September habet. cui poma ruborem
Et maturorum debet se forma pyrorum
Quidquid in Hesperiis est delectabile septis
Aut pulchrum Pomona parit, quodcunq superbũ
Alunoi portenta ferunt Septembris honore
Gaudet, et authumni dono meliore superbit.
Citrina mala, nuces non tantum parva juventus
Sed Regum mensa omnis amat. similesq Tonanti
Æthereus Dapifer miscet cum fructibus escas.
Ergo pro pomis, pomum Regale mereri.

PRO OCTOBRI.

Messibus Augustus, September fructibus orbem
Ditat, et imperium venientis vendicat anni.
October quæ dona feret, qui vina propinat!
Omnibus est commune bonum dare pabula, panem
Et non dives arator habet. quis fructus in ipsis
Fructibus à pueris minus juvenile petatur
Sed vino nec mensa sapit Regalis adempto.
Poma nocent, alimenta nocent, sed vina medent
Hoc bibit de fonte salus. longæva precatur
Qui cum Pannonico propinat sæcla falerno
Ergo qui multos mortalibus adjicit annos
Unicus imperium october cum feret anni.

Pro Novembri

Inter Bibones regna merebitur
Quisquis falerni pocula Massici
Iactat, verecundumq turpi

β

x

Quærit ab ebrietate regnum.
Non hæc bibendo, sed ratiotionibus
Constat potestas! Antonio Scyphus
Ad sceptra prosit, imperantem
Sobrietas generosa mensem
Decet. November justius imperet
Quem militaris turba potentibus
Armisque Principemque
Pro statione datū veretur.
Illum quieta promovet ægide
Mavors superbo conspicuum throno,
Illi coronam libertatis
Strena dato licito furauro

Pro Debri.

E gelidum torret regnandi flamma decembrem
Sit meritum tot dura pati, brumæque rigentis
Bistonias tolerare nives, scythicumque per omne
Tempus ferre gelu. Molles odere coronæ,
Gaudebunt patiente viro. num semper in ipso
Fine renascentem mirabitur ultimus annum!
Quod toties claudit, cur n. semel inchoet ævum?

Pro Ianuario.

Cur cam recenti quærimus et novum
Ætate regem? num puduit dies
Sub Ianuario perennes,
Et reduces renovare soles?
Vivunt eodem sidera principe
Nondumque Phœbo vivere sub duce
Cæli recusarunt. Dolendum est
Imperium quoties potestas
Mutatur ipsa. At, tolle te gloriam
Satis decori nominis est Dei
Habere nomen sanguinisque
Ætherei erubuisse ab ostro

Pro Februario

Bachanalia non amat,
Qui lætos hilari sub Februario
Annos vivere respuit.
Nulla est lætitiæ commodior dies
Nulla est saltibus aptior.
Hic legibus premitur dura severitas
Cedunt jura licentiæ.
Hic omni populo quod libet, et licet.
Hic pauper metus et dolor
Ultra Sauromatas exulat exteros.
Regnet si Februarius
Regnum se faciet principe liberum.
Contra Martium Senex.

Martius venerandæ senectuti invisus si regnet, omnes morimur

Studiosus Pro Majo.

Schola pro Maio agunt, quibus bis in hebdomada recreationem indulget

Contra Julium Studiosus.

Si Julium ad movetis solio, primum examen palestræ patiemur

Pro Augusto Agricola

Imperet augustus in quo omnis fertilitas regnat

Contra Septembrem Studiosus

Scholas September incipit ni regnet pomum promittit et centum mala Scholastica affert

Pro Novembri Miles

Milites gratiam pro stipendiis Novembri agimus, vos coronam date

Pro Januario Bibo.

October vino meretur regnum. Sed quia hic liquor pretiosus sufficeret si Januarii Amphora regnet.

Prologus. Actus 5tus

Auream in Stanislai Kostca cultum Lechici exercitus liberalitatem exhibebimus ut palam sit Polonum Martem non minus auro posse, quam ferro. Auro pretiū tu addes Auditor Æstimatissime.

Dux

Lento procedunt ingentia gaudia passu,
Parva levi saliunt pede. quod longæva Senectus
Annorum speravit, habet. vicere petendo
Sauromatæ. tantum differi munera possunt
Quæ Lechus cum Rege petit, Clementia Romæ
In nostras est flexa preces. prodesse nocendo
Clementes voluere Dii. totiesq relictum
Non sprevit fortuna Lechum. majora periclis
Auxilia, Ausonii nobis misere favores
Kostca brevi Sanctus, toto super audiet orbe,
Polliciti Sanxere fidem decreta Latini.
Parva deesse lego (Quid enim tibi vilius aurô
Prodiga gens vitæ) cui solo gloria ferro
Porta triumphatam jussit servire monetam.
Exemplum pietatis ero, nunc Quæso sequatur
Qui proprium scit me esse Ducē grave dedecus esset
Omnia vincentes hac vinci sorte Polonos.
Hic Legit Epistolam — Volvite quid presens occasio detulit?
Primus miles. Nullibi difficiles Dux nullibi magne probasti
Hic etiam sequimur stimulant mandata volentes
Quidquid agis faciendo jubes, nihil esse molestū
Demonstrant exempla Ducis. profundimus aurū
Si jubeas etiam profundere dulce cruorem.
2 Felices rumore Lechos, quot vota Poloni
Fudimus! ut tam fausta semel fortuna veniret?
Et venit, tam magna, diu meruere rogari.
Addimus ad votum nummos, non pœnitet auri
Plus pretiô data verba valent. magis æstimo verbū,
Quàm nummum. — — —

3. Quid mihi cum nummis? bellum grave dedecet aurum.
Militibus satis ensis erit, quid inutile pondus
Ad promptum portabo latus? neq perdimus aurū
In similes quoties generosi expendimus usus.
4. Vitam debemus, non tantum dona Poloni
Kostca tibi, Quidquid Lechicus complectitur orbis,
Sorte tua putat esse datum; seu fausta Viennæ
Bella recensemus, seu Chocimense Duellum,
Sarmaticæ sorti pugnabas victor ubiq
Nuncquoq Romulei censu cumulatus honoris
Se nostrum sciet esse magis, tituloq Patronum
Augebit meliore novum.
5. Aureus in Lechiam toties o Kostca fuisti.
Æqualem decet esse Lechum, tot munera donô
Si noscit multis unô tibi Patria reddat.
6. Omnia pro Patriæ felici expendimus usu,
Quod superest dabimus, cum desinet esse Beatg
Kostca, Lechos faciet. cum magno nomine crescet
Sors Patriæ.
7. Ipse ego servatæ belli inter funera vitæ
Et memor et gratus, cum Thracica tela morantē
Desuper æthereum vidi descendere currum.
Quantum tunc animi! Quantum virtutis! in illis
Advexit fortuna rotis, Quodcunq superstes
Aurum restat adhuc, illo certamine partum
Impendam tibi Kostca libens.
A Nunquam Sarmatici felicior alea belli
Esse potest, Quam, Kostca, tuo similes honori
Immolet obsequiis quæsitum annalibus aurum,
Alea me nummis toties spoliavit, at in Te
Lucrari spes multa potest,
Non-dum crinito tumuit mihi barba capillo
Cum Jablovii Mamortia signa sequebar
In puero jam miles eram, totumq juventæ
Tempus in emeriti spectavi casside ferri
Hunc ego militibus memini persæpe locutum
Donec ab Ausonia vox aurea detonet arce
Non cessaturas per lechica regna ruinas:

Sanctus Lostca. tenet quod si spectavere Poloni.
10 Quotquot servitio merui stipendia longo
Serviat expensis, his Lechi certius hastis
Vincimus, hoc emitq felix victoria damno.
Auro quam ferro melius vicêre Philippi
11 Est mihi sub Gothico collecta pecunia bello
Pone Calissicas collecta pecunia turres
Divido depositum, media mihi parte superstit
Dimidium do Lostka tibi, si postulet usus
Et reliquum donare paro.
12 Tracica Bistonii signum furiale gradivi,
Luna times? tremefactus Eos pallente sereno.
Cornua barbarico pridem turgentia fastu
Ad plausus demitte novos! argenteus ardor
In Lechicum vectigal erat, flectatq in arcu
Cum Domino trux stemma suo vicêre Poloni
Crudeles pariêre Gethæ dum Lostca triumphat.
Promeruit tam dives emi per munera laurg.
13 Ferrea gens populusq sumus, neq meliq ævum
Vivimus, ærato riguerunt tempora ferro
Abstulerat rebus pretium fortuna secundis,
Pauperies nisi dura sinum premit. aurea vultis
Secula? profuso mereari hæc possumq auro.
14 Non habeo nummos, expensa pecunia saccu
Deseruit, nec enim populorum vivo rapinis,
Ore meo vixi, gladius mihi ditior ante,
Et melior lorica fuit, modo venditus ensis
Aureus, hunc chalybem mihi vix fortuna reliquit,
Unus restat equus, villis albentibus, atrum,
Miscuit in tergo solers natura colorem,
Dimidius pes crine rubet, pes alter utrinque
Est niveus, pars nulla suo privata decore,
Hunc etiam vendam, bene nostis pondera reru,
Quid dabitis? totum præsentibus offero causis.
15 Nec nummi mihi sunt, nec equi, concedite fratres
Ut possim conferre aliquid. concedite, reddam,
Reddam, jam toties socii mea verba probastis.
16 Concedam quodcunq voles, solusq libenter
Adjiciam, nunquam memini te falsa locutus.

Hybernam nondum recepi, sed aliquod flore-
nos habeo, hos etiam do, melius est quam
si pro cremato expendantur aut tabaco.
Nunquoq; prodigio confirmavêre recenti
Quod pridem statuere Dii. Lege.

Dux
Epistola altera de re
centi Bononiae prodigio legit.

Addite prodigiis aurum, nec nostra moremur gaudia lege

Epilogus.

Militiae pro auro gratias, vobis Auditores huma-
nissimi pro aure faventi agimus.

Declamatio No 91. Actus Org

Domesticum Juvenilis Pietatis exemplum in Princi-
pis Cujusdam Poloni Filio irarum et Paterni amoris
Victore ab eodem pro Fide Catholica occiso.
A Perillustri Juventute Poëseos Collegii Karnkoviani
in Scaenam datum Anno Salutis 1715.

Argumentum.

Princeps quidam Polonius Acatholicus (reverentia
nomen occuluit) duos Filios Fide et Indole sibi
pares habuit, utrumq ad Aulam Caesaris expe-
diit. Ubi minor, tum monstrorum, tum igniti
draconis in exitium suum instantis metu, tum
Religionis ab interitu liberantis Clementia ad Fi-
dem Catholicam inductus, Domum revocatus,
frustra tentatq a Patre pugione interimitur ut
eidem fatum debeat et vitam.

Antiprologus.

Saturnus Filiorum Tyrannus victo amore mactat
natos et vorat, a Religione vincitur.

Prologus

Scaena 1ma: Filii Principis valedicto acceptâ Coronâ
delata per Aquilam Patrem sua indole latum
Salutant applaudente Magnae Spei Saltu Scaenico. Intermedium
Scaena 2da: Expediuntur ad Aulam Caesaris de Fide
moniti. Intermedia duo.
Scaena 3tia: A Genio domus Caesaris recommedati
Favorem parem indoli inveniunt cum aliis prin-
cipibus conviviis fruuntur: hi de ... cantu saltu
Interimedium
Samicarum revocantur.

Scæna 4ta. Finitis cum nocte lætetiis minor de Fide sollicitus mæroribus suis indormit et mortibq Dæmonibq saltantibus, a Dracone ignito territq et ab Ecclesia Catholica ad Fidem inducitur, Fratre et Pædagogo frustra dissuadentibus.
Scæna 5ta. Domum revocatq variis modis a Fide retrahitur fratris obsequiis addicitur se in casq
Scæna 6ta: et ad extremum a Patre irato, pugione interimitur.
Scæna 7ma. Poësis Victori et Adolescenti extructo Mausolæo cum plausu et lacrymis parentat.

Epilogus.

Actus 1mus de Turri Calissiensi Eversa.

Phœbe, Calissiacæ plorata pericula Turris
Non solito sermone refer, quod Lechia damnũ
Pertulerit, quo pulsa metu vicinia, casum
Horruerit, quanto mærentia compita luctu
Urbis fata fleant, procul hic estote furores.
Mitior Aonium clementia ventilet Eurum,
Mæstaq tranquillis præcordia mulceat auris.
Non populos tantum Bacchi deliria tangunt,
Et ventos idem error agit. Lætantur in Orbis
Exitium, Nostrisq fovent sua gaudia damnis.
Ecce super solitum mundi coiere recessum
Cum Cauris Boreas, sævis cum Aquilonibq Euri
Amentes coiere Nothi. non defuit Auster.
Rorida decidiis madefactus tempora Nimphis
Hisque cæruleum solitus vexare profundum
Et celeres violare rates Vulturne. Statutum est
Omnibq optatis concedere lusibus horam
Et Bacchi impietate frui quid multa! fruunt
Se potat, se quisque vorat, pars plurima lapsa est

Temporis in terbis, sua quisquis crimina laudat,
Et populi strages inter sua nomina censet.
Qualiter æquoreis gens in Utrita rapinis
Non bene collectis gaudet ditescere gazis
Fortior hic, qui plura parat dispendia nautis
Hic melior rapidæ, quem multa ferocia culpæ,
Et scelerum commendat honos, par fama ferarum
Quæ, partos numerant stabulorum cæde triumphos.
Maximus interea, non parvæ Præses arenæ
E mediis Aquilo surrexit turbidus aulis.
Ora tument, torvo regnat discordia vultu.
Nubes fronte sedent. oculos ferus asperat horror
Brachia turbatis verruntur nuda capillis
At circum vacuas sono obstrepit impetus aures.
Aura paludatos ventis exercet amictus
Nec sinit immotos in pace quiescere cultus,
Indicium sceleris chlamis est. Cur, inquit inanes
Pascimus elogiis famam? non voce petendus
Sed factis æternus honor. quod fecimus ante
Præteritum est, veteri male latet gloria lauro
Nunc date virtutis specimen. præsentia laudes
Facta dabunt, multo gaudet victoria teste.
Dixit, et insanis quatiens mala tergora pennis
Turbatum per inane volat, comitatur euntes
Horror, et immiti stipata protervia luxu
Et fragor, et rabies, et plus quam mille ruinæ.
Ut primum furiis temeratas miscuit auras
Murmura terrifico tonuêre persaera cantu.
Nubila concurrunt, Nebulis gravis imbre potestas
Horret, ab adverso ne vulnera sentiat imbri
Non avibus per aperta licet sine morte vagari.

Nec populis impune vias calcare vetustas
Oceani quis damna canat? prope sidera fluctus
Si non tangebant, poterant tetigisse videri.
Ipse suas miratur aquas Neptunus, et horret
Balthica sollicitæ dum pulsant littora lymphæ,
Sævaq latrantes diverberat unda Charybdes
Nec parvis etiam requies conceditur undis
Flumina commotis æquant impulsibus æquor
Sylvarum pars læsa ruit, pars turbinis ausu
Versa, superbifico tellurem vertice mordet,
Robora cum ramis, et cum radicibus orni
Invita velluntur humo, neq gloria cedros
Liberat a casu simili sub clade cupressus
Et pinus sub clade gemit, Dodona ruisset
Si non fatidico pridem procluderet igni
Aqua Caledonios turbaverat aura recessus
Et per odoriferos grassata licentia lucos
Panchæas populatur opes, non passa bipennem
Ida cadit, nec Creta tibi peperisse tonantem
Profuit, Idalium nemus, et sacrata Camœnis
Umbra, timoratis nutat tremefacta capillis.
Cum brutis trux Lerna pavet. Nemeæq fatigat
Latro specus, nigris prodire cubilibus ursi
Non audent, leporum terrentur more leones.
Effera marmaricam Tygris est oblita furorem
Irasci non posse putes. qui Tessala terror
Arva replet, quantis quassatur Daunia damnis!
Atneq simplicibus tantum nocuisse viretis
Ira jubet. Pomona truces experta rapinas,
Hesperiis auratis excussit poma lacertis
Alcinoi violatus amor. desistite venti,
Aut si sublimes furor est evertere cedros.
Parcite plantatis in publica commoda ramis

9 Ut vero Lechicis Aquilo vicinior oris.
Omnibus discrimen laxavit fræna procellis
Impia per totum facta est discordia Regnum.
Vistula cæruleas vix continet impiger undas
Varta catenatus brumali carcere Nymphas
Vix cohibere potest. magis omnibus æstuat usq;
Prosna, Calissiacis bene notum flumen in oris
Namq; ibi prædo suas longe magis ~~magis~~ exentiras
non sibi tuta suis habitatur civibus ædes.
Tecta nocent populis, monumentaq; dira ministrant
Interitus vel saxa movet. discriminibus muti
Cum domibus cecidere pari, illic tegmine rapto
Stat nudatus apex, illic concussa fenestra,
Hic clausa patuere fores, hic nescia frangi
Læditur impulsis ædes violentius Euris.
Plura metq; numerare vetat cum turribus urbe
Eversam deflere juvat. docuere procellæ
Quam multum possent in parva strage nocere.
Per quater erectos validis incursibus arcus
Latro quatit ~~quoties~~ toties vacuas spiramine fibras
Inconstante replet, toties quoq; circuit extra,
Atq; resistentes, ex omni parte lacessit
Perditus error trabes. Quare scelerata recusas
Cum domibus vinci totaliter, perterrita voce est
Et sensim fessum cœpit demittere culmen
Non patitur sons latro moras, ruiturasq; pravo
Pegmata lætatus vultu, protrusit et altum
Arripiens utraq; manu fragensq; cacumen
Urget in exitium, et ventis et molle gravatum.
Fit fragor adjectas timor impetit arduq; aulas
Illa ruit, mæstisq; replet vaga compita membris
Dimidium fragmenta forum dispersa pererrant
Densa frequentatas, oneravit Sylva plateas.
Nec locus est ubi callis erat, communibus Horror

Ambulat in vicis. positi nullo ordine trunci
Et nulla cum lege jacent. hac parte verentes
Increpat asser humum, trabibq pars illa revulsis
Pressa dolet, patiens sub pondere terra dehiscit
Nec damnum grave ferre potest, quæ pendula lapsa
Admonuit plebem campana fideliq hora
Aeternum percussa silet. fatoq parentat
Fracta suo, notamq sonat tota urbe ruinas.
Nec ~~mora~~ rota, nec radii, nec malleus integer extat,
Et si qua superest illæsus parte, lutosam
Tundit humum, lapidesq ferox moriendo flagellat
Qui super excelso globus aureus extitit alto
Labitur et casu veterem compensat honores.
Heu dolor elatum nocuit sublimiq esse.
Lamina supremas quæ vestiit ære columnas
Inter vesanos fati volat inscia ventos
Nescit ubi ruitura, tamen ruitura, timetq
Ipsa suum funus simul et casura timetur.
Angelus in summæ qui stabat culmine turris
Et decus et magnæ celeberrimq indiges urbis
Incertum qua sorte cadat, num turre relicta
Consecrata suis repetat virtutibq astra
Hæc ubi vastata misenim peragunt in urbe.
Nemo videt, qui damna fleat, cunctisq orbis
Ingemit, et Lechicæ plorat dispendia sortis
Urbs comptas lacerata comas, jugaq subdita planctu
Increpat et testes clamorum fulminat arces
Insona verecundo qui circum mœnia rivo
alluit affines sinuoso gurgite muros,
mœstus procelloso castigat littora fluctu
Irataq ferox lacrymis, quot flentibq effluit undis.
Et quia ferre nefas tantum non sustinet, undas
Flectere non solito meditatur tramite, montes
Propositis obstant glaciesq moratq euntem.

Porro Calisiacam decrevit Rusticus urbem
Calcatam prius, ire viâ, vicinior hæret.
Quærit in urbe urbem, visamq' videre laborat
Et videt et non noscit adhuc, erravimus inquit
Quo prospero. toties me semita pressa fefellit?
Hic memini sæpe locis [illegible] rediisse.
Hic locus est, urbs sola deest. eadem esse videntur
Templa, domus, ubi Turris? num me somnia ludunt?
Dixit et a nullo tersit sua lumina somno,
Et terso ore nihil videt, ulta perstat et ultra
Audaces format gradus, ubi venit ad undam
Littora cognovit, pontem quoq' novit eundem
Diversum nihil esse videt. stat porta tenere
Prisca suo, veteri circumstant ordine muri
Cognovit populos, populis cognoscitur ipse
Mutati dum fata loci metuentis adinstar.
Inspicit in vasto plebis videt agmine vico
Circumdisjectam per compita volvere sylvam
Ligneaq' appositis inferre penatibq ossa
Vidit et infrendens agrestia pectora pugno
Inclementer ferit, vocemq doloribus addit
O. decus o Chari columen memorabile Regni
Ergo jaces! potuitne tuas angusta ruinas
Urbs capere! quit sperare! jaces quam struxerat ætas
Huic momenta nocent. lachrimis, quæ dicere posset,
Continuat, gemitumq' facit plorando disertum
Tu tamen o. Patriæ splendor, cum desinis esse
Incipies meliore cani per sæcula metro.

Actus octavus.

Figuræ Sententiarum in VERBO

Sive

Exempla ad figuras Sententiarum, de VERBI Incarnati Passione.

1. Interrogatio

Supra illa verba. Quis te percussit?

Non respondebis: pugnis, et voce petenti?
Crimen, et auctorem, cur patiendo taces?
Non ne vides qui sonte ferit tua tempora ligno
Qui tua velavit tempora non ne vides?
Non ne vides? oculis, num sidera pura caretis?
Nonne potestis tam grande, videre nefas?

2 Responsio et Subjectio
In illa verba. Quem quaeritis Jesum Nazarenum
Hic nazarenum quaeris gens perfida florum?
Inter oliveti forte roseta latet.
Perfida quem quaeris? quaeris gens perfida Jesu?
Perfida cur quaeris. Quaeritur ut pereat?

3 Anteoccupatio.
In eadem verba.
Exieras fustesq funesq ferendo manu
Exieras forti tela ferendo manu
Me quaeris nocitura cohors neq fata recuso
Ipse ego supplicii tempora quaero mei.

4ta. Correctio.
In illa verba. Respiciens Petrus flevit.
Ergo cadis nec Petre, petram tibi profuit esse?
Nec tibi terrarum profuit esse caput?
Non cadit, emendat vita meliore ruinam
Et lachrimis mundi se probat esse caput.

5 Aposiopesis
In illa verba. Pertit gladium in vaginam tuam.
O! meriti majora Deus nisi mitior esset
O! meriti poenam, ni tenuisset amor.
Mucronem da Petre suum. Sed ponimus iram
Tu quoq mucronem Petre reconde suum.

6 Comminutio. et Dubitatio

In illa verba. Quid faciam cum Jesu?

Viderat innocuum, (: quis enim putet esse nocentem!)
Morte redempturum, crimina nostra Deum.
Viderat et causam, mortis quia non videt esse
Ad consternatæ murmura plebis ait
Quid faciam? perdamne pium? sine crimine perdam?
Et quod non video, corripiamne scelus?
Vos date consilium, sola hîc non sufficit ira,
Delicti causam, judiciumq[ue] peto
Quid faciam? damnate nefas quod inesse putatis
Si reus est, vestra lege manuq[ue] cadat!

7 Prosopopæia

De corporibus Sanctorum

Vivitis, et sceleri nisi vos superesse putatis
Vix tolerant vestrum corpora functa nefas.
Ecce Sepulchrali Patres de pulvere surgunt
Nec sobolis crimen tam grave ferre queunt.
Ecce cadavereo per publica compita gressu
Ut mœsta sua per prata vagantur ripes.
Mirantur tam grande nefas et tempora damnant
Tempora quæ tanti causa fuere mali,
Quid facitis vestris non æqua parentib[us] ætas!
Politi leges, canaq[ue] jura patrum?

8 Apostrophe.

In illa verba. Cur me cædis!

Sensit, et avertit patientem a judice vultum,
Excussit longus paucula verba dolor.
Cur me cædis (: ait:) cur cædis vera locutum
Surquatis in sontes pollice sonte genas!
Dixit, et antiquo compescuit ora tenore
Nec poterat verbum plus breve posse loqui.

Continuo, quid Christe taces. Quid perdite cædis
Aurea ferrata quid petis ora manu!
Ferreus es totus non tantum parte satelles
Ferreus, et ferro durior ipse tuo.

9. Hipotiposis
In illa verba! Ecce Homo.

Panditur interea scenæ plorantis imago
In vasto Solymæ conspicienda foro.
Nulla cruentatæ stat forma relicta figuræ
Et color est tantum quem cruor ipse facit.
Non aliter Tyrio tinguntur murice lanæ
Non aliter rubeis vinitatat uva genis
Crinis, in humatis spinarum dentibus hæret
Vernantes poterat qui meruisse rosas.
Lumen abest oculis lachrimarum tramite sanguis
Manat, et a rubro fit via rubra mari.
Tempora temporibus non sunt conformia primis
Et species, speciem non habet ipsa suam.
Terga frequentatis miserum lacerata flagellis
Bis ter millenis terga, secta flagris
Quomodo simplicibus sulcat villanus aratris
Deserviturus in sua lucra locos.
Sic ferus æthereum repetito vulnere corpus
Nostra relaturum commoda miles arat.
Dic iterum Pilate nocens dic sæpius inquam
Ecce homo, non possum credere quod sit homo.

10. Ethopœia et Epiphonema
In illa verba. Consilium inierunt Principes et Pharisæi
Murmur erat, tacitis, vocalia funera labris

Px

Consilio culpam gens Pharisaea premit.
Et premit et rapidis admordet dentibus ungues
Tanta insensati poena furoris erat.
Rodit et rodit votum est in sanguine mergi
Et nisi criminibus turpe lavare nefas
Fingit impietas, et habet emendata testes
Conciliat falsis vocibus ira fidem.
Ipsa malos bonitas facit. Et clementia diros
Nec nocet esse reum sed nocet esse pium.

11. Sustentatio.

In illa verba. Iesus autem tacebat
Huc populi, gentesque vagus quos alluit Hermus
Quasve lavant rutili rubra littora rogi
Huc proceres Superi, integer audiat, audiat orbis
Vosque Pharisaei pessima turba senes
Quid loquitur Dominus gentes audite cruentae
Quid loquitur Dominus quaeritis? ecce tacet.

12. Praetermissio. +

In illa verba. ~~Dimitte~~ illis.
Et parcit, parcique rogat delicta latronum
Excusat quamvis vulnera sentit amor.
Sed vos vesanae cur nondum parcitis irae?
Et dolor, et pietas vos minus ista movet?
Non memorem fusi naufragia maesta cruoris
Non memorem fessis vulnera facta flagris.
Non memorem virgas. et quae memoranda fuissent
Nec scissas membro vepre nocente genas
Omnibus est gravior, quia non desistitis ira
Et quem parcentem laedere vultis adhuc

13. Licentia

In illa verba. Nobis non licet interficere

Parcite quod dicam vobis occidere quenquam
Non licet; et mortis cur sicet esse reos.
Parcite vel dicam melius non parcite Turba
Audacem reddit causa secunda metu.
Si scelus est fuso vitam temerare cruore
Non minus est fatum conciliare scelus.

14. Concessio, et Permissio

In illa verba. Tradidit eum voluntati eorum

Quid facis o Praeses nullius criminis reum
Dictum vesano reddis in arma gregi.
Sit scelus et quovis ~~nomine~~ dignum sit nomine crime
Non populi tamen at judicis ense cadat.
Sed quod agis, molire malum, concede furori
Ipse tuo, et plebis dum ratione cares.

15. Parenthesis vel Interclusio

De Nocturno Christi carcere

Nox erat (s.o.! culpa nunquam magis aptior hora)
Nox erat (s.o.! nullo tempore digna quies)
Clauditur in caeco tenebrosi carceris antro,
(s. Turpius agrestes non stabulantur equi
Ipsa quies, (s. quis enim possit dormire molestos
Inter-satores?) absq quiete fuit.

16. Ironia

In illa verba. Illudebant ei

O pietas! o Sancta fides! en poplite flexo
Agnovit spretum credula Turba Deum.

Ecce cruentatam millijno vulnere frontem

Percussaq ornat pulhra corona comas.

Abstulerat vestes littor sed contulit ostrum

Mireq pro salvo murmure, dixit ava

O! pietas, o! rara fides. an mitior esse

Tortor et immanis carnificina potest.

17. Distributio

De veste quam milites inter se partiri voluerunt

Spiritus exierat laceratq membra reliquit.

(: Nec locus in quo nam vivere posset, erat:)

Spiritus exierat petulantum turba latronum

Criminis exultant impietate sui.

Ille ferox cumulat tolerati opprobria fati.

Quamvis non possit prdda nocere nocet.

Ille satur scelerum saltat gaudetq Tyranni

Nomine, nec culpa pœnitet esse reum

Viderat attrita, quatit et qui pectora pugno

Vis quem sævitia pœnituisset erat.

Omnibq in voto est multa ditescere præda.

Ne desint nostris præmia digna suis.

Unica vestis erat (: quid enim plus pauper habebat:)

Unica sed nullam passa poderis acum.

Sed cui dexteritas artis studiosa pepercit

Parcere crudeles non voluere manus.

Partiri furor est. moderata cupido furorem

Maluit intacta ditior esse toga

Sors jacitur, tanta judex est alea causa

Nimirum magna sortis amicus erat.

18. Deprecatio.

In illa verba. Transeat a me Calix iste.

Per te ego perq Tuum genitor cœlestis amorem
Per plenum nostro pectus amore rogo
Transfer ab intacto ferralia pocula gustu
Iam meliore cibo me satiavit amor.
Aut si mortiferum calicem transferre recusas
Hæc quoq pro mundi fata salute bibam

19. Optatio.

In illud. Sitio

Non mihi siccatas urit sitis arida fauces
Sed tormentorum mihi sitis urit. (: ait :)
O! utinam possim (: quamvis tot vulnera passus :)
Vulnera pro populis ulteriora pati
O! utinā tolerare crucem tolerare dolores
O! utinam lacero verbera ferre sinu
O utinam fusces possim sentireq sentes
Aut si quid spinis acrius esse potest.

20. Execratio.

In illa verba. Tolle crucifige.

Dum videt immerito Dominum maduisse cruore
Gens nondum pœnis saucia, tolle vocat.
Et vocat et vicos validis clamoribus implet
Nec contenta semel dicere, tolle vocat
Tolle vocat crucifige vocat gravis impedit ardor
Ne plus quam vellet dicere, sdua vocet

x 164

Fluctuans in Oceano mundi Juventus, jam Divini amoris Favonijs protrusa, jam Syrenum orbis cantu delinita, tandem impellentibus Divinis Athesijs, illecebras mundi ad Saxeas Chti Nati cunas, allidit, et in amore Divino immota hæret. à Suprema Classe in Scenam data Anno Dñi 1715.

Prologus.

Fluctuantem per Oceanum mundi juventutem in Suprema classe tuis sistimus obtutibus. A. S. Cui, jam ad suavissimas Divini amoris Athesias vela faventi, triumphale ocines celeusma: jam doloso Syrenum mundi cantu delinitam, inter Scyllas illecebrarum et charybdes naufragam, et non tam ludentem Oceanum, quam illius Spei illudentem queritaberis, non sine naufragio lacrymarum. Tandem deliciarum procellas felicissime insulidas Betlemitici floris Insulas eluctatam, et tudentis Oceani jocos, tudos ad Saxeas Chti Nati cunas allidentem, non sine tudentis animi tripudio intueberis. Si verò dictio nostra cum fluctuante fluctuabit juventute ob suam levitatem: facilis illam A. S. quod levis sit, benignis feres auribus.

Inductio Ima. Amor Divinus occurrit Juventuti studiorum operam navanti, et docet, sic esse sollicitam in studijs, ut nihil remittat de amore Divino. Hic pars promittunt alacres animos, pars hærent perplexi, an teneræ ætate præditi, primitias vitæ consecrent pietati.

Amor Divinus. Quis vos angor agit? pectq. quæ cura potenti
Dilaniat morsu. quis vestro corde nutritur
Vermis? et effuso corrodit, dente medullas.
Murice non vultus flagrant, velut ante rubebant
Ast pallore genas, mæror superinduit ambas
Non sic sollicitos animos immergite libris
Ut tenera Elysias mens non emergat in auras
Libera sit mens ad libros non vincula mundi
Illaqueent animos. In primo margine libri
Non ventis jactetq. et undis, naufraga classis
Flamine tranquillo, sancti trudatur amoris
Prolmia disti buit Mentis sancitæ sint in docta semen arena
Premia succrescat Divino messis amori
Stud 1. — Non nisi nostra calet mens Relligione beata
A teneris, pedibus succumbunt præmia terræ
Cuius Relligione nihil comprendit amicum
Est primum studium cælorum discere Numen.
2dg. Non sic astra calet flammantibq. ignibus; atq.
Incaluere tumentes venæ, cordis ab æstu,
Quo tenor in superos quo candens pectus anhelat.
Effugit et citiq de docto culmine Pallas
Quam superum pennatus amor sine corde volabit.

Stud 3. Sic invictus amor cœli, mea pectora torret
Ut nequeat Martis superari vindice ferro
Et licet extinctus vitâ sim at pectus amorem
Nutriet & subjecto sanguine bulliet æstus
Stud 4. Non me mille artes cogent non funera mille
Ingeniosus amor plus didicit artis acutæ
Non mortes ~~metuit~~ animus metuit non vincula mille
Est amor ut fatum fortis, qui vincula spernat
Membra licet, non verus amor compage ligans.
Amor Div: Numina quam vestro plaudunt molimine læta
Litera describet solertis Palladis ampla
Largior, auratus fundetur mentibus imber
Palladis, et sapient juvenes virtute decori.

Ind: 2da in amore + Consurgunt aliquot studiosi de vita ad exordia literarum
Divino inchoanda perplexi: reliquis amore Divino
citra omne dubiu comitantibus.

Stud 1. Nescio quis præter solitum mea viscera torquet
Angor, et ambiguo permeat ille fibras
Morsu, clara dies, nec nox dedit atra quietem
Terminus est nullus quo moderetur acor
Volvor et involvor stygio miserabilis axe.
Dum fluit, ac refluit corde rotante dolor.
Haereo perplexus totus vix arbiter auræ
Vitalis: toties suscitat ira focos.
Quo placidum tu flamen, Divini Numinis, alnum
Flectis, et impulsam fluctibus esse ratem
Non sinis. Exagitatur ab omni parte carina
Pars requiem blandam non vehit ulla mihi
Attrahit aurato cor blandum fune, dolosus
Orbis, sed retrahit pulcher amore Deus.
Persuadet pietas Numen, dissuadet acerbus
Horror, et intentat mille pericla mihi
At dulcedo trahit. Mundum dimittere, magnum,
Et superis castum reddere pectus, atrox.
Quid titubas animus, cœlum, vel suscipe terram,
Aut mundo, aut soli, pectora danda Deo.
Fluctibus in dubijs me cur Palinure relinquis.
Sanctior, ut dubium cymba recidat iter.
Stud 2dus. Post Phaëtonteas non de perplexa ruinas
Stat Clymene veluti, mens mea, mæsta riget
In stygio versor juvenis miser Ixion axe
Angor si cessat, qui fuit, ante, redit
Sunt vegetæ vires quæ mi non Numina suadent
Est cœlum, quod me, subtrahit illecebris

Stud 3. Et sine lege mihi laxavit mæror habenas
Ut restent nulli fræna regenda modo
Consilium prudens cohibet, nec Suada procellas
Non generosus, iter, Sanguis avire Dei
Imperat, ~~affectus~~ illecebris assvetus, non aula Potentû
Me tamen impellit, currere Numen iter.
Quo me fata trahunt juvenem? quo cura propellit
Ignoro, mundum linquere, grande nefas
Atq. Plures, nos socios perplexo junge dolori
Queis mundum socios spernere, non ne grave.
Sequentes religiûs amore Divino / Fluctuat æquoreis non nostrum pectq in undis
Quo Divinus amor flamine pellit, eunt
Naves, nec dubijs tenduntur carbasa ventis
Felicem tanget nostra carina Scopum
Talibus à socijs classem remeare juvabit
Nostram, ne vestros incidat in Scopulos.

Ind 3tiâ. Supervenit Amor mundi, et juventutem mærore vexatam
Eodē attrahit varias ei in umbris proponendo illecebras.

Amor mundi. Quid mæroris atros fontes obduxit amænas
Nubes, præclaro quæ micuere polo
Quid vos cura nutrit, mæror quis pungit acuto
Vulnere? quæ exanimes sternere tela queunt
Floride non melius juvenis vernabit odora
Ætas quam Hybleis assvetur agris
Mille mihi famulantur risus, gaudia mille
Si nosses, animum, non retineret amor.
Lacryma, Sollicitus mæror, dolor exul ab oris
Orbis, nulla genas, perluit, hora fugat
Quid furit immites mens, qualis vita trahenda!
Quid micat in juvenum pectore flamma pia
Fingitis irrequieti! dira pericula mundi
Pingit et insanum, non bene sanus amor
Vulnera sat timidæ menti, tremor incutit altus
Quæ blandus nunquam contulit orbis amor
Ergo juventa leves florem excutiæ timores
Me sit cura sequi, prævius ibit amor
Pandere mærenti cæli spectacula præstat
1. In umbris repræsentatq genq lætitiæ, mensæ, convivæ aleæ.
Bacchus pocula.

Cantus

Adest afflictis
Mærore victis
Genius lætus
Ut pellat fletus

Bacchus amorem
Fundat, mærorem
Immergat mero
Cordi sincero

Amor Mundi

1 M. I.

Advocat afflictos lætitiæ genius
Exultat lætus choreas diducit in horas
Et tu dux hilares pulchra juventa dies
Dum pulsat cytharam, sati præludit amæne.
Alea vos Bacchus, dulcia vina vocant
Nectareo cum vino instillet Bachus amorem
Mundi, quem dulcem pectore conde tuo.

2 Horti representanh varijs flagrantes floribus

Vernat formosus
Hortus jocosus
Sint belli flores
Grati odores.

Jam prope Pestanis floret formosior agris
Hortus et ingenuos, uva capit Hybla botros
Hincque verecundo depingit roscida fuco
Labra rosa, et rubeus se inficit arte pudor
Lilia si tanges propiore coactus odore
Ibis, quo mentem, lumina ducet amor
Carpe manus flores vernantia carpe roseta
Hac recreet mentes, floreat ore decor.

3. Sylvæ canes venatici, ursi lepores, venationes

Diana canes
Ursi immanes
Invitant mentes
Tandem dolentes

Curas fugate
Cor recreate
Sylvis profundis
Feris jucundis.

Gramen et impexis vos florida frondibus arbor
Invitat, vulpes, compta Diana canes
Alliciunt animos, tandem custode repulso
Gestit equis canibus bella juventa feris
Prodromus impletos curru, venator in amplas
Impulit sylvas, campus amænus adest.

4. Urbes Palatia Regna

Mundus favebit
Vestris parebit
Sceptris, si mentes
Cœlum spernentes

Sub jura mundi
Cadent jucundi
Addictis toti
Mundo devoti

Imperijs urbes, totus famulabitur orbis
Vestris, si mentes sub mea jura cadent.

5. Proponuntur Seniculi qui in castris orbis læti senuere

Cunctis læti
Honore freti
Fluet ad fata
Vita beata.

Hos juvenes amor illustri annumeraverat aulæ
In castris juvenes hi, senuere meis
Ad senium læti vitam vivetis ahenam
Lumina, nec gemitus nec dolor ora premet.

6. Insignia Honorum: Reges Duces Principesque

Ad sceptra Nati
Estis vocati
Vittas regales
Clavas Ducales

Honor plarabit
Vobis donabit
Orbis corona
Se sternet prona

Aurea vos poscunt diademata Sceptraque Regum

7. Duces Exercituum et exercitus ipsi

Vult Bellona suis annumerare Dijs.
Praeduce me, totum ferro superabitis orbem
Convenit vobis, nomen habere Ducum
Exercitus novus ad unicum pulsum plantæ suscitatus
Jam Bellona meis plantis, pareque Gradivus
Ad pulsum plantæ surget et ampla phalanx.

Cantus
Vocat Bellona
Ad nutus prona
Vestros, et arma
Donat cum parma
Ferro vinctis
orbem, feretis
Palmas, florentes
Famâ vigentes.

Mars. Ad chalybem juvenes genuit Lucina beatas
Non ut percipiat compta juventa preces
Longævis atavis pietas tradenda decora
Vos Mars invitat, bellica signa vocant
Palladis in laribus gladios tractare sciatis
Non globulos sanctos dextera vestra rotet
Rara viris virtus, quos bellica castra retardant
Cor studio Martis non pietate flagret
Hastatorum equitum nomen præfertis in orbe
Vos sperat murus, cassis et arma vocant
Regis hic ille Ducis nomen retinebit ad arma
Martis, vos reliquos, nomina summa manent
Cornipedes fortes alacri conscendite passu
Et fugiat citius pectora flamma pia

Juvenes Sollicito tristes nos anxia cura dolore
Intus agit prohibet lumina mæsta sopor
Blanditur licet alta quies, licet ipse coactis
Conduco celeres, luminibus tenebras
Me tamen obliquum fugientia somnia pennis
Prætereunt, animo stat dolor, altus amor.

Amor mundi. Quid cor mutat adhuc vestrum pietate remota
Me Duce vernantes induet Hybla genas

Ind 4tâ. Juvenes illecebris mundi illaqueati, nec brevitate vitæ proposita possunt ad meliorem revocari frugem.

Stud: 1. Pectore de juvenum perplexo munde triumphas
Cor, retibus blandis illaqueavit amor
Segnes rumpe moras, mens, orbis flamine prompto
Ocyus insistas passibus urget amor
Si saxeum pectus fieret, mortalis libido
Orbis mollire[t], deliciæq poli
Sum tuus orbis amor, totq meq esq vicissim
Delicijs foveas, illecebrisq fave

Stud 2. Imbibat intensum candens pupilla soporem
Quid insomnis longo mæsta dolore fuit
Post liceat Mensis Baccho, indulgere Voluptæ
Et quas delicias porriget orbis amor

Intermedium.

Mensa instruitur, ad quam indulgent Juvenes Baccho.

Stud 1. Pocula prima propino tibi pulchro orbis amori
Deliciæ vivant Stud 2: Vivat et orbis amor

Stud 3 Vivat amor mundi 4tq. Vivat, 5tq vivamq in illo
At pietas pereat qua caruisse juvat

Stud 6tq Orbis amor vivat 7mq Vivat. 8vq vivantq sodales
Dulces, quos blandiq colligit orbis amor

9nq. Pocula quot numerant guttas tot sæcula vivat
Orbis amor, tot nos, tu quoq vive comes

10mq. Vive dies lætos recreentur corda sereno
Cantu, delicijs substituisse placet
Delicias ut mensis læta, nulla diei
Hora quiescat qua, non geminet amor

AMD.

Cantus.

Plaudamus laeti
Fortunae freti
Sonate chori
Nullae moerori
Sacretur horae
Cor sine mora
Detur amori
Orbis decori
Vivamus mundo
Nobis jucundo
Voluptas favet
Non pectus pavet
Coeli furores
Nonq rigores
Dum ardet aetas
Cantate laetas
Cordi camenas
Mundo serenas
Pulsate lyras
Monstrate miras
Artes in jocis
Dum flagrat focis
Pectus amoris
Cessent doloris
Maesta momenta
Mandat juventa
Nostris diebus
Laetemur rebus.

Tempus. Sicine saecula quotannis laeta putatis adesse?
Aeternum mundo, sicine tempus erit?
Ultima restat adhuc plaudentibus hora diei
Post quam infelix, vel, vita beata manet.
Et licet innumeros vestrum cor, viveret annos
Ut nisi momentum, saecula mille forent
Incutient trepidantia vobis tempora soles
Aeternos, tamen, hos, exuit, aura levis
Urat amor mundi, comburat viscera vestra,
Quod pro momento flamma perennis alet.

Juvenes. In nostros usus totum expendamus amorem
Non aetas prohibet non sexus atq decor
Quod narrantur acuta tremunt figmenta dolores
Non cruciant, hanc rem, non ne cachinnus habet
Sit pietas divi aeterni mentita dolose
Aerumnas, vivat, floreat orbis amor

Ind 5tá. Supervenit Divinus amor, et inconsultam Juventutem cælo restituit propositis Suis iconibus per umbras.

Amor Divinus

Non sic in vastum lapis irruit, actus hiatum
Ut juvenes annis in nocitura ruunt
Heu! quâ cæcq amor cæcos deduxit in antra!
Detinet et longus lumina fessa sopor
Inconsulta juventus non sic crede colori
Grato, blanditur sæpe colore dolus
Non sic est perfectus in altas Dædalus arte
Insidias quales, percipit orbis amor
Insidias blandas juvenes advertite mundi
Et sanctis monitis præcaveatis amor
Effigies Divinus amor, quas porrigit acta
In baratrum menti, palpebra, corq sciat.

1. Repræsentatio maris procellæ, naufragia, cadavera &c. Syrenes.

Cantus.

Non tot guttas mare fundis
Quot procellis pectus tundis
Quos mersisti
Elusisti
Ludendo
Mulcendo
Blanditiis.

Orbis quam tumidis agitatur fluctibus æquor
Horreret pectus cum furit ira freti
Exiguas non tot guttas, quot computat illud
Mortes ac scyllas, mille pericla rati
Quis numeret naufragia, tristes, quisq charybdes!
Quæ tibi nauclero præparat orbis amor.

2. Bajaretes Rex in Cavea, denotans Fortunæ incons.

Cantus.

Quam sit constans sors spectate
Tantum constat levitate
In cavea
Risus rea
Cantavit
Monstravit
Bajaretes.

Quam micat inconstans orbis fortuna diebus
Et tantum constans in levitate sua

Edoceat Bajazetes Rex Turcicus, olim
Victor terrarum, sed modo ludibrium.
Rara avis in cavea Rex, post palatia mundi
Quæ maneat te sors, hæc tibi cantat avis

3. Damocles cui conviventi impendet ensis

Cantus.

Damocli impendet ensis
Dum immergit pectus mensis
Dapes tales
Sunt fatales
Hæc libat
His cibat
Orbis amor.

Impendet gladius Damocli inter vina sopore
Oppresso, mœrens, heu! manet esca Ducem.
Talibus assuevit dapibus tractare juventam
Orbis amor, tales, sumite, vosque dapes.

4. Tantalus sitiens in medijs undis, et ad poma esuriens

Cantus

Major sitis fit in undis
Orbe, pomis et jucundis
Cruciatur
Cor necatur
Sapore
Dolore
Suavissimo

Stat licet in medijs sitibundus Tantalus undis
Extensam vitant seque poma manum
Ergo quid et juvenum picto mens gaudet amore
Qui cor non satiat, non satiante Deo.

5. Reges Duces qui spretis Regnis in Eremum fugerunt.

Cantus.

Sol ludos fesse dierum
Reges vidit, pompas rerum
Conculcarunt
Et damnarunt
Honores
Decores
Voluptatis

Non puduit coluisse Duces deserta pilosa
Et vita comites apocrasse feras
Delicias Reges Phœbus deflesse dierum
At lacrymis vidit, luna rigasse genas
Dulcis erant panis gemitus, convivia, mensa.
Nectareus cyathus, lacryma mesta fuit

6. Alexius contemptor orbis ad limen jacens Par[is]

Cantus

Alexi pluris egenam
Vitam duxit quam serenam
Blandimenta
Et pigmenta
Dolosa
Iocosa
Superavit

Divitias, famam, mundum contempsit Alexi
Plus placuere Patris limina, quam solia
Oscula non Patris non blandimenta dolosa
At colaphos placuit sustinuisse genis

7. Iuvenes Eremi cultores

Cantus

Pot juvenes contempsere
Terram, quibus ~~[illegible]~~ effluxere
Blanda mundi
Iactabundi
Momenta
Tormenta Vel maxima.

Vasta juventa non domus, arridebat eremus
Casto Ioanni non placuere lares
A teneris calcarunt blandimenta Parentum
Plures, et placuit corde tulisse Deum
Vobis primitias vitæ non orbis amori
Quare erit ast nitido non ne litare polo

8. Animæ Damnatorum Infernus.

Cantus.

Audi quid dicent damnati
Qui favebant voluptati
Damnatorum
Amicorum
Qui vultum
Singultum
Explicabit.

Æternum tempus juvenes expectat adesse
Infelix vel vos aura beata peti
Hinc Divinus amor cingit diademate Sanctos
Igne suos comites, præmiat orbis amor.

9. Ostenduntur varij status hominum, morti obnoxij.

Cantus.

Blandus orbis pictis genis
Ad quem volat mens effrenis
Fingit vultus
Et singultus
Abscondit
Et tondit
Præcordia

Blandus amor vultu, sed quo non fœdior ullus
Interius, fucat blanda colore suo
Ad speciem ut pueris florentia poma reponit
Quæ vix sciduntur vermibus aucta scatent.
Attrahit ad guttam mellis vos blanda voluptas
Tenditis, et stultas enecat esca feras
Pergitis ad flammas lucentes orbis honori
Ut musca caditis, papilioq; volans

Tandem 10. Ad ostensum ab amore Divino Christum Natum Juvenes illecebris orbis obdurati emolliunt, et immoti hærent in amore Divino ad sacras Chti Nati cunas.

Amor Divinus.

Si cor friget adhuc, sancto nec flagrat amore
Pectore si gelido sæva fovet hyems
Si teneri retrahunt anni vos, Numine pulso
Et sanguis prohibet, tam pia castra sequi
Betlemicus Phœbus frigentia corda perurat
Accendant artus pectora vestra Dei
Frigentis, teneros annos qui impendit amori
Vestro, queis pubes, non nisi nata riget

Palladiæ mentem fas est immutare juventæ
Virtutem studiis asociare juvet
Numinis ad Sexum tuos allidite cunæ
Saxea sint, mandat pectora, natus amor
Vincat amore puer natus præcordia dura
Exiguum forti corpq amore micat.

Juvenes. Heu nos, terra tenet, cœno infundamur inani
Non sic rete feras, attrahit arte sua
Non capit inspersus volucrē si viscus alacrem
Ut juvenum mentes illaqueare solet
Orbis. Jam cœlum jam Numina Nota favete
De nostro mundi, pellite corde technas
Immutor totus 2dg. Nos immutamur et omnes
Cor volat in cœlum desipit orbis amor
Serig agnosco [illegible]undum dulce esse venenum
Divitiæ, Numen, terra beata mihi.

Cantus.

Infans blande et jucunde
Delicate rubicunde
In cujus venusto ore
Nostræ viæ sunt auroræ
Te stella duce tranabunt
Et procellas superabunt
Mundi maris nostræ naves
Contemnentq Scyllas graves
Qui tenellam impendisti
Ætatem orbi, sprevisti
Pompam. Ego jam honores
Sperno terræ, et favores
Vexet frigus artus meos
Infernalis ignis reos
Dum te cerno pubem natam
Acerba bruma velatam
Aulam et decores sperno
Dum præsepi natum cerno
Mundi amores valete
Cœli splendores salvete
Non est verus amor mundi
Umbræ splendores profundi
Solq Deq amor verus
Cordi meo est sincerus.

170

L. M. J.

Elegia 1ma.

Hinc amor inde dolor nullis frenatur habenis
In natum quoties lumina figo Deum
Inde dolor mæstas nutrit sub pectore flammas
Me Deus à teneris cœpit amare suis
Hinc amor indomitam venam rescindere paret
Numinis in illa ni foveat amor
Inde dolor gemmis lacrymis laxatus abundat
In quoties inopem lumina figo Deum
Hinc amor ablegat splendentes orbis honores
Et miseram vitam ducere cogit amor
Inde dolor vestita dolet tua membra saburris
Hinc amor aspectu diligit orbe Deum
Ergo munde vale, nostri valeantque sodales
Deliciæ valeant, pergat et orbis amor
Jam melius juvenes edocti ad Palladis oras
Jam cœlo mentes sociare placet.

Elegia 2da.

Non amat altus amor, mæstus dolor haudque dolebit
Officijs hærent, orbus uterque suis
Non doleo toties pulchri palatia mundi
Præsepi quoties nasceris alme puer
Non amo delicias terræ, cor comprimit æstus
Heu! quoties nivibus blandulus alget amor
Nec doleo blandi sublimes orbis honores
Dum tegeris minimo corpore summe gigas
Nec chlamydes amo, nec diademata, nonque curules
In stabulo nudus, dum riget almus amor
Non doleo mundi Zephyros, florumque roseta
Dum pingit puerum, frigidas bruma rosis
Non amo spumantes cyathos, non pocula, mensas
Dum meus in cunis lacte cibat amor
Ah doleo quoties non cœlum pectus amavit
Hinc te amo corde tuo, blandule crede puer.

Epilogus.

Dulci Syrenum mundi Lcane juventutis classis in Oceano orbis capta, triumphalem tandem cecinit victoriam, inter tot illecebrarum fluctuans procellas, in amore Divino immota, et praedaxea ad rupem Bethlemiticam perseverat etc. Felix victoria alea juventuti classi in tuente mundi Oceano cecidit, dum illis elusit spem, et molimina. Nunquam magis suis fuoenti illecebris orbi illudere poterat, quam illas ad Christi nati rupem alludendo. Ne vero et nostra supernatet dictio, in illi aestimatissime carenti pondere gravitatis pie addo pondus et aestimationem:

Ad M. D. G. V. I. C. H. S. Aloysii etc. Ven:

Em:I

INVICTA SOCIETAS.

Palladis cum Pietate in scenam Data

Argumentum. a Schola S. Casimiri A. D. 1715. Die 24 Janu:

Sancto Edmundo libros in Scholis evolventi ante imaginem V. B. assedit Puer JESUS et solis divina meditanti, dum alii luderent, apparuit, cælesti specie pulcherimus JESU nomine insignitus docuitq ut cubitu ituro hæc dicendo crucem imprimeret JESUS NAZARENUS Rex JUDÆORUM.

Anti Prologus.

Pallas cū pietate mundum suis liganti insignibq choro canente.

Piesni nalezące do Antÿ Prologu.

Młodości Swiat nowÿ Danÿ iest w okowÿ
lecz go to nieboli Ze wneÿ iest niewoli
Złote to lancuchÿ Przez ktore rosruchÿ
Młodÿch niepokoie Ustoią oboie
Tu młodości twoia Przÿ tÿm zwiąsku zbroia.
Tu twoia obrona Z łańcuchow złożona
Przÿ tÿch księgach twoie Młodości pokoie
W koronkach koronÿ Trzÿma Bog zmęczonÿ
Przÿ tÿm ze się swiecie Wiąz Młodości swiecie
Tuci meÿsce wieczne Zapisż bo bezpieczne

Prologus

Adolescentem ortu et genere clarum, ingenii dotibus clariorem Virtutibus. clarissimum in scenam dabimus. A. S. Edmūdum scilicet, qui Palladem acmicā fore pietati, Primū Sapientiæ alphabethum illi, qui est Alpha et Omega. Literas Trabalibus innuce Sociandas literis, vitâ Suâ edocuit. Cujus ñ alio occupatio fuit quàm nosse Jesum non aliud Studium quàm nosse librum Jesu [illegible] favebis et S. et Si quid incultum ac rude fuerit. prima id, dices esse rudimenta.

Inductio 1ma

Parens Edmundi deliberans de aligendo Fillij Statuat Summæ pars magna infelicitatis est! in utramq ani mo pendere partem. Sum̄a miseria! spem inter, et metum fluctuantis pati, naufragia vitæ. Habent suum alias, Solatium paterna filiis pectora,. Habent inquo-

rum

rum pectoribus seniô decrepita, tutè quiescant capita,
Insoilo n° nisi genere deliberativo viperinam eperiunt
prolem, ubi tot curæ, tot anxietates paterna corrodunt
pectora, et vix non ad insaniam erosô an potius era=
so capite, pertrahunt. Tormenti genus est pressura
parem tum libertatis Deliberatio de eligendo filioru
statu. Hæc et meam, cura exagitat mentem, hæc
sollicitudo. Iam tibi filii mi tempora primæ effluxere
Infantiæ iam Adolescentiæ instant tempora, et nõ dum
quo te vertam, statutum habeo. Aje filii mi. Palladis
ne anetulæ martisq bellaria placent. Dii boni Fluctu
anti opem ferte animo! vos vela dirigite, vos de me meoq
hoc filio disponito
Deliberantem Somnus occupat in quo varias hominu
ad aulas degentium videt casus.

1ma

O iakes dworska niesczesliwa młodzi
Zewsząt zawodzi przeście cie Swiatowe
Gdiesz ci być sczeście moze poufate
Gdy Sym Kupido tępi wtwbie strzałe
Komu powierzać serce twoie sczerze
Mozesc gdy sama miłość nie przymierze

2da

Komu dwor teras być może bezpieczny
Od sidet smierci iezli obosieczny
Jey miecz tam sięga gdzie sie zasielamy
I stoły trunkiem drogim zastawiamy
O ziemskich potraw bankiety niestrawne
Nie cukrem, smierci. lecz iadem zaprawne

3tia

Tengonionego wposrod krotofili
Zsmiercią zaczyna ach iak mu slad myli
Brzydleie straszydło bo zawiodszy kolem
Zdrayczyna konczy taniec ziemnym dołem
Ach kedysz srogi smierci nieznaydemy
Jezli ią wsamych weselach widzemy
Tych lezącego przywalita gmachu
Ruina ci dla smierci strachu
Sami na ostre zelaza sie wdziali
W smierc idąc kiedy przednią uciekali

Eundem mox Pallas excitat et ait. Quis sopor mentem opprimit? quae Somnolentia te vix semivivere et vitam in somno morti Simillimam deducere coegit.?

Pater Turba me Solititudinum et anxietatum, de eligendo filii mei statu in tantas praecipitem dedit aerumnas, morti me proximum mortisq imagini Similem fecit.

Pallas Ergo jam desine vanis animum torquere curis desine Paternum everbare pectus.

Pater In quem Ergo tantas deponendum curas, Cui filium meum, mihi amantissimum comittam hucusq dubius haereo. Tibi ne Palladi? an Aulae? Martisq? tradendus.

Pallas filium tuum in meum comitte, ac depone Somnum Ego tui, Martisq vices geram.

Pater Tu autem Filii mi quid ad haec? quo te tua trahit voluptas.

Filius Quo me jusseris, ibo libens paternam Sequor voluntatem. Et Palladem sequi placet modo Tu, Pater mi non recuses.

Pallas. Quid Ergo ultra dubius haeres? Jam tandem tarda ad effectum deduc molimina. pusillus animus est, quem mera a proposito deterrent dubia.

Pater Jam ergo Filium ad tuas trado manus quem post tuis requiram e manibus Tu autem Filii mi ita Palladi obsequere ut obsequia deo debita, non omittas, Ita in scholis studeas ut et Dei addiscas reverentiam Timorem Dei Fugam peccati, mortalis praecipue tibi Summopere comendo memoria non ita scholasticis exercebis occupationibus ut Dei, tibi praesentis, obliviscaris cura ut sis cum Hieronymo non tantum Ciceronianus, sed etiam bonus imo optimus christianus. Quod vero ad Paternam attinet providentiam, non omittam, modo tu nunc tibi comissa non omittas. Plura non loquor quam haec tria vive Deo Parentibusq fidelis

Filius Itaq vale, Pater mi amantissime benedictione tua incaepto exposco labori.

Pater Deus te Filii mi benedicat vade ad Domum Patris tui obliviscere.

Pallas. ad ducendo Edmundum in domum Sapientiae ait

Haec est Domus in qua tibi studendum vivendumq est. Insolentiam negligentiam ab hac exulare Domo certo scias. Domus non est pueribus consecrata jocis non futilibus chartarum alearumq lusibus dedicata, sed Domus est Sapientiae Vide lege et dices a Sapientia exaedificatam esse. hic morari residere non te pigeat. Laboris tui scholastici brevi plures habebis socios. Nunc hospitem in Domo Sapientiae age. Insignia

Domus iusta mox intima Sapientiæ lustratur penetralia
Pallas plures adducit discipulos et ait. ad Edmund.
Hi Sunt vitæ socii Sapientiæ cultores. In literario Stadio
et studio certatores cum illis vive et decerta.
Post mutuam consalutationem Edmundus ait.
Salvete Dilectissimi mi Condiscipuli Salve nata ad Co
ronas laurusq triumphales capita Vobiscum vitam
deducere elegi Dirigite, docete, Informate.
Socius. 1 Do rix et magistra nostra Pallas erit.
Filius Ergo tuis parere volumq votis, o Deo Sapientiæ.
Palli Bene est instruá dirigam docebo vos videritis ut pareatis
Socii omnes Parebimus
Pali Ergo iam parate animū, acuite ingeniū, aures date
totisq viribus ad studia incumbite, Ego quæ cujusq genio
inservient, Subministrabo. Libros emanuelis Alvari the
cas, atramentaria habetis in parato. scribite legite æmu
lemini charismata meliora. Futuro brevi in arena litera
ria certamini adero. Hic certant. Bellas dulor ret
Solvit casus pro melius dicentibus concludit.
Pietas se Sociá in Regendo Edmundo offert Palladi aitq. So
ciam et magistram horum discipulorum Deus qui totus
oculus est. cunctis ab alto prospiciens. tibi me transmittit
ac offert. Ego laborem et curam meam libens offero. Operē
omnem dabo in cœpto labori. Tu vero omnem impendes
operam ne ut ab œtulis ita et á scholis exulet pietas Sēper
tibi, amica Palladi.
Pallas Grata animo adjutricem suscipio manū vosomi
hi consacrata pignora vincas dates manus, animos pi
etati. Socii omnes 1 Damus, tradimus tibi animum
pietati verò animas gubernandas.
Pietas. Bene est ergo jam libros scholasticos piis associ
ate libellis thecas Sanctorum imaginibq laurq et coronas tri
umphales coronis Rosariisq. Ego Singula providebo.
Hic distribuit Pietatis ait. Ergo jam nil vobis deest quod
ad obeunda Pietatis Subservi at munia, itaq n aliter legite
scribite ac studite. quam Simul Palladi atq pietati ut vel sic
in cibus pietatem palladi Sociá et amicam esse ostendatis
ac demonstratis. nunc jam quæ dicte Sunt vobis incumbite.
Socii cū edmundo consulunt Palladine potius an pietati vacāde
Filius. Agite nunc Sodales fidiq achates Palladine an pietati
vocandū? utraq allicit, utraq placet. Pietas res divina est San
ctorū portio cœlestis deniq et infernis beatitudo. Pallas et

hūc

hac Parens est universi. Magistra Regum cultrix Deorū Sumorumq cera proles Deorum quā Sequi placet quā imitari concludite consulite o Socii.

Socius 1 mihi primū propietate votum danaum videt. quod ut pote Spiritualis primū apud omnes locū tenere debet. prima interris spiritualiū Magiestas

Socius.2. mihi econtra Pallas pietati prǣferenda videt. Sapientissime hoc in genere, consulamq caput, Salamonem. Et videbimq qd Pietati Palladem Sanctitati Sapientiā prǣlegerit

Socius.3. Pietas Magistra est petitioris in homine partis, quia animǣ. Itaq Pocioritas illi tribuenda.

Socius 4 Ego verō palladem ante ponedā pietati queo. cui primū etiā apud Ethnicos, juveniles immolabut genii.

Socius 5 Ethnicū est et obcǣcatorū infide idololatrarum, qd inquis. nobis ut pote christianis, christiana juventutis placere debet educatio; idest: pietas.

Socius 6. Desine letā in Sua adolensceciā juventutē tristibq et melancholicis immiscere meditationibq. Senibq hac et Sylvestria inter nemora degentibq relinquenda Eremicolis nobis recreationibq permista. Palladis placent Bellaria

Socius. 7 Quin imo nullibi major cordis leticia quā inforibq pietatis. pietas juvenilibq maxime arridet geniis. Pietati juvenilia erigunt altaria. anpcti... Letticiǣ puerilis ara. Erga pietatem Seper leti exambiat studiosi

Socius: 8. Piā reflexio est Sed nō ad votū ñ ad mentē nobis tale consiliū ineundū, tale quǣrendū, quo Pallas cū Pietate Pietatas stat cū Pallade.

Socius 9 non bene conveniunt, nec in una Sede morant Pallas Pietasq frustra igit Pallas Pietati Pietas Palladi Sociāda

Socius 10 Imo nil meliq convenientibq nihil quām ut Pallas Pietati conjuncta. nos regat instructue quarum una efficit ut hic interris altera ut ǣternum simus Sapientes. itaq alterautra tenenda alterutra adamanda.

Socius 11 Placet et mihi consilium. Pietas omino cū Pallade Pallas cū Pietate colenda perquas et Sancti philosophant et philosopi Sanctificantur.

Socius 12 Eadem est mihi mens eadē et ratio ergo et eadem. Tam pro Pallade quām pro pietate conclusio.

Filius Bona erant vestra o socii pro Pallade consilia meliora pro pietate optima pro utraq ergo qd optimū factu nobis visū faciamus est. Studeamus et Studia nostra Pietati conjungamus. ergo primus ut ad Scholas ita ut ad libros ta Palladis quām pietatis accurro.

Hic Student tu Palladi tu Pietati Pallas cū Pietate venit
Pallas ait Quousq tandem fessa tot horarū labori bȝ fatigabilis
capita! Quousq ithiantes Thesauris Sapientiæ enervabitis oc=
ulos! Quiescite desinite cessate recreate oculos nubibusq ob
fuscatū serenate animū date capū relaxationi et quā quis
in arte pelleat demonstrate adferte cito pilas poma aliaq ludi
literarii instrumenta. Hic distribuit et ait Nunc iam super=
est ut nostros vestrosq recreetis animos. Hic varii lusus
Ludentibus aliis ad meditantem divina occurrit Edmundū.
Socius 1 et ait. Tu autem Edmunde cur scholasticos
recusas hisq? quis mentem exagitat dolor quæ tristicia.
Filius Non dolor non tristicia meā possedere mentē recre
atio relaxatio deliciæ meæ est cū Iesu meo etiā medi=
tationes habent suā in piis colloquiis relaxationē Vos
vestris Ego meis instabo deliciis Ludite. mihi lusus est ora
re ac meditari hic orat aliicuo lusus continuant. Oranti
Edmundo Iesus apparet et ait. Placet mihi tua o Edmunde
relaxatio Cœlū recreasti totū meq tuā de cœlis provocasti
Societatem nunc vere deliciæ meæ sunt esse cū et recreari
cū filiis hominū. Hic Edmundus ait Tecū Iesu mi amā
tissime recreator! Egone cœlestes etiā in terris experiar
delicias. Iesus Ita est o Edmunde! etiā in terris cœlestes
deliba ambrosias, his ne etiā noctu cureas itaq cubitū
memento ut crucē Sanctā fronti tuæ imprimēdo. letum
ac triūphalem omnibus occinas titulū. Iesus Nazarenus
Rex Iudeorum. Sic age Sic facito Sic recreare semper cœ
lestes experieris favores. Hic agit Edmundus vero nō
capiens se p leticia cordis agit Eheu! quæ tanta dignā
tiopoli? tanta ne in me miserū deorū cura. tantaq ne me
ditationis fructus.! tanta ne vis orationis ut etiā ipsū
aurabat de cœlis Deum.! O vere cœlestes deliciæ divinū
epulū Deorū recreatio! meditationis hora.! O hora fe
lici similis æternitati cœlestibus plena ambrosiis.

Dicite nunc Socii Tritonia Palladis hasta,
Quid placeat quanto posset honore coli
Si genus inqueritis Supremo gaudet in astris
Splendor Olympiacæ gentis et omē decus.

Est Superû Soboles divû de stirpe propago
Progenies cœli: digna tonante Domus.
Si Matrem tante Sobolis, vultisq parentem
Nosse, pater Deus et Jupiter astra regens.
Verbo, cuncta loquar: Pallas est Sermo Deorum.
Clemens est alta sanguine nata Dee.

2

Nexa Giganteo Superent diademata passu.
Regalis quorum corda venatur honor.
Ebria promissis Sectentur vota coloni
Queis vendit tritum clava ducalis iter.
Palladiq. quot quot popularas dant honores
Semper abhinc doctæ praemia frontis erunt.

3.

Distinctis quamvis doctorû Scripta notentur.
Libris, inq suis Sint bene secta caput.
Semper in his princeps Sumû Sapientia tractat.
Estq caput primum cuncta Secunda tenens.

4

Libret Neptunus jactatas equore toto
Gemmas poma ferens aurea jactet opus.
Augeat et Jason pretioso vellere pondus
Quo plus sit gravius ponderé pondus opu.
Cunctis sola prestat preponderat omnia Pallas.
Pregravat et Superat cuncta valore suo.

5.

Saltem principiis tandem ja credite nostris.
Nunc omega probû dicit et Alpha probum
Principiû qd Sit Sapientia comprobat una
Litera qd finis nota Secunda probat.

6.

Cedite pactoli nymphæ Gangete fluentes
Cedite jam gemmæ Succina mersa vadis
Princeps est omnes Pallas pretiosa per oras
Est pretium terris est pretiumq poli.

7

Nunc Satis est dici, doctû, nô esse, peritum
Infantû verbo nec Superare senes.
Pallis ingenio, matura cui prudentia fidus.
Regnorum custos esse videns amans.

Est melior longe pietas cū Pallade juncta.
Custos his etenim regna quieta manent.
Regna regunt reges pectore regunt et ipsi
Pallade cum Sancta Sceptra tenente manu
9.ᵘˢ
Palladis ad laticem, clamas suspiria tendo
At quid Pierias invoco fontis aquas.
En Pietas pandit reseratos pectore fontes
Castaliam mater sacra propria chelym.
Huc migrate pii, studii, quos cura fatigat.
Insignes artes continet iste locus.
Sublimes venient hujus de pectore sensus.
Doctior est longe mens agitata Deo.
10.ᵘˢ
Consona laurigere musę confringite plectra.
Nec jam pieridum carmina saxa canant
Rumpite dulcisonas phœbi, sacra numina chordas
Amplius instructū nec geminate melos.
Nulla chelys magis attonitas influxit in aures.
Vocalis semper quam pietatis amor.
11.ᵘˢ
O non fallacis veri, vitæq magister.!
Eterno doctor semper amate Patri.
Me tibi meignavī Jesu committo docenti
Et pedibus credo doctior ibo tuis.
Epilogus.
Palladē amicā esse pietati, demonstravimus in
tā mundo, Utinam! mundus credat, cælū miretur
Sectatores Palladis experiantur. Tu vero Auditor
sapi: quod inimica famā nostrę detraxēre fata
pallio paternā si contexeris benevolentiā, Amicū,
Te palladi pietatiq; prestabis. Dixi

Annus 1715 in 1716.

Oratio in Renovatione Studiorum R.P. Lychter

Quantumvis iam collecta messe, nihilominus tristi a=nimo observantur nondum consumpta famis mala, allidunt sese ad Oratorum quoq rostra, languidi ge=mitus famelicæ plebis, macilentæ egestatis pallida facies ingerit se oculis, et cum tenax sit calami=tatum memoria, iratæ fortunæ imago vel averso occurrit vultui. Auditores Humanissimi. Exagi=tati bellis, à pestilenti contagio objecti minita=ribus fatis, nondum exitium evasimus, quo inclemen=tiâ sortis sævius, diuturnitate immanius rarâ Pa=trum nostrorum expavit ætas, cùm ecce plerasq Re=gni Provincias cladibus extenuatas exhaustasq fa=mes atrocissima depascitur. Boni Superi! acsi non sufficeret ad funestam Poloniæ strugem domesticis dissidiis concuti, prælis jactari, everti, pessum=dari, omnia in ultimam perniciem convolant in=fortunia, multiplicant se ærumnæ, ut non aliter quàm exiqui cadamus. Anni elapsi tenacitas ali=bi non impleverat horrea, alibi perniciosa lan=quidæ hyemis clementia fruges sustulerat, alibi non deerant equidem acervis manipuli, sed mani=puli militares. Vidimus illa tempestate nondum adultâ exspirare Cererem, fatiscere misera Colono=rum vota, penumq totam ab inopia rerum oc=cupari. Sic oras Lechiæ, populante Annonæ defe=ctu, ad sanctioris parsimoniæ leges vivere singu=li didicerunt, leviores quia macilenti, leviores nunquam futuri Patriæ diuturnis cladibus oppres=sæ. Plurimi avitos deserebant lares ab ipsa re=rum penuria incolendos, universam domus supel=lectilem uno et quidem macilento circumferen=tes humero (o gravissimam pauperiem) adibant remotiores plagas simul Patriâ simul vitâ exces=suri. Per forum, per compita urbium, repebant agmina vix hærentium ossibus populorum, verò lacera humanorum corporum exuviæ quàm homi=nes

nes, diemq ipsum funestabant. Inopina convivi=
a reliquiæ Cereris transierant imò urticarum ma:
nipulos ardentior ciborum aviditas carpebat, lautis:
sime pransura. Sano, Vistulâ, et innumeris prope
fluminibus jam Torunium, jam Gedanum et inde in
Daniam, in Sueciam in Hollandiam, in Angliam na:
vigabat olim Poloniæ Ceres, Regnorumq alma Polo:
nia audiebat, nullius minq indiga quàm messis
copiosæ. Nunc modicas agrorum divitias longinquis
regionibus transmittit, atq in suis florentissimis nu:
per Emporiis, ferrea necessitas duntaxat venalis
prostat, venalis inquam tot gemmis quot lacrymis.
O plumbeam ætatem messis aureæ invidam! o de
diti abstinentiæ menses! qui etiam panis usum
Diis interdixistis. Meruistis anni steriles, ut vos The=
onino dente laceret sera posteritas, corrodantq tineæ
æ in Lechiæ annalibus neq ultimas nominis ve:
stri syllabas relicturæ. Hæc dum narro, aliaq
perniciosa Poloniæ mala silentio premo: metu
istisne vestræ felicitati Literariæ classes? Assidui
imbres qui maturas fruges erigentemq se se a:
grorum spem depressêre, Palladiane etiam lau
reas prosternent? Attoniti anxiosq metus po:
nite. E sicco spectabitis Astrarum naufragia
quæ inter diluvia imbrium nuper fluctuarunt,
postquam palam fiet: Famem non esse malum
Sapienti pertimescendum. Unum precor à Vestra
benevolentia et Ad. HH. ne propositam verita:
tem nihil fidei sibi vendicare existimetis, si je:
juna mihi contigerit Oratio.

Illud hodie meum perpendite Ad. SS. quod
de Principe Oratorum Tullio dum paginæ testan=
tur, expallescunt, trepidant dum eloquuntur
rostra, dolore gemituq prosequitur, dum mo=
litur proferre suada Rhetorum. Postquam He-
rennius mortalium ferocissimus, omnibus o:

ratu

vatorum acuminibus # torquendus, Herennij non minùs arguendus, quàm sævities reprehendi potest, postquam commisisset facinus nec obscuro atramento, nisi forte luctum expressuro scribi dignum, facinus ab orbis capite Roma aversâ tantummodo aure excipiendum, postquàm scilicet truculentus, immanis, impius parricida, Romanæ eloquentiæ Parentem Tullium pristinæ libertatis victricem, sanguinolento et plusquàm barbaro trucidâsset mucrone, atq; de Cicerone nihil Romæ superesset nisi caput; illud in manus devenit fœminæ impotentis iræ nimirum Fulviæ. Hæc igitur acubus depromptis è gynæceo armis petere, pungere, lacerare ausa est exanimis Oratoris linguam; non alio fonte quàm sanguinis extinctura incendium muliebris furoris. Miseret mei tui Cicero Magne, nuper grande columen patriæ, ingens Senatûs gloria, augustum sapientum decus, eheu quantum funus jaces! Istane eloquii tui flumina, quæ labiis exsanguibus elicere odium satagit? Eamne laceram intueor linguam, quæ integritatem libertatis Romanæ tueri non destitit? Istane configi tua meruit suada quam Orbis judicium hucusq; veretur improbare? Siccine muliebris cultus blandiora instrumenta acus, in tela viris metuenda transiêre! Ergone quidquid manibus fœminæ ira obtrusent, sit fusus, sit colus, sint acus in armaverit exitialia? Nonne et istud admirer? quòd garrulitatis studiosum hominum genus non in frontem, non in oculos, non in aures desævierit, sed disertissimam cruentaverit linguam? Verùm si rei causas propius intuebimur, ex diductis hiantibusq; vulneribus Tulliani oris grande arcanum innotescet, horrendumq; scelus dexterâ imbelli patratum vix non approbabimus. Discant universi, necesse est, quòd sapientum linguæ negligentes

vulnerum, ea conspuant dum recipiunt et licet pungi possint, gravius tamen laedi nequeant. Vires exere, desevi fames violenta clades pala to et linguae formidanda, sapientum ora intrepi da sufferunt fatales ictus, imo nequeunt sentire.

Ne laborent inedia optimatum mensae cubilia ferarum lustrantur, agitantur interimuntque expirant bellua ad humanos luxus. E sylvis in augustalia principum commigrant lepores, cervi apri et quidquid in tesquis aut vivariis latuit, quasi habeat sua esuries non posset edomari, praeterquam immanium ferarum mortibus pasta. Erudiuntur volucres celeri famulitio obtemperaturae impatienti gulae, aucupio explorantur aëra retibus, peregrina flumina et maria innodantur, trahunturque in luxus obsequium. Si patrium olus primis attingat labris opulentia, aut palati vitium aut sancita faelicioris parsimoniae sequi perhibetur. Displicent rationis naufragia quando argento auroque non innatant, crystallorumque glacies sola idonea putatur extinguendae siti quae crescunt. Hinc evenit ut non vulgari ciborum indigentia prematur auto vescatur pane, famescat aulanum prosperitas, et ubi vino redundantes coronet cyathos, frigidam poscat. Numquam affligit ea calamitas sapientes haud solitos oblectari divite culinae fumo, ut potequem ignis fatuus non rari fovet. Non tam frugum colligendarum sollicitudo, quam immarcescibilium laurearum, eruditum fatigat caput. Sectatores Minervae non alternis frugibus et soli faecunditate menses annosque computamus sed ubertate proventuque ingeniorum. At vero non tricas duntaxat sagginant doctiora volumina verum etiam avidas sciendi men=

tes licet vultum extenuet macies dum literæ nutriunt animum. Magno tamen cum discrimine infestivis mensis proposita dapes, at in paginis scientiæ sui explent cupiditatem. Hæ quoties sapiunt ita satiant ingenia ut sui desiderium et famem acuant, illæ quoties convivarum satietati famulantur nihil præter sui fastidia relinquunt delibanda. Cum Divinioris scientiæ pelagus, Aristotelis Euripus, Ciceronis flumina, Castalii fontes eruditæ Palæstrarum sepia ita imbuunt calamum ut ab eo veluti insipida refundantur in paginas. Illi duntaxat genio chartarum nives (ut sic loquar) displicent, cui frigidè sapere in votis est. Jam cum Pericle detonat, fulminat è rostris facundia, jam cum Hortensio spargit rosas et lilia, modò cum Tacito plus loquitur quàm verba volunt modò cum Livio instar lactei cujusdam maris sese profundit nunc terret, nunc blanditur, nunc dolet ac ingemiscit nunc exultat, modò instar aspertimi torrentis in arduis montium natis se præcipitat, modò quasi blandior tenuisq rivus mentibus discentium influit suada, ne ingrata accidat, prout dulcius nectar infantis esca deliniendo semper ingenia. Juvat hic nihilominus meminisse, quòd Ambrosium Platonemq' melleo cibo apum agmina refecerint, quòd ab ore Theologorum, Philosophorumq' magis pendeant universi quàm exquisitis Sybaritarum lautiis inhiarent. Novimus Homeri Iliadem inclusam nucleo, ne Scriptoribus deessent bellanda. Novimus insedisse Luscinias ori Stesichori Poëtæ quòd ab æthere ultro epulæ convolent ad imitatos Apollinis studia. Finxerit Poëtarum Græ=

corum Princeps Homerus legatos Trojanos
floridæ et non jejunæ eloquentiæ Oratores,
hortorum delicias rosas et lilia comedisse: pa-
rata Hortensio et Polono Floro nomina ejus-
modi blanditias palati, non invidete pere-
grinæ facundiæ potitâ omnibus veris illece-
bris quia liliis inter quæ pascitur Karnko-
vii agnus. et sis minoribus majora vesci
acsi aliter minus splendidè epularentur com-
menta est superior ætas. Quantum est ac Ve-
strum clarissima Theologiæ et Philosophiæ
sidera, quod citra fabulam ad meridia-
nam lucem solis aquimatici ad sidera pri-
mæ magnitudinis Karnkovii agnus, Sależy-
nii Ursam majorem vos educet Sapientia.

Huc confert quod accepimus de Gallianum
Rege Henrico illius Regni Principe, in quo Sci-
entiæ Patriam natalemq. Domum nactæ
videntur; Ubi Lutetia Parisiorum aurea effor-
mat capita. Prius quam Sapientissimi Regis
mensæ inferrentur Sylvarum aeris marisq.
Spolia (si enim alicubi certe inter convivia
se ostentat plenoq. jactat ore majestas re-
gnantium) tres orbes ephæborum assentatio
apponebat, quorum uni insculptum cerne-
batur volumen adjecta epigraphe: Cibus men-
tis O bibliothecis simillimos orbes quibus tam
avidæ literæ delibentur! o prodigiosæ frugali-
tatis Regiæ in amplissimum Lycæum men-
sas convertere quas alibi toties dedecerat
quoties occupat luxus, Si Mercurius Apollo
et quævis augusta Lycæorum numina ite-
rum in terris cœnarent non aliud appone-
rent cœnam. Non nemo Cæsarum pictos
cibos Romanis Proceribus apposuit, sed ut

lautius oculi haberentur. Gemmæ et aurum inter prandia Vitellii emicabant, sed ne libido edendi omnia, vile audiret nefas patinis serviens æmaniorumq; speciem referentibus. Urbes Provinciæ absumuntur, dum superbè fame scit genus præsertim juvenilis. Ad memoriam seræ posteritatis accommodatius, ad perennem gloriam fortunatius egisti Regum Prudentissime, mensas condiendo literis, orbis mappâ dignissima. Convivantium oculis emortui hominis caput exhibuerit Scytharum voluptuosa feritas, an fera voluptas. Correxisti barbaras delitias libris humani capitis illecebris accumbendo. Erudiisti universos, quod speciosam famem sitimq; mensæ Regiæ sustineant, licet falerno innatent, massico despument, sub turrita patinarum mole tantum non corruant, si illâ remotâ mentis cibos libros respuant. An hic merito non exclamem? quid Athenæ quid studiis literarum dediti quid horreorum penùq calamitatem pertimescitis! Cernite Regis Henrici dapibus cinctum volumen, Spectate literariæ Palæstræ insignia inter Convivii pompam, Minervæq Cererem arcto fœdere sociari non ambigite.

Advertite jam Auditorium: quo collimet Oratio. Inani aura profanæ Sapientiæ hic pasci non possumus, ubi Karnkovii agnus aperit atq; porrigit volumen refertum scientiâ apud ipsos Superos natâ. Studiis impallescimus in Athenis plusquam aureâ munificentiâ Lubienii in fastigium evectis: cui enim attolleret si non sapientiâ augusta aula ille, cujus celsissimæ Pr.

sapiæ, grande caput in alterna cessit. Inhæret gladio aurito insigni adversa omnia. instas segetis pluviosarum nubium irâ prostrata demessimus. Non tam cornua quam cornucopias gentilitius præsefert Unus munificentissimas. in famelici sæculi indigentiam. Exhorrescite timete inimica prosperitati nostræ fata, quocunq sub nomine venitis, exhorrescite in quam Gentilitias Galczynii feras, quibus à Jovis cerebro nata Pallas umbonem suum insignivit. et hæc prodigiosa in Scientias liberalitas inter Justiniani codices, Gratiani volumen, Decretalium libros, vobis diem dicet Sterilitas annorum, soliq parcitas, si injuriæ, nostræ felicitati, minus favebitis nostris commodis.

Czarniewiciana

Et jam in ipso dicendi fine ità loqui mihi constitutum est. Quousq aurearum messium Saturno invidi eas fruges nobis optabimus quas ad avaritiæ alimentum humus protulerat? Saginentur illi, quibus plus esse corporis quam animæ videtur, radiumq pecudum more placet edere, et errori. Quousq dispersas campis aristas, ceu fatalis sideris Cometæ capillos formidabimus? Gravissimum necessitatis humanæ telum fames, eò nequit pertingere quo Sapientis animus eluctatur, infraseomnia rerum discrimina habiturq.

Eloquentiæ Duella.

seu

Problemata.

Limatissimi Auditoris Decisioni

Proposita.

Prologus.

Illam vivimus aetatem, quâ bellum cruentum, exsanguis fames, calamitas in ipso Erebo nata, delapsa caelo fortuna, de Polonia contendunt Auditores Humanissimi. Nos intereà qui debili passu literarium pulverem, non arenam Martis invicto gradu premimus ingeniorum acie iuvat decertare, et acuminibus Oratoriis confligere. Porro mentium duella acuent haec problemata: an cruda fames, an bellum acerbum inter graviora Poloniae mala debeat recenseri. Utrum civili praelio flagrante inter bellica incendia emori, utrum ad focum domesticum vivere magis conveniens sit Polono Equiti? Ubi omnia tanquam dato classico ruunt infortunia in perniciem Patriae an Heraclitum, an Democritum expediat agere. Tandem: utrum plus immortalis gloriae contulerint Divo Stanislao Kostka tardius delati caelestes tituli, an majore se illustrassent in terris jubare si pridem caelo invectum se declarassent? Favebis acerrimae velitationi Auditor Sapientissime moeniorum duello interesse haud recusabis. Adhaec limatissimo Tuo judicio decernes quaenam pars causae palmam praecipuisse dicenda sit. Dixi

Fundamentum Problematis I^mi.
Recentes Publiciq Poloniae motus.

Ephebus: In bella evocamur periclitanti Patriae laturi opem. Nobilis Polo: Sit multis utile bellum. bella gerant alii nullos habitura triumphos. Quietis domesticae, beataeq pacis oleae pulchrius vernant quam cruore civium conspersae laurus. Quibus est tantus amor ferri vitaeq est prodiga virtus, profundant sanguinem, nos falernum. — Tympanorum tubarumq sonitq et armorum fragor excitatur. — Domestica pacis amantes foco assident cyathosq evacuant.

Hospes: Tecum sentio. Hoc civili bello durante admissae inquieto capite militares cassides, non attollunt sed gravant frontem. Premit lorica pectus

quia non tam boni publici, quàm privati aman-
tissimum. Utinam Polonus Mavors erubesceret
illam humeris purpuram circumferre, quam ci=
vium depingit sangvis.

Bellica spirantes indolem Equites Poloni arma arripiunt.

Ephebus: In bella evocamur periclitanti Patriæ latu=
ri opem. Equites Poloni: et ad arma, ad arma convolemus!
quousq rubigo exedet gladios, quousq clypei, ha=
stæ loricæ ab atavis relictæ in tenebris squalle-
bunt. Utamur judice ferro, quis justius induit
arma.

Eques 2. Sequimur Te absq mora, sequimur in
aciem et quocunq tandem vocabunt fata. Non
ne lætorum Socium rebusq secundis accipis in
curas venio partemq laborum.

Eques 3. Patria cara, fave cœptis, non te ferali big
armis persequor, ille ille nocens erit, qui me
tibi fecerit hostem.

Eques 4. Vicinis gentibus tandem hunc errorem
detrahamus, quod à majoribus nostris degeneres
nihil præter bellicum eorum nomen jactare
possimus.

Studios: 1. Arduum est decernere: utrum in turbi-
do hoc rerum statu domesticæ tranquillita-
tis otia fovere, an in Patriæ impacatæ longa
dissidia ferro dirimere Polonum Equitem magis
deceat. Intereà huc atq illuc animum ver=
santi illud Poëtæ carmen occurrit. Usq adeò mi=
serum est civili vincere bello. Victrices dicam ne
herbas, quæ potiùs inter lacrymas civium, quàm
triumphalem sudorem adolescunt? O cupres=
sos non laureas! quæ apricum fortunæ con=
civium inumbrant. Nutantes in Galea cri-
stæ non suis contribulibus exitium minitari
sed hostibg debent. Afflictis rebus Polonicæ obsi-
tio vindicandis non præcipitandis consecrari
arma debent. Nunc educuntur in aciem cohor-
tes, erudiuntur in prælia, ignaræ quem pe-
ctore objecto protegere, quem inter mille:

na

na capitis pericula tueri debeant. et eo proinde sensu inertem et ingloriam (si ita his censendum est) vitam inter Patrios lares trahere minus Polonum Equitem dedecet, quam trophæis indigna prælia movere, et prosequi.

Studiosq 2. In diversam sententiam me trahit Martia Polona Indoles, quæ simul cum lacte heroicam virtutem bibit. Reptamus per justa infantes, terremus vagitu hostem, neque annos expectamus, ut heroica facinora audeamus. Ad gladios è cunis protendimus manum, et ludus est puerilis arcum tendere, ensem rotare, atque indefessis velitationibus aptare vires prælio. Equidem nunc geritur bellum à Civibus (nisi avertant mala superi) inter opima spolia laceras Poloniæ Provincias relicturum, attamen quia nonnisi è ruderibus integritas Patriæ consurgere, tantum per viscera discordantium Civium ense aperienda respirare felicitas Sarmatiæ oppressa, è pulverea bellorum nube pacis serenum emergere, gemma pretiosior libertas inter fulmina Bellonæ atque cruentos imbres gigni, elicitus duntaxat è venis impacatorum procerum sanguis mederi languenti Poloniæ potest, rapiendum, accendum, intorquendum est ferrum, atque in communi Lechici orbis discrimine vel humano generi decernenda sunt fata, non ad focum domesticum inter otia desudandum, atque frigidum consilium capiendum est.

Fundamentum Problematis 2di.

Fames, et bellum intestinum Poloniæ.

Colong Quid juvit aratra hebetare emeritos boves lassare, humum irrequieto labore vertere, ceteris opibus avaros ditare agros, Colong steriles manipulos, mendicique inane marsupium, Civilis chiæ cruenta vulnera

nera deplorat. si nihil praeter sterilitatem, soli tenacitas proferre debuerat! me miserum! inter adusti vultus sudores fessarum virium deliquia impigram animi sollicitudinem, usq adeò inops messis adolevit. Jam hac tempestate instrumentum hoc inutile adverberandas fruges appendendum erit tugurii parietibus cum famelico et molesto pugnaturum milite, vel injiciendum erit foco hyemem propulsurum. Quoties vacua cereris capita intueor, toties famescenti stomacho et vacuis iliis non frustra metuo! O famem gravissimum necessitatis humanae telum in ipsa ferociens viscera! cladem acerbissimo cognatam leto!

Mendicus. O tempora, o famelica tempora! Jam villas jam compita urbium jam Palatiorum limina convenimus, pulsavimus, et ecce undiq reperimus exulem fibris vacuis faventiorem fortunam. aetas ferrea paucas demessuit fruges. Jam penum miseram evacuavit esuries, nihil panis superest, quo blandiamur latranti stomacho! Quid restat nisi mori!

Civis Lechiae O quantum poterat terrae pelagiq parari, hoc quem civiles hauserunt sanguine dextrae! Pro bella gravissimum aerariis infortunium! horreorum ultimam egestatem, dirum fulmen in caput miserae plebis, villis, et urbibus perniciosissimum fatum irrequietum malum, sanguinis vitaeq humanae prodigam calamitatem, Provinciarum Regnorumq funus! quousq in jugulum nostrum desaevies?

Studiosus Img Polonum sanguinem et praelia intestina profundent, et implacabilis exsugit fames,

et utraq calamitas exitium alit Patriæ. Nihilominus cum suos gradus habeant infortunia, nec pari conditione singula fenciant ut aliquid clementiæ sibi inesse demonstrent, non levis dubitandi ratio exoritur: an bella civium cædibus saginata, an macilenta fames magis formidandam perniciem Reipublicæ intendat.

Studiosus 2dus. Reipublicæ nostræ potissimum metuenda bella arbitror hac tempestate, quæ tot machinas bellicas tot arma eripuit discordibus Poloniæ viribus, cum tamen et Herculem clavâ et Gradivum ense armari in hostem, videamus, innumeraq tela Joviis disse Vulcaniam didicerimus. Jacent suis rudenbus insepulta urbium mænia, arcium propugnacula, hostiles impetus frenatura. Anei et ferrei desunt globi, quibus Polona bellica fortuna securo insistat pede. Nonne (ut taceam ærarium Poloniæ exhaustum, cum tamen animos militum tinnitus argenti excitet) Nonne iniquam illo pugnamus sæculo quo pluribus licentia ministrat arma, quam virtus heroica. hominem exuunt pleriq, dum leonum, leopardorum, luporumq exuvias induunt.

Studiosus 3. Incendunt alii villas et oppida, bellorum incendia extincturi, civium æraria diripiunt priusquam recenseant spolia, sancita Reipublicæ lacerant, patriasq leges, antequam vel uno vulnere cruentent hostium vultg et pectora! Gregarius miles inde vocabulum suum desumpsisse dici potest, quod greges alienos amet. Neq nominari potest Mavors nisi trepidante lingua, neq tympanorum strepitus audiri,

nisi tuguria, ovilia, horrea in villis, in urbibus mensæ dolia et scrinia præ metu gravissimo titubent. Jam quæcunque mala fames parturit levissima sunt nimirum macilenta, atque unica in cœna absumi possunt.

Studiosus 4. Animnis quas furor Bellonæ gignit eas præferendas censeo, quas languor et egestas Cereris educat. et aureas messes Saturno regnante crevisse commenta est vetustas, ut illius sæculi felicitatem commendaret: jam malæ frugi tempora illa dicimus quæ pessima, quasi famelica ætate deterior non posset evenire. Contexta serta è vacuis frugum culmis magis oculos et animos colonorum terrent, quam laureæ Gradivi conspecta. Uno ictu vel maximos heroës enecant prælia, at fames desævit longius, nec aliter quàm parvos sinit cadere, quos interimit.

Studiosus 5tus Præterea cùm Poloniam Heroum Patriam esse tot invictæ fortitudinis probârunt exempla, levius periculum imminere sibi existimo à ferro hostili. Porro etiam invalidissimas urbes ipsius Martis augustalia frustra excubante numeroso exercitu irrupit fames, aperuit hostili potentiæ, diruit, delevit. Utique Antonium quem Cæsaris Augusti arma subigere non poterant, Perusina fames ad deditionem Urbis, suæque fortitudinis et gloriæ coëgit. Vix non consumptam Roma domicilium victorum orbis se credidit, posquàm comedisse fruges Deos audiit. Inermis pygmæi dextera devictus, elatus cassìde et animo Gigas corruet facile, si robur illius, ceres aristis suis non suffulciet, Plures ad succidendam messis inopiam falx inutilis prostravit, quàm Scipio:

mis

nis vel Annibalis muro, imò desperavit etiam victoriæ inter continuam inediam.

Fundamentum Problematis 3tii
Heracliti fletus, Risus Democriti.

Polonus orbe saxi-
um Heraclitus deflet
Democritus ridet

Heraclitum deplorantem omnia, ridentem omnia Democritum vidit, audivit admirata est Græcia. Liceat percontari hodie, quem facie simul et animo conveniat imitari, dum vulnera et graviora adhuc imminentia Patriæ pericula nostris oculis obversantur? Studiosus Imus

Democritus esse malo, quàm Heraclitus, in risum ora solvere, quàm fletu palpebram corrumpere, et naufragantem in sanguine Patriam obruere lacrymis. Etiamsi grande funus jaceret Respublica, puderet me Præficam agere, utpote Sarmatam, quem indoles Heroica ad fundendum pro Lechia sanguinem, non fletum fœmineum hortatur. Quamvis detonante fulminante bello, haud necesse est ut lacrymis fluat vultus. Serena fronte pugnandum est cum tempestatibus Regni. Viri Sapientis et magnanimi est ridere vel extrema pericula, cùm dura fata nequeant lacrymæ emollire, nihilque proficiat luctus inter adversa. Studiosus 2.

Ut lacrymis, Heracliti simul palpebræ simul animus innatent, calamitas publica mœroris genetrix, videtur suadere, nequit tristitia non dejicere vultum fatiscente procumbenteque Republica. Serenamne frontem explicabimus, tristibus nubilis involventibus omnia? Vel ab invitis oculis extorquet lacrymas heu quantus funus civilis belli! Ardente Patria lusit Nero, sed Nero. Funus Patriæ quis quisnam sicco vultu spectavit, nisi impiis Studiosus 3tius

aut cujus pectus gravissimus dolor in Saxum vertit? Ne spes arescat libertatis felicitatisq[ue] pristinæ, necesse est ut lacrymas illi affundamus. Est quoddam in adversis levamen flere posse, et reperit in lacrymis naufragium doloris insolentia. Deplorarent nostra infortunia vel cæca fata nisi oculis carerent.

Illatus Cœlo D. Stanislao D.D. Coronat gloria. Fundamentum Problematis 4ti.

Apotheosis Divi Stanislai Kostka

Studiosus 1mus. Pulchriora certamina nostris indicit ingeniis, qui cruenta ad Chotimum prælia sedavit B. Stanislaus Kostka. Boni Superi! quis non convolvit se annus, ex quo satagimus Supplicibus votis è Cœlo extorquere, ut ille qui nutantia Poloniæ fata non semel erexit, qui Provincias laceratas composuit, qui bellis fractæ integritatem restituit Patriæ, ille hostium timor, nostræ Gentis Delicium, innocentiæ idea Simulacrum probitatis, augustiore insignis vocabulo in terris emineat, quem innumeris prope titulis decorari à Cœlo non ambigimus. Quid arbitramini celeriorne an tardior Apotheosis B. Stanislao sit optanda?

Studiosus 2dus. Meritorum magnitudinem è præmiorum celeritate conjicimus. Minus quandoq[ue] recreant animum solis radii qui post longa umbrarum tædia oriuntur. Displicet messis quamtumvis aurea, quâ sera nonnisi locupletat æstas. Torquent palatum fructus in authumno usq[ue] decerpendi. Volubili rota fortunæ munerose provehunt, ne si tardo procedant passu ingrata veniant. Cælestia quoq[ue] dona potiora sunt dum velociora. Quid cælum mærore è fundis Kostkarum domoq[ue]

#
solaria et Poloniæ universæ, dum non integra elargiris. Gentilitiam Kostkarum soleam crucibus olim insignivit avorum et proavorum pietas, modò lenta spes crucibus addit cruces dum emerita B. Stanislai probitas integrum Sanctimoniæ vocabulum nequit in terris consequi.

Nihil aliud causa est quod tædiis prope efferatis animus in has prorumpat voces: o ferrea tempora, quæ auream ipsismet cœlitibus gloriam invident. o luctuosam ætatem, quæ nec lætitiâ Sanctiore gestire permittit. Senatorias curules occupant Lechiæ Proceres non tam fessi publicæ rei consiliis, quàm illis desideriis: ut novo honore suas illustret aras D. Stanislaus Kostka, ut cernet lacrymas et singultus populorum majore nominis sui luce. O quietum populorum, unum omnium inquietum suspirium est; ut tandem Kostka vastiore charactere cœlituum fastis inscribatur. Ergò Romano cælo properate illustriores Sanctimoniæ tituli, novo Poloniæ Phosphoro adde radios, tempestates et anxia patriæ vota discute summum maximi Pontificis Clementis astrum. Studiosus 3.i

Qui semper animo conjunctissimus vobis eram alienam à vestra sententiam cogor ferre hodiè. Maxima licet virtutis præmia amittunt pretium, dum subito et facili conatu comparantur. Quævis raritas æstimationem sui provecto debet tempori. Contextæ rosis et liliis serta vilescerent, nisi antequàm efflorerant tres anni partes tædiosa expectatio assumeret. Lento gradu cœlestes quoq honores procedunt, ut majorem præseferat Studiosus 4.tus

majestatem. Vota mortalium dum terras exce-
dunt nequeunt non inania subitò in orbem no-
strum remeare. sæculorum nunq sit non aliquot
annorum probitati debita præmia. Non se tem-
pora exhauriunt, quoties exiguum conferunt
donum. Cæsarum et Regum coronas elaborant
anni festinato brevis momenti opere annulus
ferreus aut plumbeus protruditur. Neqe con-
festim adornari pompa, quæ totum è cælo tra-
hit quidquid nacta est decoris. Ne vulgare cre-
datur nunq Divi Stanislai cœlestis inaugura-
tio, sæcula inter continua fatiscentis animi vo-
ta dilabantur Priusquam Divi Stanislai Ko-
stka, Beatum à Clemente Xo Summo Pontifice
declaratum, à Clemente Iomo donatum aris,
Clemens XI novo titulo obliget universo Christi-
ano Orbi, ignito desiderio accensæ diffluant
in templis ceræ, ut numerosiore agmine præ-
luceant è montibus Albanis venturo Nomini.

Epilogus.

Restat Problema è propositis facillimum, atq
à Tua Aud: Ilum: benevolentia solvendum,
nimirum: an coram te silere potius, an loqui
nostram decebat Suadam. Dixi

Maximus
Totius Christiani Orbis
Dolor
Magnus Ludovicus XIVtus
Rex Christianissimus
in urnam
è solio
Delatus.

Invictissimo Nomini tuo Rex Christianissime
Ludovice, hoc solùm videbatur deesse ad supremũ
gloriæ fastigium, ut Europa, novoq orbe, armis
et victoriis peragrato, etiam fata vinceres. At ce:
cidisti Ludovice Magne cecidisti, non aliud tamen
quàm grande jaces funus, qui magnus sedisti
in solio, magnus stetisti in acie. Ille urbium, Provin=
ciarum Regnorum Domitor martialem arenam
commutas mortis pulveri, atq Serenissimæ Domûs
Borbonicæ gloria, Gallici Regni amor, hostium
timor, Religionis Ortodoxæ securitas, in eadem
urna clauduntur tecum. Quidquid in prudentissi=
mo Rege miratur orbis, quidquid in potentissimo
formidant hostes, quidquid in Christianissimo lau=
dat Roma, totum id uno funere Tecum elatũ audi:
vimus, et conquerimur. Necdum emensus 5tum
ætatis annum, adisti Patrium solium, et illo pas=
su quo alii per terras repunt, in rerum culmina pro:
gressum adoravimq. Infantilibq quamtumvis hume=
ris ferre poteras Gallici Regni purpuram, et fortunã
illis nimiam sustentare, Tuaq crepundia erant pomũ
Regium. Nemo fuit, qui protunc sæcula, imò perenni=
tatem non ominaretur diademati sceptrisq, prius Ti:
bi delatis, quàm alii optare possunt. Nec irrita omi=
na cessura putabamus, cum iam Secundum supra Se:
ptuagesimum regnares annum, superstes etiã post
fata immortalitate dignorum Principum: Joannis
3tii Poloniarum Regis Invictissimi, Augustissimiq
Imperatoris Leopoldi, quos publicæ felicitati ge:
nuerant tempora non adeò remota ab illis, quæ Te
Christiani orbis commodo et ornamento prospectura
in lucem protulerant. Sed quantumvis Regum
Sceptris suffulti labuntur anni, extinguunturq
horæ quas Principes Terrarum soles, radiis suis me=
tiuntur et allaborant augere. Invidit ætas nostra
invidit Te Ludovice posteritati secuturæ, atq ut so=
la posset gloriari nactam se fuisse Principem,

4

qualem aut nulla aut beata nonnisi dabunt secula, maluit te amittere, quàm futuræ concedere ætati. O rerum prodigia! authumnus feracissimus dum arborum fructibus locupletat Regna, Tibi pomum eripuit Regium! O inimicum floribus Septembrem, qui usq adeò in Franciæ lilia desævisti! Ergone intra brevis momenti spatium occidisti Rex Galliarum Serenissime qui ipsius Tuorum amplitudine omnia retroacta exæquaveras tempora, saeculorum non mensis duntaxat futurus dolor? Utiq amisisse Ludovicum 14tum Regem Galliarum sufficit ad planctum, qui omnium ætatum lacrymas exhauriat! Hæc dum animo recurrunt, ita me perturbant Audit: Sapien: ut vehementer timeam, ne tenui suadâ magnitudini publicæ tristitiæ detraham. Quid agam? quæ justa persolvet exilis facundia Principi in quo omnia ad æternitatem famæ conspiraverant! Quid prius, quid deinceps hodie referam? doloris insolentia confundit leges Suadæ, et omnia. Dicam nihilominus, quod mœror haud impar tantæ jacturæ loqui præcipit; scilicet: Ludovico Magno Regi Christianissimo, non nisi totius Orbis Christiani dolor, isq maximus potest parentare. Nulla hodie Aud: Sap: Sperate acumina Oratoria, obtudit omnia Regium Sepulchrare marmor, at pro crystallinis aquis turbatas lacrymis undas præcipitant flumina eloquentiæ. ..."

Si universus Xstianus Orbis unicus fieret oculus, totus quantus est deploraret Ludovicum Regem Franciæ Serenissimum, jam extinctum. Doloris quem à medio vi desciscere convenit, ne officiosus tantummodò videatur, justas causas expendite Audit: Sap: Gallia Christianissimorum Principum Regnum, (quod solum sufficeret dixisse ad

im

immensam illius majestatem) Ludovicum Quindecimilli secundum, serenissimæ Domus Borbonicæ augustum sidus, Ludovici Justi Filium non degenerem, Ludovici Sancti Nepotem, merito appellari adeo latum, Gentis suæ fessis propemodum votis, honori et famæ, imò Christianæ Reipublicæ bono evidenti. Fidem hominum! quot et quanti majores in uno vivebant Principe! eorum titulos recensere, ut facta immortalia taceam, labor est qui totam eloquentiam fatigat. Clodovæum Francorum Regem meliore in sæculi sui Numa toto pectore ille spirabat Romanæ fidei amantissimo, Carolum magnum grandibus æquabat factis, et ne rerum gestarum magnitudine celeberrimis Franciæ Regibus tantum in Solio succederet, eos Regiorum facinorum exemplo voluit sequi, solusque nascendi ordo in causa est, quòd non præiverit. Tanta nomina obruit tumulo, tot splendoribus accendit fatalem pyram, tot Heroum nunquam imbelle robur levi cineri permiscuit, dum Ludovicum Regem intulit sarcophago leti ferocia inconsulta, an temeritas ferocissima. Quidni proinde Galliam ejusque Regum Bellatorum Patriam flere cogat? quidni ea jactura cum sit maxima, universam Christianam Rempublicam attingat? quidni effrenat, acerbissimos diciat gemitus, et provocet singultusque ab imo pectore deducendos? Haud verearis Gallia, haud metuas orbis, ne modum excedant lamenta, dum Ludovico justa defers. Habet suos gradus alioqui mæror, in Ludovici funere hic nonnisi lugere censendus est, qui suspiria, cordis

ambitu non metit. Principem hunc delatum
in urnam prosecuturus, vultus et animos popu:
lorum dejicit, pullatus amor ut in doloris fasti:
gium eluctetur. Omnis quoq solatii impatiens
extenso pullacrymate, illius vestigia lætitiæ con=
funderet, cui novam materiem singula dabant
momenta, non solum anni vitæ et Regni Ludo=
vici 14ti Francorum Regis, nisi ut acerbiq mærea=
mus, vellet nos meminisse, quantum nuper ge:
stivimus. Huc siquidem oratio se devolvit, precor
Aud: Hum: ut recedat memoria vestra infastos
gestorum Ludovici, non tamen omnium, singula
etenim neq pagina, neq memor animus comple
cti possunt. Meministis Ludovicum 14tum vi:
xisse, at non vixisse tantum indefessa mente revol:
vite. Meministis in Galliæ et Navarræ Solio eminu=
isse, at non solum diadematis et Regalis throni
fastigio eminuisse longa recordatio insinuet ani=
mo. Quæcunq præclare actorum prodigia Christi=
anos Principes summæ posterorum admirationi
proposuêre, Ludovicum profundæ rerum oblivio:
ni eripiunt. Quæcunq beata regnantium tempora
indigitamus, illa sibi ad nutum videbantur esse, ut
dum vellet, populorum suorum tranquillitati et
fortunato faverent otio. Gallici Principatûs Majestas,
et Christianissimi et Invictissimi, omnibusq natu:
ræ et fortunæ dotibus instructi Regis non vanos ti:
tulos promiscuos habet ac indifferens. Virtus Chri:
stiana, fortitudo prudentia, quæ alibi Regibus
imperant, Gallico parent sceptro. Nulla ex iis non
obsecura est Principi, quem legibus mortis obtempe=
rasse conquerimur hodie.. Senserunt illius ferrum
nulla deside rubigine infectum, nullis hebetatum
annis, senserunt perduelles, Burgundia, Lotha:
ringia, Hollandia sensit. Fortes omnium pericu:
lo vires suas experta est Anglia, Hispania, Germa:
nia, remotoq subdole positi orbis regna, victure

agno

agnoverint Gladio suo deprehendisset hostes
etiam illos, quos iniqua tellus absorbuisset. Ab hoc bel=
latore Potentissimo disjectarum arcium, dirutarum
cum suis propugnaculis urbium rudera, in trium=
phalem portam, et parem suis trophæis colossis
si consurgerent, opinor, quod non procul à cælo
augusta distaret moles. Iam dissipata valla, in=
numeri aggeres eversi, in tumulum sufficerent vix
non humano generi sepeliendo. Triumphali dexte=
râ profusus cruor, pelago Erythræo vastius huius=
què spumaret, nisi totum ebibisset humus, suæ
regiæ victoriæ sitim extinctura. Eodem Rege et
Bellatore, quoties per maria longinqua se bellum pro=
veheret, toties subsidebant elatæ procellæ, nec fre=
mere sed gemere audiebantur sub gallicis classibus
seu potiùs victoriæ onerariis. Porro maxima hosti=
lium navium parte fluctibus nonsemel hausta re=
gio merebant stipendio vel ipsamet æquora. Multa a=
lia prodigiosæ fortitudinis regiæ argumenta,
nec laurearum foliis computanda. Quantum est at=
tuum, quod Iacobum Angliæ, Maximilianum
Bavariæ Principes, adversæ fortunæ cedentes,
infestos armis oppugnatos, ultra fines Patriæ
abactos, asperæ sortis casibus eripueris, ab omni me=
tu liberaveris, aureæ securitati reddideris, post=
quam Tuo clypeo protexisti Ludovice. Exules Patri=
am, trepidi asylum, in Tua reperierunt Gallia, et si
pridem non constaret Franciam Firmissimum esse
propugnaculum Orthodoxorum Principum, quos mi=
nùs prospera exagitant fata, illud te Regnante in=
notuisset universis. Satisne istud! Nihil accommo=
datius ad gloriam credidisti, quàm arma stringere,
in erebum pellere, unde proruperant furialia Hu=
gonottorum castra, perinde avitæ Religioni, atque Di=

æ Majestati et Patriæ infensissima. Nunquam egeras Invictissime Rex, nisi armatos impio ferro exercitus cœlesti propemodum robore cecidisses, exterminasses, atque in exustas sideribus plagas, et ultimam Thulen propulisses. Adhæc injuriis heroicæ pietati Tuæ gravius delinquerem, si reticerem Helvetiam Catholicam Tuo erectam gladio, Tuo suffultam consilio, quoties è consortio infelicius ruerit acerrimus impetus hostium, quibus tela exacuit vesanus furor optans triumphi spectaculum fieri devicta Romana sacra. Actum erat de florentissima Helvetorum Republica, obsequentissima Vaticano Solio, eò minus remota à certiore periculo, quo magis vicinis armis obnoxia, nisi tuam deposcisset manum, qui prælia triumphis antevertere, imperare certaminum casibus, securus insultare periculis, Deo commilitone pugnare noveras, at nunquam fortius, nunquam gloriosius, quam ubi pro aris fideique Romanæ integritate dimicares. Cum dexteram Tuam defendendo utrique orbi sufficientem encomiis certavimus Oratores, et ecce Regii animi probitas, haud passa imperare sibi secius, coronata pietas supplex Supremo Regi, Religioni Orthodoxæ consecratum fidissimumque pectus alio sedulam avocant, verum ita, ut nunquam recedat à Tuis elogiis. Nonne Augustissimum quoddam probitatis palatium, regium erat conclave tuum, in quo Franciæ diademate sublimis, nunquam pennis victoriis, rerumque gestarum famâ ubique magnus, prono genu Superos adorabas? Missa immolante cœlestem hostiam, subditas tibi vastissimas terras, et quæ major victima erat, Teipsum te Numini dedicabas. Alta Ephebarum Procerumque taciturnitas, summa corporis et animi demissio Numen colebat in iis templis, quæ Tua implebas pietate. Alloquebaris Terræ Cælique Dominum

Tuæ

Tuæ Majestatis immemor, et quo sublimius frontem attollebant coronæ, eo demissius eandem inclinabas solo. Non in ultimis laudum quas Tua virtus sibi vendicat, istud quodq' reponendum est, quod Jansenius eversor ille humanæ libertatis, blandior divinæ gratiæ hostis, exitiale contagium afflare Tuæ Genti non potuerit Te spirante. Ibit ibit in posthumas ætates, quod pulcherrimo hoc virtutis monstrum, sub præsidio D. Augustini pallio, sanctoq' nomine latitans scelus, è Sorbona, omnibusq' Regni Lyceis exulare coëgeris. Porro minimæ Socieṫi JESU sacra munificentia Tua etiam in novo orbe erexit domicilia, ne anguste habitaret zelus Regius, ultra Europam jacentium Regnorum inquilinus.

Antequam tandem pateat Ludovici Magni fata coluctu deploranda esse, qui tantum non orbem posset exanimare, adhuc optarem vos esse memores Audi: Dol: eum Principem è vita migrasse, in quo prudentia orbi regendo par vel hostium confessione viguit, qui Regio pectore suos complexus populos omnium circumferebatur animis, dignus quem odia quoq' hostilia amarent; sed q. vehementia doloris truncat verba, et naufragio in lacrymis proxima periclitatur dictio, advertite quo spectent Ludovici Magni encomia, quæ humillistylo hactenus adumbravimus inter funebrem pompam ex umbra plausuri. Lætitiæ ob non levem rationem coortæ gravis plerumq' succedit mæror, si fatorum inimicia effusissimi gaudii causas vertat in argumenta simillimi doloris. Tota quanta est Gallia hilarem explicabat frontem, attidebatq' Christianus Orbis, quousq' in humanis ageret Ludovicus XIV.tus, cui omnium Gentilium Deorum invidiâ thus adole:

#

vissent aræ si antiquis superstitium sæculis te=
grassent Ludovicus 14tus qui martiali robore resusci=
ctas Europæ ab interitu vindicare, mente vastissima
prospicere bono Romanæ fidei, pectoris probitate
cælum trahere facillimum in sua vota poterat.
Versâ igitur fortunæ orbitâ, Ludovico in tumulu
prolapso (o grandem casum quæ violentissimos
rerum motus in Gallia subsequi audimus) in tu=
mulum prolapso inquam Ludovico Magno, cu=
jus beneficio factum est, ne omnia aliquando in
exitium vergerent, quidni ut suis liliis inna=
to pallore magis expallescat, amæna laurea=
rum folia cupressis mutet, diuturno non invitè con=
cito mœrori indulgeat Francia necesse est? Nonne
Christianum quoque orbem utpote suo Rege orbatum as=
sumere decet pullam. Quidni Rheno toto Germa=
niam, Italiam Tyberi, Hispaniam Tago, Poloni=
am Vistulâ, Angliam Tamesi lacrymari expedit
Quidni arescentibus Franciæ liliis pro aquis lacrymas
affundant maria? Flevit te Rex Christia: defun=
ctum orbis Christiani caput, majestas in terris vi=
caria Deo, Summus Pontifex Clemens XImus, ut vel
exinde conjiciamus magnitudinem luctûs tibi pa=
rentaturi. O dolorem ingentem utpote non mino=
rem Albanis montibus! Impius est qui siccum
præsefert vultum dum audit illum Principem de=
cidisse, cujus obitum ipsamet sanctitas lacry=
mis prosequi non dubitavit. Lucete alibi vulgares
ferales tædæ, in Regis Christiani funere, Clemen=
tis XImi grande sidus sepulchrales illustrat umbras,
accenditque pompam veterum Romanorum Cæsa=
rum pyris altiorem. Et jam plura loqui imperiosi
vetant gemitus, intercipiuntque sermonem pro=
verbis suspiria obtrudendo, sufficiet lacryma=

bili

bili voce collecta dixisse: non attinges votorum summam parentalis planctus, nisi Ludovico XIV Regi Christianissimo: Pro tumulo ponas orbem pro tegmine Cælum, Sidera pro facibus, pro lacrymis maria. Dixi.

Mors Crudelissima Dei Hominis.

Ab Angelis Pacis et Redivivis Funeribus deplorata.

Fundamentum: Angeli Pacis amarè flebunt. Isaiæ 33.
Multa corpora Sanctorum surrexerunt. Matt 27.

Prologus.

E rostris in tumulos se conferet eloquentia, corpora Sanctorum, quæ mortuo Dei Filio surrexisse testantur sacræ paginæ, deducet in Scenam et apparituras umbras haud pertimesces Audit: Luctuosissime, utpote à pacis Angelis amaro fletu Deicidium prosecuturis in doloris theatrum evocandas.

Genii cœlestes mortem Christi deplorant.

Genius Cœlestis 1.

Jam procul suaves procul este risus, — Cantus.
Nil juvat lœto resonare plectro,
Nil juvat: dum se tragici doloris
Scena re sandit.
Quid moras nectis dolor? efferatis
Luctibus petras reseca, feralem
Induat pullam pluviis amictus
nubibus æther.

O cecidit Numen, lacrymare Cœlum,
O cecidit Numen, lacrymare tellus,
O poli cives Solymæq; fessos
Ducite planctus.

Genius Cœlestis 2dus. Proh dolor! Majestati supremæ jam nihil Majestatis! 3tius immensæ pulchritudini, jam nihil pulchritudinis est reliquum. 2dus Emarcuit roseus genarum decor! 3tius expalluit

labiorum purpura. 2dus Duo Oculi, duo Soles, extincti sunt. 3tius Amœnissimo vultu horror omnibus artubus se immanissimum etiam sparsit! 2dus Ah omni major clementia, in alienæ crudelitatis imaginem versa est! Heu me! ubi gemitus? 3tius Ubi lamenta delitescitis? 2dus Habent pleraque funera suas Præficas, solius rerum Arbitri funus deplorandæ Hierosolymæ ejus comitantur 3tius nec Patri Patriæ, Filioque hominis parentat urbs scelerata, ut se impiam novercam probet. 2dus Barbara Sævities nihil decoris humani reliquit Christo, at quisquamne è civibus Hierosolymæ induit hominem daturus justa dum lacrymas? O gravissimas Christi ærumnas, quia solitarias!

3tius Siquidem nullos è viventibus populis commori facit luctûs acerbitas exanimi Deo, ergo funeribus dolor inspiret vitam, cumque Abrahæ nepotibus durius silice obriguerint viscera, omnem lapidem sepulchralem moveant tragici mœroris causæ elicituræ lacrymas vel è saxis. Iam sauciata Praxitelis cælo marmora altius admittant vulnus à doloris acutissimo infligendum. Ut solidior sit planctus mæreant saxa, vero Niobes fato in se tumulanda.

2dus Probo funeris pompam, Sic livido sic vulneribus deformato Dei Filio, ut nonnisi umbram hominis retineat, quidni Umbræ supremos honores tependerint? Nimium funestæ Prosopopeiæ mortuos quoque licebit excitare. Deciduum contemplentur redibiva cadavera, et majores tumulo evocati in maximos prorumpat singultus. Adeste itaque ad tristes inferias, adeste vos ab inferis, dolete, ingemiscite, questibus confundite omnia, quietem recusaturi manes luctuosissimi, Dei filio nec mortuo, à lingua convitiante quies conceditur.

Manes è tumulis prodeunt et luctu in varios affectus prorumpente compatiuntur Christo Domino cruci affixo.

Quis in orbe terrarum occubuit hodie cujus occasum extincta sidera comitantur? Ah occidisti Sol

Admiratio

Iustitiæ, hinc Nubes hinc solem pullato amictu induit luctus parentalis. Vigilem oculum clausit æther, quod intueri nolit Titan o Hierosolyma Tyrannidem sævientem in ipsammet innocentiam. Eheu jam vixit terræ cœliq. Dominus, quid ni postquam commovit concussitq. telluris viscera quid ni mæror summus in Cœlum usq. elucetur. Age Siderum Princeps in tædas sepulchrales tuos compone radios, tantum funus, quantum hodie peragitur, dedecet ut astris minora illustrent funalia.

Indictio pompæ funebralis.

Siccine ô amor Cœlestis mundi ocia te enecarunt? Qui venisti ignem mittere in terram, ah totus friges, et orbem accendis! Letale frigus amorem tui in nostro succendit pectore, fovent ignem jam è manibus jam è plantis, jam è corde et omnibus artubus proflua sanguinis et aquæ diluvia. Amo te nunquam pulchrior quam dum pallida, livida, milleno deformata vulnere ex horrido speciosa es Numinis facies. Amo te apertum cor et prodigum tuarum opum. Trabis altitudo quid amantibus obstas, quid prohibes ne pectus Divino jungam pectori, nec aliter denuo resolvar in mortualem cinerem, nisi amoris incendio consumptus?

amor

Fortunata omnia sperate mortales, Portitor salutis vestræ, sudoris, lacrymarum, et sanguinis pelagus jam emensus, infractæ spei anchoram infigit littori. Vel certe Pontificum Summus hac trabe pontem reficit, non Tyberis fluctus sed Stygis procellas, sicco pede superaturis. Arbor hæc Dodoneâ sylvâ facundior, quot verba tot profert oracula, et oracula spes lapsas erigunt, et attollite dejectas mentes universi! Sermo altissimi è sublimibus crucis rostris sic perorat ut suadeat, ne animo concidatis, ita suadet ut moveat, et reparandæ felicitatis

Spes

non vana spe delectet.

Desiderium. Ah si dolorum amans Deus ab immani trunco, Te avellere! O si natantes in sanguine oculi, vos naufragio eripere, o si confossum vepribus caput Te rosis cingere! o si nudata solisque contecta vulneribus membra, vos murice vestire posse! Inhumane furor aestuantis animi votis concede aliquid. Ne immitibus desideriis torquear, e manuum pedumque profundis vulneribus liceat clavos atroces effodere. Ah quando, ah quando acuti dolores vos sepulchrale obtundet marmor.

Verecundia Proh pudor! nefas perpetrastis Hebraei et Romani Principes, quod a murice vestro, quod a profuso Divino Sanguine illum rubore contraxit, cui similem in vultu et animo Erebi tantum accendent flammae. Experiri voluistis an Dei Filius posset fatiscere ac demum interire! o flagitiosam o sacrilegam dementiam! quam trabeati Proceres erubescant. Quid egistis? ne vulgariter delinqueretis, eo progressi estis peccandi licentia, quo olim ficta nonnisi flagitia pervenere. Non vos puduit cum infimae sortis plebe contra Deum consentire? in eadem cum faece vulgi crimina se praecipitare? Chlamyde et tantum non verecundia exui jussistis alligandum saxo, affigendum ligno Regem Judaeorum. In denudatos Christi artus flagellis, clavis, lanceae jus dedistis, atque gravior Tyrannis est, omnium oculis lacerandos exposuistis. O attritae frontis immanitatem, o crimina probra, quae dum narro, pudor suffundit genarum pallorem; at vos in animum admittere, in solem proferre non puduit?

Terror Formidate Parricidae, crux vobis minatur

exitium quoties cum Divini corporis nutat pondere. Trepidate parricidæ, vestrorum scelerum humus conscia, gravi timore et concussa perculsa nondum ad se rediit. Securitati vestræ metuite impii Sacrorum Præsides, iniqui tribunalium Judices metuite, neq inter occidui solis umbras ignoti victuri zelo vindici. Deicidii rea Hierosolyma quocunque des fugam? etiam cruci affixus ultor Deus Te assequetur. Dubios quos te conferant et præcipites gressus implicabunt inhærentes spinæ Divino capiti. Lymphate furor necesse est, ut tela pertimescas, quibus amorem Divinum sauciasti, enecuisti.

Odium et ira.

Immane facinus, horrendum vel barbaris Gentibus execrandum admisisti Hierosolyma. Vincire, vulnerare, perdere ausa es (loquarne an detonem?) perdere ausa es Dei filium. Obnoxios sceleri homines quibus suppliciis afficiet insanus furor Tuus, si Numen crudelissimæ trabi affigere non dubitavit? Cur fulminum ultrices flammæ sacrilegum scelus Orco non immolastis? Cur nubium vindices lacrymæ non extinxistis impietatem vesana rabie inflammatam? In profundum vastissimè hiantis soli præcipitata utinam periisses urbium scelestissima, ne à terra sublimis, in aëra ipsum elatus cœli Dominus expirasset.

Desperatio

Tumultu laborantis naturæ perterrita, horrore commissi Deicidii perculsa, quo te conferes tuæ securitati prospectura Hierosolyma? Cæterum est de vobis actum est o male concordes Antistites, Præsides, populi! omnes vitam trucidastis omnes perituri. Desperate in cæcas barathri tenebras mentem dejicite hostes Christi! quàm feralis nox vobis immineat, indicat astrorum defectio. Diem vobis dicunt.

irata sidera! sed pro vestra causa quis perorabit dum Cœleste Verbum, ipsamq. Clementiam perdidistis?

Mansuetudo. Parcite jam duriores ferro clavi, saeviores acutissimis telis spinae parcite, lancea et hac ferociores linguae convitiantis populi, ah parcite exanimi Deo. Quousq. Rex dolorum in stipite in solio infami eminebit! quousq. Numen patibularium aget! Jam satis paenarum hic Divinior Prometheus dum medio in rogo extinguitur. et amplissimè diducta vulnera tantum sanguinis egessistis, quantum omnium tyrannorum sitim posset compescere. Lassasti crudelitas usq. adeò lassasti vires Domitii exercitus, ut amplissimae longaeq. trabi inniti debeant. Mitiorem animum assumite mortales alioqui ab hoc telo perituri, quo mansuetudinis regiae cor Divinum aggressi expugnâstis.

Dolor. Non me latet, quantus sit Christi dolor crux quanta sit, non me latet, immanem cruce dolorem, immanem crucem Deo, et quidem expanso metior. Quid muramini graves gemitus. cur lenta pectori insideretis suspiria! Golgotha ferocitate major, quam sua moles eminet, infamium arborum ferox solum, suppliciorum sylva sylvarum supplicium, Golgotha iniquam Dei filium è vita sustulit. Cur lacrymae non obruitis palpebras, in alto sanguinis Christo naufragante! Desaevite atroces planctus, desaevite in meum animum, invadite cor, laniate, perdite, aut potius non perdite: ut diutius sentiat se torqueri, dum lacerum Numinis corpus nihil est nisi vulnus, dum non reperit crux, quod amplius in eo cruciet.

Lætitia.

Quid agam? mærori an lætitiæ indulgebo? pi:
nus acerbum Dei hominis lacrymari, felicitas re:
diviva ridere imperat. O! ingentis lætitiæ causas!
in Styge naufragat ira, mundi salus in crucis tabu:
la enatat hodie. Mors devicta in hac trabe veluti
feretro elata est jam ultra orbis fines. Plaudite
populi, omnium animi hilarescite, jam cœlestibus
manibus Dominus exercituum admovit scalas,
inaccessam vobis arcem expugnaturus. At nemo
Victori nostro triumphalem portam erigat, sic
in acie stetit, sic pugnavit, sic vicit hostem ex-
pansis in sublimi arbore manibus, ut alio trium:
phali arcu non indigeat. In omnem lætitiam te
effunde hucusque deploranda tellus; spongia Nu:
minis ori admota jam lacrymas colligit uni=
versas.

Invidia

Tantum abest ut non vulgarem sortem invi=
deam Tibi fortunata sævities! O spinæ rosis fer=
rei clavi aureis, lancea omni victorum telo fe:
liciores. Divinum caput coronastis vepres, et ul=
tra rerum humanarum fastigia vos extuli:
stis. Effloruistis pulchrius deliciarum horto, ut
vos Numen cruore suo irrigavit. Plantas ma:
nusque Dei hominis lacerastis cruentastis cla:
vi, et plus vobis è dispectis venis gloriæ proflu:
xit, quam sanguinis elicuistis. At cor divinum
Tibi patuit, dicam iterum, cor divinum Tibi
patuit Longini hasta, pectus illud trajecisti, quis
non invideat? penetrasti pectus, quod amoris
humani sagittis vel attigisse, est tetigisse
votorum metam.

Penius Cœlestis

Manes pientissimi capite in pectus demisso gratum se vobis Numen exhibet. Iam tandem peracta est Tragœdia, sed velum in duas partes scissum ostendit nequit. In monumenta vos recipite, subite limbi, subite penetralia, Deus hospes aderit, abesse Domo vetat Pietas, non ad speciem officiosa.

Epilogus.

Si minus felici eloquentiâ adumbravimus mœstissimum super Numine excruciato umbrarum dolorem, parcet Laudit Sapien: Redivivâ olim, atq; iterum tumulis reddita sanctorum corpora animavit Suada nostra, ut eadem nimiem luxisset Deum. Sed utinam nos singultus et gemitus exanimâssent, sic materiæ doloris par contigisset nobis Oratio. Dixi

DECLAMATIONES POËTICÆ.

Declamatio Sabbathiva De Morte Ludovici XIV Regis Galliæ.

Signaculũ super Cor Nomen IESU, quo Ludovicq XIV Rex Galliæ à mortis corruptelâ æternæ se obsignavit perennitati, dum suum post fata Cor Societati donavit.

Prologus

Ludovici XIV Galliæ Regis serenissimũ fung ingentes Lacrymæ, Auditor Sapien:; nempe æquũ non est, ut careat planctu ille, qui toties hostili sanguine mæstũ Galliæ vultum absterserat, uniusq Regni lacrymas prohibuerat, ut pluri~~um~~ luctus post fata haberet Regnorum. Itaq & Apollo noster in partes planctûs evocatq concedit lacrymas, & ad exuvias Principis ex corde amantissimi pullam induit. non aliter lacrymis parciturus, nisi Tu Aud: Sap:, ubi in Parcas invectivas proment Poetæ, liberali gratiâ parcas errantibq.

Protasis

Mors Regis symbola, Coronam, sceptrũ, aliaq insignia deturbat. Lilia Galliæ falce demetit Gcinente Choro

Heu misera mundi scæna
Quam deludis sors amæna
Vitra, unda, fluxa bona,
Sed plus mundi falsa dona.
Regum purpura pallescit
Auri jubar quam nigrescit
Sceptra, poma pede spernit
Regis flores mors prosternit.

Genius Galliæ

Heu! quid agis? fatale malum! cur lilia tangis?
Lilia Gradivi non violata manu!
Quæ niveo fuerant semper candore notata,
Pro dolor! æternis jam tegit umbra notis!

Quid flores meruêre sacri! Divina propago!
Hæc manus excoluit, Lilia casta, Deo:
Hæc Superum Princeps formavit sceptra, dedit[que]
Symbola, Regali forte tenenda manu.
Et tu sacrilego audes mors violare tumultu,
Delitias Floræ, delitias[que] poli!
Hæc non digna tuis Regnorum lilia dextris!
Nec benè conveniunt candor & umbra simul.
Illa tibi mors sceptra tene, quæ Raptor averni
In sua Dis atrox regna tremenda dedit
Floribus his Numen sacrum vestivit Olympum
Et dedit Agnello pabula casta suo.
Floribus his sacræ gentes sua tempora cingunt
Et niveæ pacis tempora grata colunt.
Floribus his Regum surgit numerosa propago
Et cum lacte bibit dulcia Regna suo.
Fecerat hæc meritis Ludovicus maxima summis
Lilia, temporibus floridiora suis.
Ajacis haud pariter calido de sanguine flores
Prodierant, quali hæc lilia parta nitent
Martius hæc sudor non fonte nec amne, sed atro
Illuit hinc laurus messis opima fuit
Orbis erat totus Ludovico campus, amœne
Quo lusit bellans, florida prata putans
Non dederat pigrâ mollescere lilia pace.
Hic odor est gratus Sardanapale Tibi
O quoties fuerant hostili sanguine picta
A cædente tamen non rubuêre manu
Lassâsti quoties dextram Ludovice per hostis
Innumeras strages, lilia tincta quibus?
Lilia quæ Regio nunquam rubuisse coronam
Visa, nec à Martis chalybe flexa gravi!
Seu Vulcanus atrox vesanis æstibus ussit,
Seu Boreas buccîs flaret acerba suîs.
Non cessêre malis fortissima lilia sævis
Quæ Ludovice Tua visa stetisse manu.
Heu dolor! heu ingens tenero sub pectore vulnus
Lilia cupressis nectit acerba manus.

Apodosis

Aperitur Mausolæum, ubi Cor Ludovici infidum Homini JESU, tanquam in nidulo requiescit, præcinente Choro.

Genius Societatis

Secula non laudent veterū monumenta virorū,
Queis simul in tumulis, mortua fama jacet.
Non gemmata suum miror Cleopatra sepulcrū,
Marmor ubi lacrymis gemmea fata fluit;
Nec Mausole suum cælesti fornice tectum
Miror opus, quod nunc vastior umbra tegit.
Consortis dilecta sui Arthemisia Conjunx
Visceribus, fecit viva sepulcra suis:
Hæc Ludovice suū superat monumenta sepulcrū,
Pro cunctis unū hoc, fama loquaƶ opus.
Marmora parva suo lachrymis sudantia gemmas
Sunt tumulo, lapides sint adamante graves;
Et riguo quamvis tumulꝰ durescat obryzo
Jaspide, Chrysopraso, Sardonyoq́ gravi.
Volvat cum lacrymis Indus, Gangesq́ procellas,
Quæ gemmas spument, perq́ coralla fleant,
Et quidquid posset cum tempestate doloris
Deplorans pretium volvere mente Tagus.
Exiguum est mundi tanto pro Rege sepulcrum,
Cujus Cor toto vastius orbe fuit,
Immensum superans mens vasta Solumq́, Saluq́,
Implevit meritis solis utramq́ Domum.
Hinc superest nullus condendi marmore Regis
Sarcophagus, tumulum sol facit ipse DEus.
Mortalis non dextra valet signare sepulcrum
Depositi firma est nominis Arrha JESU;
Si domus est JESU sublimibus alta columnis,
Rex Ludovice tui hæc Regia cordis erit:
Regia sidereo soliô contermina Regi,
Dignus ut hoc tantum sis Ludovice loco;
Nam tibi terreni tam vasta potentia Regni
Per meritum facta est, quantꝰ ad astra gradꝰ?

Nunc jam Phoebe tua descendas arce, thronoq;
Sol melior mundo jam Ludovicq erit,
Illustrare suo poterit sublimia vultu
Pegmata, per Jesu Nomen habendq jubar.

Epigrammata.

1

Quæ pretiosa latent, firma signant ab arrha,
Grandeq depositum, stemmata magna notant
Corde suo Lodoix quam mens ptiosa latebat,
Depositum signant stemmata summa DEI

2

Humanū superas pretiū Ludovice, nec aurô,
Non cedrô dign, ń adamante tegi
Indignum quidquid terræ est, tua tangere corda
Sola quibus fiscū præbuit arca DEI.

3

Cor Ludovice suū divino a Nomine clausū
An poterat tumulo nobiliore tegi?
Non apis electro jacuit pretiosior illo,
Quod lacrymans fundit populq ampla mari;
Electri tumulus non est pretiosior isto,
Qui tenet electum Cor Ludovice suum

4

Desine flere suū tristissima Gallia Patrē,
Non poterat morti succubuisse feræ,
Cor primum vivens spirat post fata supstes,
Cujus vita sacrô Nomine scripta DEI.

5

Littera vivificat scripto firmata perenni

Nec moritur quisquis dignus ab orbe legi
An Ludovice tibi poterat mors tollere vitam
Nomine cui proprio dat monumenta Deus.

6

Regia solis erat sublimibus alta columnis,
Haec Ludovice tui Regia cordis erit
Fallor, in aethereo parvum est tibi sole locari:
Grandem animum, proprio Nomine Numen habet.

7

Non maestis dignus lachrymis Ludovicus, at illis,
Quas solet à viso palpebra sole dare;
Cor radiat cinctum Divini nominis aestu,
Hunc spectans solem Gallia laeta flevit.

&c.

Epilogus.

Mysterium Fidei Sectariae Homo-Daemon.

Prologus.

Hodie religiosus Apollo noster sapiet, dum sectariae
Fidei mysteria, suis expunget jaculis, telis confodiet,

vestrisq́ averni spolia subjciet pedib, & oculis Auditorum Religiosissimi Zelosissimi. Audivimus extra Poetarum commenta, ludicro tragicam metamorphosin, seu verius grande Heterodoxæ Fidei miraculum, recludite corda, arrigite animos, aures acuite! ad tanti perceptionem mysterij. Abeat orbis in paginam, in sepiam oceanus, ut sectariæ fidei articulus inscribatur. Quod illud insolens adeò mysterium evolvemus SS. AA:, dum Homo dæmonem pseudomystam furni avernalis penicillo depictum demonstrabimus. Ille, ut Orthodoxum agazonem suo inscriberet cœlo, seipsum inferni fuligine denigravit. Dæmonis larvam & genium induerat, ut perversa fidei dogmata per solas inferni technas famulo persuasisset; Et persuasit ad motum sanè efficacem, dum trituratæ cereris fuste à tremefacto quassatus agazone, mentis emotæ tenebris, simul è vitæ statione Orator ad motum excessit, Jocusq́ abijt in tragœdiam. Satyris infernalem Satyrum persequemur AA. SS. dabis animum ludicris, qui serius assuevisti.

Recluditur cortina, Rusticus triturat segetem, Cacodæmon saltat, terret, fugientem sequitur, signantem Cruce irridet &c: tandem fuste intra cornua percutitur & necatur.

Epigrammata.

A

Excutiens cererem, dum lassus agricola sudat,
Ecce repentini dæmonis umbra stetit,
Hic timet, iste salit Faunos imitatus, & Euros
Cum fugiente fugit, cum redeunte redit.
O furia infelix! (tremefactus dixit agazo)
Et tibi quid mecum est, dira propago Stygis?

Heu pereas! pereas! cruce me communio sacra
Orthodoxa, fides me modo firma juvet
Dixit, et intrepidus torvum inter cornua capro
Juste, quatit valido, quo fuit icta Ceres,
Cedit, at ille cadit, jaceas tibi dixit avaro
Umbra tremenda. Jocum non amat ipse labor.
Dicite! nunc malus bene juxta Biblia vixit
Granum frumenti, mortuus ille fuit.
Granum frumenti! sed quo se pascat averni
Cerberus: hic panis fusse paratus erat.

2

Induerat furiam lutherus pseudo sacerdos,
Dæmon erat vultu, dæmon et intus erat
Hac Lutheranæ fidei miracula, dum fit
Mortuus ex vivo, fit modo dæmon homo.

3

Inferni titio larvâ se texerat Orci
Dæmon homo fuerat, dæmone major erat.

4

Mendacij pater est dæmon. sed credite: vultu
Hoc; non mendacium Dæmonis esse jocum.

5

Cornua dæmonij posuit sibi vertice mysta
Biblicus interpres pollebat acumine quæso?

6

Dicite num plene caput hoc sapientia texit
Impletum paleis hortea fusse probant.

7

Grattum erat impacto contus, fuste sacerdos
Grandi, quod dirâ Sisyphe mole teras

8

Malo decepit primus veterator, at iste
Malum n habuit, pessim, ipse fuit

9

Prolo Doctoris monumenta impressa porant,
Hujus Doctoris fuste premente typus.

10

Edocuit populos conscendens pulpita doctor,
Credite: post fustem doctior ipse sapit.

11

Finalis tibi nulla dat sacra unctio docter!
Ultima sed tibi nunc unctio fuste data.

12

Qui cœnam Domini dispensas false minister,
Reddit æterno vespere cœna tibi.

13

Spiritus est tenuis sine carne aut ossib, ullis,
Ossa tamen fregit spiritus iste sua.

14

Credite: debuerat nunc os ex ossibus esse;
Sic quoque scriptura verificata bene!

15

E fuste caput terit ceu sparsa per horrea messis,
Quis caput hoc renuat papperis esse domum.

16

Humanam speciem stultus postquam exuit ille
Excussit cerebro vertice popa suo.

17

Nomina Sanctorum fert apotheosis Olympo,
Huic sacro radius fuste reflixus erat.

18

Dæmone plus fecit Lutherus pseudopropheta,
Biblicus & doctor dæmone pejor erat.
Angelus est dæmon qui trans se luce figurat,
Angelus umbrarum tetrior iste fuit.

19

Mysta, mynistellum se fecit spiritualem,
Dæmon erat, sic & spiritualis erat.

20

Pseudo Oratoris quam vera Metaphora mysto,
Dæmonis in speciem transtulit illa hominem.

21

Dæmone natus erat Xsti sacra verba profanans,
Nec poterat talem mysta negare patrem.
Namque oculis, vultu gestuque simillimus illi,
Degener à proprio non erat ille patre.

22

Monte Thaborico sacra transformatio Xsti
Visa fuit. Christi simia dæmon erat.
Namque ministellus factis sua Biblia testans,
Sic Evangelicus prodigiosus erat.

23

Littera sacra quidem fidei dat dogmata firma
Littera Luthero nigra litura fuit

24

Symbola Doctoris penna est instructa, sed hujus
Doctoris pennam, dæmonis ala dedit.

25

Ornant Doctores quadratæ cornua Mytræ
Cornua dæmonij pulchra tyara tibi est.

26

Ex pastore sacro caper est cornupeta factus
Prædier; o casti dux caper ipse gregis.

27

Doctor eras Pastor; doctrinam fuste probasti,
Capit tale tibi, quale bifurnus habet.

28

Lydius admistum purum quoque comprobat aurum,
Te, num dæmon eras, fuste probavit homo.

29

Dissidium fuerat naturam dæmonis inter
Atque hominis, duro prælia fuste cadunt.
Lisque dirempta benè est, nam grandi fuste peremptus
Succubuit dæmon, victor abivit homo.

30

Quis sit per superos, perque omnia sacra petenti;
Nil respondebat Ludio falsidicus:
Sed tacuit, quamvis ficto sub nomine dæmon
Sanguine se loquitur, cæde probat homo.

Hactenus adversos casus mihi satago risi,
Sed, cum, tristant Numina, flere juvat
Flere juvat, plorare decet, Democritus ergo
Triste dolente Deo gaudia pello procul.

Inductio 2da

Amor comprehenditur in horto.

Cantus.

Nuntius S. Casimiro significat à lictoribus Amorem deprehensum in Horto.

Ibam per hortos, & rosis pictas domos,
Ibam per aulas, & viridis atria maij,
Ibam per agros, & novi veris pagos,
Ibam per infans Chloridis natum nemus,
Ibam per liliorum candidam rempublicam,
Et purpuratos proceres amœni hortuli
Per castra, per regna, Patriamque, per & levem
Florum Senatum. Blanda cumque cernerem
Solatia, voluptatesque, risusque hortuli,
Et innocentes carperem manu rosas,
Et in corollam, quæ meum posset caput
Ambire, Floram necterem, et dum cogerem,
Ut inter amplexus, et aculeos rosæ
Dediscerent, assueverant quibus diu
Pungendo spinas. Sub rosis latuit amor
Et pertinaces inter hærebat trucis,
Rigidæque spinæ compedes. O quanta ibi
Risere mecum gaudia, quin ibi leves

Plausere risus. Ergo latentem carnifex
Et implicatam sentibus prdam ~~...~~ cepit,
Et inter hortos comprehendit, quē integro
In orbe quærit & invenire non potest
Humana amorū cupiditas. Quis hinc dolor.
~~Prdda divitem, quid jam deest!~~
~~Tibi! Prdda si tua fit amor~~
Casimire, si tuus jam prdda cadit amor.

Inductio 3tia.

Sanctus Casimirus comphensū amore Divinū in horto à lictoribus aquærit, et pro eo captivari expetit.

Ah dolor! ah luctus! amor è phens, in horto
Divinus diro fune ligatur amor,
Fune ligatur amor, qui cordib, ante parabat
Vincula, qui mentes stringere doctꝰ erat
Ergo! non poterant Christum defendere flores?
Nec poterant flores occuluisse DEum?
Tulipa si flavet, flavent si lilia, pallent;
Si pallent certè, bella cruenta timent.
Non in bellā rubet, dum se rosa sanguine pingit,
Sed rubet, ut peat sanguine fata sua.
Lilia candebant, albebant floribus hortus
Omnia cum Christo prodere candor amat.
Quando salutabant æternum Lilia solem
Prodidit acclini vertice, Flora DEū.
Solvite lictores, nec captiveris amorem,
Fiam pro Christo vinctꝰ amore meo
Nil furor errabis, quamvis me compede stringis
Me quamvis Iesu vincula ferre coges

Christum corde fero (Christum si tanta cupido est)
Jam captivus ego pectore vincla feram
O ego pro Christo fiam pero præda vel obses
Me captivet crux, vincula, spina, flagra.
O me felicem tali diademate Regem
Hæres sit capitis spina corona mei
Orbis me Regem voluit vidisse polonus
Jamjam me Regem spinea orbis habet
Vincula libertas & honos & gloria colli
Colli fiet abhinc dura cathena mei
Hæc me cognatum facient, hæc vincula, nexus
Hic consanguineum me facit esse Dei
Hoc sceptro domina subdam mea corpora menti
Et plus quàm mundum cum mea fata regam
Ah descende precor! didici te Christe magistro
In Cruce suspensas tendere posse manus
O dulces clavi Casimiri figite dextras
Figite quæso manus, figite quæso pedes
Mitte Deus clavos, et cum descenderis, oro
Ipse Tua Jesu me crucifige manu
Tu me crucifige vicemq́ remitte scelesto
Sic quod in hac fixit Te mea culpa cruce
Utq́ Tibi fiam similis per et omnia compar
Perfode cor hasta, perfode melle latq
Christe moras fallis descende, crucemq́ relinque
In nostras clavis posco venite manus
O dolor! o lacrymæ renuit descendere Jesus
Sub pedibus fixis forte jacere jubet
Majorem mihi Christe Crucem non dando dedisti
Crux est me nihilum, Te patiente, pati.

Epilogus.

M. Josephi Tuchotka

Annus Poëticus 1716 in 1717

Praefatio Poëtica.

Postquam res Asiae Priamiq evertere gentem
Immeritum visum Superis ceciditque Superbum
Ilium, et omnis fumat Neptunia Troia
Diversa exilia et desertas quaerere gentes
Augurijs agimur divum &.

Primum nobis fumantia Ilij rudera, ad excelsum Parnassi culmen fecere aditum. Auditores: Primum posuere gradum, fatales Heroum noxa et conjurata in Priami gentem fata, ut antequam Triumphales lauri emerita coronent Capita, ferali Cupresso Submittere verticem Sit necesse. Nondum dulces Heliconis latices libavimus, et primis labris, permistas lachrimis undas, exundantia cruore vada cogimur degustare. Nondum Apollinis adusti lumine, et tristi mortium nebula inumbramur. Cecidit Ilium! Collisus permiscue personat fragor, et Aures fatigat quas dulcior mulcere Chelys debuerat. Hiant Dardanidum vulnera, et dolor Phaebo dicata scindit pectora. Fumant Neptunia Troia et lachrymas.

elicit abeunt in pallorem Colores Oratorij atro paginae tinguntur Cocyto. Vel ad solam immensae cladis memoriam nullam perennitatis faciem divina praeferre videtur Poësis, ea enim collabentis orbis ac Urbium inter exempla regnorum funera quid non timendum etiam in regno Sapientiae! Ergo ne triste adeo auspicabimur exordium ubi fatalis infertur Conclusio? inter inflatos exosa putredine tumulos Parnassum erigemus vel ascendemus! ubi omnia horrore personant, gemit sub cladibus terra cum Hortensio deliciabimur? diffusa Erinni Lethen non latices Castalios propinant funera. Minime vos Neovates ab artium liberalium proposito haec deterreat procella, minime torqueat tristior imago. laetiores sumamus vultus, ac invalescentes inter lacrimas, tepicas attollamus mentes Cymmerijs è noctibus ad lucem Aspiremus Sapientiae. Etiam inter maxima pericula tutior perstat Poësis, inter periclitantium Naufragia, Syrtes ridet, quam Castalij abluunt fontes, laethaeus non immergit latex. Imo si dicendi Argumentum in Animum inducere placuerit, ehae inter ruinas aliorum Divinam assurgere Poësim demonstrabo.

Ignosces saepius labenti dictioni Auditor Sapientissime novi gradus faciliorem praestant lapsum. Quod si tamen ad tuas corruet plantas melius fortunato casu nostram Poësim assurgere auspicabimur.

A capite propositi exordior argumentum. Primos mihi ingenij partus Palladis praebent incunabula. fasciae nexum praestant pro domo sua Oratori. Inter regnorum rudera ac ruinas demonstraturus Poesis incrementa,

primum ejusdem inter Jovis vulnera, ortum investigo. Commentum est (quod e Castalijs fontibus emanavit) Minervam e Jovis natam cerebro, vitam a Capite inhoasse; ut ceu relicto caput corpori ita Scientiarum Præses eminèret. Felicem ingenij partum qui non aliter vivere didicit nisi ingenio. Versatile (licet non versutum) in Minerva ingenium nemo non ambigat; Volubile esse debuit quod a Divini sphæra capitis traxit originem. Adeo nec ipsis numinibus exosa Sapientia quam proprio fovent in cerebro suum illi præstant incrementum et crescunt Scientijs, vi=les instaurant gemmis Cunas conchilia et a nobili partu sumunt pretium, abjecta terræ rudera aurum procreant et avidos in sui venerationem inducunt mortalium animos Pallas Divino prodiit e Capite, et doctius Jovis Cerebrum adoratur. Habes quam invideant Sæcula immortalitate O Minerva! primigenias ad Jovis cerebrum revocas Cunas nil mortale passura cum mortalibus vel regnum ipsu ambis immortale. Infra tuum ortum est quid quid nobi=lissimum. Orbis numerat in natalibus. Pondus plerisque ad perennitatem est, sanguine longo censeri longaque majorum serie atria distinguere, ad fumosæ Patrum imagines umbram fatalem porrigunt, serosq nepotes properantes fati admonent nec vero faciunt immortales; redit in Occasum ortus mortalium: tu ad immortalitatis documentum numinis Ceras revocas. Quo non insaniæ processerat Caligula ut mortalitatem exueret! Deorum Apotheosi se inseruerat quem pridem Cælo ac Regno Tyrannis excluserat, Deorum delubris propria aptavit Ca=pita et se stipitem absq Capite demonstravit; Minerva Divinum crevit ultra verticem et nemo est qui dubitet

illam de sua immortalitate nobili triumphare in Capitolio, nemo jam clarissima oriundam stirpe denegat, quod ut splendidius in lucem edi posset, Divini lumen ingenij parentem se præbuit quod illam accenderet animando. Non est cur radiorum miretur originem: hic enim e vertice descendit Apollinis; Pallas Jovis imo ceu Musis amica Aurora ex ipso ortum trahit Sole. Non tamen sine vulnere acuta prodiit Minerva: Vulcani malleo caput Jovis cruentari debuit, ut tam nobilis sanguinis profflueret. Sic supra Jovis captum fuerat sapientia ut ad primum conceptum divinum frangi caput debuerit. Ni dixerim: subtilissimum conceptui inerat acumen, quod verticem cruentavit. Non jam damno codicibus a Tyranno pugionis alteri gladij indita nomina si adeo sauciant scientiæ: nocuit Pallas proprio parta ingenio. Crederem Jovis prodijt Minerva e capite et vacuum patet, grande vulnus ubi jam non nascitur sapientia. Sed in publicum prodiens nobiles cunas loquitur sapientia quidquid tribuitur Palladi totum in suum redundat caput.

Ad quorsum ego Divino capiti instauro cicatrices? quid acuminibus dilato vulnera? satis sit demonstrasse Pegaseam Minervam etiam inter vulnera nasci inter ruinas aliorum crescere. Etiam tepentis cruoris guttæ nascentem abluunt nostram probalneo Palladem, non immergunt. Capitale in cunas sternitur exitium non incipientem impetu obruit scientiam.

Partes hictuas velmaxime agi gemino illustris Capite Poëris Calissiensis affirmabis. Docto mucrone crus entatum Lubinianum Caput pro te militat et vulnera sustinet ut assurgas. Quot pretiosi fundit guttas sanguinis, tot divite perfusæ rore florent laureæ. Verius hoc profluvio doctam emanare Palladem suspicimus, eruditos fundi latices experimur. Dixerit fabulosa antiquitas lethifero è hydræ sanguine plura generata Capita ut demonstraret quam inquovis sui parte monstrum fuerat Capitale. Certius simulq fortunatius, quot cruoris profluunt guttæ tot laureata emergunt Capita. Alijs ferrum communem lucem eripiat vitæ, nostram tamen infixum Lubiano Capiti telum magis illustrat Palladem. Cresceret in immensum dictio si nostræ incrementa Poëseos, nobili emanantia profluvio referre velim. Sed jam quispiam vulnus obducere parat. Sit sane non desfendo, cum jam meum licet non sine vulnere defenderim propositum etiam inter ruinas aliorum Divinam crescere Poesim.

Quod si tamen dictionis veritatem patulo loquens vulnere adhuc non evincit caput, fidem appello Alexandri. Magnus ille totius victor ac terror orbis Macedo, illis manibus quarum una Orientem altera tangebat Occidentem. Hos meri tenuit Iliadem et amore illius tenebatur. Dicam potius victas manus dedit in Iliade victrici animis

morum Poësi quam supra manum suam eminere fecit Tantum scilicet apud invictum Regem Poesis valuit ut illi Orbem superantes manus submiserit in Homero Dextram illam quam Orbis adaequare non valuit Ilias supregressa. cadebant igitur integra cum regibus regna et Poesis assurgebat. Inter naufragia Principum velificabatur fortunae Alexandri illa fortunatas in manu supremi Principis tenuit Insulas. Deformabat instantis mali metus roseas pallore genas ad omnem casum Alexandri erectus vultus magis adhuc literis impalluit. Dignus qui vinceret cum quo erudita Pallas inter Universi arma tam gloriose militabat. Horridae Orbem involabant infortunij noctes. Pellaeus Juvenis cum attica volucri vigilabat. Trojano onustior equo Bucephalus fastuoso terram calcavit pede et verius ad ejus plantam, quam Pegasi ungulam docti latices promanabant. Saevijt Aquilonis vigor et adversis minervae olea firmata austris. verbo complectar omnia inter ruinas aliorum crevit Poesis in Iliade.

At parum dixi prosternente regna Macedone Poesim inter aliorum crevisse ruinas, nobilius ipso cadente Alexandro assurrexit. Quoties devictus a Morpheo ruebat Alexander, demissum Ilias verticem sustentabat. Expendite augusto Macedonis de pectore victoriam Poesis, totum se victor orbis projecit in Iliadem totum Ilias sustinuit Alexandrum, cujus animum ita occupaverat ut sibi fecerit

ad finem. Sicq Iliadi summe adhaesit Princeps
animo ut nec quieti concederet nisi coronatam ei
demiserit verticem. Quasi somnus etiam non aliter
veniret Principi quam ut ab Iliade inclinato peteret
capite. Quanquam etiam ad somnum compositus
vigilare potius non indormire ad ostium Iliadis vide-
batur pro quo regale suum opposuit caput, capiti illam
supponendo. Cadebat igitur Homeri excogitatus Ma-
cedo acumine sed fortius Poësis assurgebat. ruina
haec sublimis fuerat qua Ilias sustentabatur. Inde
enim augustior redibat Poesis ut pote quam tantum
totq laurearum ferax caput veluti victricem adoraret

Et jam mihi ad commendanda Poësis incremen-
ta satis demonstrasse quod cui parvus orbis fue-
rat, ultro illum assurrexerit Poësis. tuum est demon-
strare Pegaseae minervae amor, flos Athenarum,
Sarmatiae decus, vernans Lycaei gloria Polona
Neovatum Indoles, etiam nunc inter fluctuantes
regni procellas desflendos Patriae casus Poësim
nostram posse assurgere. Iam in Sarmatia velut
Priami spectamus in Imperio, luctuosa Urbi-
um rudera nutantium turrium pondera caedes et
funera. Ruunt Provinciae nec alia collisus
dat signa fragor nisi Poloniae concidentis. Hiant
intestino bello lacerata Reipublicae vulnera, nec aliud
per scissas dissidijs transparet rimas nisi letha-
le vulnus et excidium. Tonant ubique ferocis

fulmina mortis et majores procellas indomitas tempestates ominantur. Submisere oblivioni caput arces et suo pondere decrevere turres fidemque non servarunt structoribus æternum quæ stare debuerant. Quid inter hasce tristes fatorum imagines agas Lechiæ soboles? otius otium exue, ignaviam excute, minervæ sagum indue. Pharetras evibra Apollinis quibus funestum excouties fatum, interque aliorum ruinas, Poësis excrescant laureæ. Dixi.

Nova Regis inauguratio

Seu Poema de Beatificatione Ioa: Fr: Regis post Ludovici Regis Galliarum obitum

Ite truces gemitus damnataq tempora luctu
Annuus exactis currens si mensibus Orbis
Funereos vehit axe dies queis Gallia magni
Fatales Lodoici obitus, clarumq cadaver
Exanimi coluit luctu cecinitq camenis
Non Regum jam busta queror, memoratq dolores
Melpone, non vatis bibit atram penna paludem
Non tristes instauro elegos optata renidet.
Tempora, mite caput faustissima porrigit ætas
Et fortunatæ resplendet sortis imago
Jam veniunt sine nube dies jam terra serena
Sidere clementis, sumunt exordia fasces.

Et tituli surgant laetos revocantque cothurnos
En Parid qui civis erat, jam civibus exstat
Altior, et terrae moli supereminet undas
Franciscus: superum fasces soliumque capessit
Virtuti dotale decus. jam sacra corona
Ambit inire caput meritamque urente pyropo
Claudet (quam probitas caelestibus intulit astris)
Infrenare comam geminant sua numina vota
In plausum coiere poli, micat obsequiosa juventus
Aligerum, sertisque comas ardentibus aptat
Laetaque cum caelo sortitur gaudia tellus.
Et pietas facies radiis frontemque coronat
Hac ego sceptra canam laeto magnumque renasci
Fascibus orbatis referam modulamine Regem
O mihi magnorum modo quis penetralia vatum
Suggerat et solitis intendat barbita regnis.
Muneris obsequium possim queis Principe dignum
Praestare et cunctis Franciscum dicere terris
Castalidum nymphae Phoebi turba senatus.
Vos o Calliope importuna silentia cantu
Rumpite vosque precor tenues supplete cothurnos.
Cesserat imperiis fati suprema potestas
Francigenum attritum decus imperii et Lodoico
Omnis in uno extinctus honos doluitque
Gallia Rectorem populi seseque recondi
Jamque rogos complexum incumbentemque favillis
Aspiciens titulis lacrimas majestatique querelas
Miscuit et mediis cecinit lamenta tiarisque

Atque comis miserande spartis vittisq solutis
Horrida et atratè gradiens quo sospite visa
Crexisse caput tanta mæstissima clade
Corruit exanimi luctu, flevitquè ruinam
Cum dea quæ medios hominum se fundit in actus
Tristia dispergit felici nubila vultu
Et dubijs successum adfert providentia rebus
Arbitra difficilis causæ, post inclyta Regis
Funera, ploratos fatali carmine manes
Obtulit orbatæ sese, qualis sine nube videri
Lux solet in sudo splendens post nubila Cœlo
Cynthius aut obscuri emensus plaustra Bootes.
Irridensque truces gemitus tum talia fatur
Gallia magnorum Genitrix fortissima Regum
Nobilis Europæ unio, totus quam orbis adorat
Nec simplex veneratur ebur, cui poplite prono
Regna cadunt fortis parent confinia plagæ
Pectore turbato quid fundis verba dolorum
Et lacrimas misces Cineri? quid busta querelis
Mæsta reples gelidosque rigas flagrantibus undis
Principis extincti manes, desiste lamenta
Nec plus surreptos deplores Præfica fasces
Sume paludatos cultus frontemquè serena
Inspice obscura texit quam nebula noctis
Tolle coronatas crispas, melior fortuna maritat
Te viduam facilesque Deum clementia vultus
Explicat orbatæ et damno felicior exstas
Principe privata uno quereris? jam Patria Divum
Evades Regum viduatis fascibus auctus
Crescet honos graviusquè micans consurget abum bis
Vix ea funereum solium matrona relinquens.

Progreditur superatque gradus dextraque prehensam
Gallorum Patriam quæstus lachrymasq cientem
Ducit fronte pari præcurrens passibus æquis
Pulchra ubi stelliferi surgunt conclavia Cæli
Hic miro ætherei fulgent splendore penates
Et superum radiat solium distincta trichoris
Atria, magnorum pandunt spectacula rerum
Hic tollit sublime caput crystallina turris
Sidereas accincta faces hic lumine multo
Astra nitent Phœbo non decessura comanti
Nil tamen humanum nihil hic mortale resultat
Nempe nec auratis resplendent mœnia gemmis
Divite nec fulget moles operosa metallo
Non aurum pallet spolium non nobile bruti
Surgit ebur locuples fastidit humillima Cælum
Contemnit nitidas gazas quibus æmula tellus
Se superis conferre audet meliore renidet.
Nobile materia tectum nec dicere possis
Quale decus referat tantum quos promit honores.
Quæ renovat rutila fulgentia luce theatra
Purpureum jubar placidis deducit ab astris
Sedibus in medijs ubi surgunt intima Cæli
Erigitur solio Dominus quem castra gradatim
Aligerum cingunt circumstat ordine longo
Divini proceres, propiora sedilia Regis
Hominis Apostolici stipant bissena senatus
Succedunt proprij decorat quos sanguinis ostrum
Illinc sacra cohors Patrum fuerat præsaga futuri
Mens quibus inde adstant alij rursumque locantur
Præbuit insignem virtus quibus inclyta palmam.

Quid cunctos memorem Sancti cum copia coetus
Exsuperet numerum spectetur plurimus ordo
Huc ubi devenit non cessans Gallia fletus
Lucis inasvetæ nimio perculsa nitore
Obstupuit visus lachrimæq per ora volutæ
Clara repercusso reddebant lumina Phœbo
Gemmarum radiantes instar. Iam inscia fati
Solum eas defixos tenet ad spectacula vultus
Cum nova promissæ resplendet sortis imago
Exoritur clarum ignito super ordine sidus
Qualis purpureo diffusus lumine Titan
Surgit ab occiduis plagis. Faciesque pyropis
Emicat innubesq oculi plumataque multo
Vestis inauratur Cælo, pertexitur astris
Iam plusquam Phrygiana chlamys fuscata colore
Pallia sint quamvis nigrisq simillima nocti
Ex astris traxere diem sic emicat unus
Et quidq superis tribuerunt astra decoris
Solus habet Franciscus, fas pervadere Cælum
Et cunctis miscere globis, lustrare Triones
Illum et majores cernes superare nitores
Titanis si visat equos sol ipse quadrigas
Cederet huic Phlegon collum quoque flecteret Æthon
Ipse pati Pyrois vellet Eous habenas
Tum vero ductrix vocem matrona resolvit
Nunc age magnanimi regni arbitra Gallia spectas
Annuat ut Numen votis faveatque: quid ultra
Spem trahis? en facto Cælum studet, accipe sortem
Dive propinquantem, vestrumque in fœdus ituram

Cernis in ignito Sidus prælustre Senatu
Luce nova radians! o Sidus amabile Cœlo
Optatumque jubar! Lux o faustissima Gallis
Sub qua purpurei sument exordia fasces
Et melius Patrio flagrabunt lilia prato
Est hic Franciscus, Patriæ generosa propago
Inclyta Gallorum Soboles Cui Stemmate longo
Descendit regalis honos: huic lactea pressit
Ubera relligio ac Sacro Cunabula tinxit
Murice et æternos puero jam vovit honores
Viderat hunc livens Sortis præsaga futuræ
Eumenidum rabies minitantibus aspera tædis
In primo ortu cupijt Subducere Sidus
Sæpius e teneris ereptum fascibus atrox
Allisit terræ Regem pluresq̃ nocendi
Struxerat insidias verum fortissima cujus
Tota Sub innocuo consedit pectore virtus
Non illum geniale malum, non ducta profundo
Vis erebi Sacro valuit turbare Senatu
Fortior alcides Stygios Superare Dracones
In Cunis didicit. Stringere crepundia nervos
Et conjurato processit victor ab hoste
Nondum vernabant prima lanugine malæ
Imbelles nondum pressit prætexta lacertos
Illi cum tenero probitas maturior ævo
Et castigatæ collecta modestia frontis
Enituit: Dum Pierijs permitteret ævum
Collibus impubes habuit quod disceret ætas
Par licet Annorum Sed numero moribus impar

Singula complecti caperem, ut maturius aevum
Ignea perfecit probitas, ut Signa Secutus
Lojola ut Spreti fasces, tot nomina recti
Virtutumque choros, nisi se densissima nobis
Factorum offerret Series, laudisque perennis
Diluvio obrueret. Feruntur tempora dictis
In terris, Patria ventura nescia Sortis
Mens hominum lacbrimis flebilia fata rependit.
Nunc age secedant gemitus satis usque malorum
Jam satis indignos magni post funera Regis
Instituit fletus, celsis gens clara trophaeis
Conspirent animi, cum Caelo sentiat Orbis
Sidera cui faciem decorant cui textile lumen
Verticis exurit frontem diadema capessat
Sacraque Divinum, Sidus corona serenet
Haec agit: et genitrix Caelo pulcherrima laudum
Evolat in terras, it missile lumen ad Urbes
Gentibus invictis celebrat praeconia Regis
Corporis id virtus quoque plus quam humana probavit
Nec mora: jam dominos gens fastidire Philippos
Et gemitus Patriae non plus praestare parenti
Incipit in solo quaerens solatia Regis
Concordi voto generosâ voce salutat
Franciscum ac facies frontem indulgente coronas
Clemente exornat, radijsque ardentibus aptat
Seque simul credit proprio cum Rege beatam
Tunc totus fertur Gallis applaudere mundus
Et Tethys et tellus et felix Regia Divum
Gallia festivas in voces ora resolvit

Me quoque tangit honos Regis tuus. et mihi quanda
Summa libens inter communia gaudia partem
Tu modo grande tui nomen dum nostra laborat
Promere vox incerta loqui tu maxime Regum
Quamvis digna minus ne dedignere canori
Psittacus et majorum inter simulacra locatur
Turba licet vili Regem sermone salutat
Tempus erit ni vana monent præsagia Vatum
Cum Mosæ ad latices turmatim Helicone relicto
Descendent Cygni et quæ nos lusimus illi
Cantantes sublime ferent ad sidera facta
Cum lauru è viridi venient ad Lilia Musæ
Et graciles fundent. dignas Stilluone Camenas.

Cecini.

P. Antonii Rychter.

Oratio in Renovatione Studiorum.

In Lyceo Majoris Poloniæ, de literis nihil exiguum, augusta omnia dicenda essent. Audit: Sap: sed fidem hominum! tanta quanta sese diffundit amplitudo scientiarum, ita compellit dictionem in angustias, ut vastissimæ quantumvis periodi instar atomi decrescere hodie videantur. Audiat Oratorum Princeps Tullius, ubi declamat pro Rege Dejotaro, ubi in Catilinam fulmineus detonat. dum perorat ad Pontifices sanctè, ac pro Domo sua disertus loquitur, in rostra quoque eluctatus se ipso minor comparet procul dubio, si Theologiam Diviniorem scientiam, si Philosophiam cognatam sideribus, ea contenderet efferre panegyri, quam utraque majorem humano ingenio sibi vendicat. Stultitiam laudare Erasmus poterat, sed Stultitiam, cui syllaba in elogium grande sufficit. Nemo calamo, nemo voce extulit sapientiam, quin postquàm sua mole augustos fastos implesset, se opus exile condidisse erubuisset. Alioqui elingues, ars Oratoria facundos efficit, jam pene fatiscit suada universa, ubi Rhetorum linguis pares adornat plausus.

Quoties

Quoties in laudes Divinæ Poëseōs, velocissimi pedes Vatum procurrē: re, toties fessi deinceps quieverunt sub Apollinis laurea. Credite Audit: Sap: nunquam magis desudant calami, quàm sub eloqüis Athenarum, nunquam magis hebetantur, quàm ubi argutæ eloqtiæ acumen celebrant, nunquam magis suæ conscium est tenuitatis leve folium, quàm eruditionis famam sustentando. Obruunt facilè scientiarum encomia Rhetores, atq; in ipso dicendi exordio fessos, inter alta respiria de linguæ suæ imbecillitate cogunt conqueri. Quid igitur agam? tantùm abest, ut cùm literarias Classes in altum gloriæ provehere satago, refigam anchoram, atq; in littore ipso vela complicem. Quia tamen et balbutiente eloquio Superi coli quandoq; amant, ne in Numinum Athenarum delinquam gloriam, saltem inornatas periodos pro gemmis dicabo aræ Palladis. Porro, ut gratiore illicio ad cultum Minervæ in aurea Lechici Regni libertate educatos evocem animos, istud arcanum hodie palam faciam: quòd ad liberæ gentis mentem studia sint literarum. Non succensebitis Audit: Human: si intereà conatus meos illuc vertero, ut benevolas aures et animos vestros devinctos teneam.

Didicimus mancipia venisse olim sub Corona, ut compedibus innodantibus plantas, se insuper capita sorti, quâ nulla est gravior, sentirent obnoxia. In Palæstra literaria jam annuli manus, jam laureæ tempora vinciunt erudita, attamen rectè sentiendi Scribendiq; libertatem, neq; tenui nodo coärctant. Characteres funestos Servis quondam inustos novimus: Sic non frigidè Tyrannis sapere ambiebat! Heu dolor! acerrimo stylo frons laniata, nihil præter nefastos, aut libros Caligulæ pugio et gladius dictos explicabat. Legebantur impressæ altiùs, tenaciq; inhærentes memoriæ ferales notæ, nulla unquam expungendæ oblivione, et ne lacrymis quidem eluendæ. Non eo feroci calamo, exarata volumina, exhibent mandanda cordi, Lycæa nostra. Celsissimorum Poloniæ Principum, Stanislai Zarnkovii et Matthiæ Lubienii, Perillustris et Reverendissimi Dñi Joannis Gatczynii munificentia, hic auro scribit, atq; aureæ libertati simillimus se offert stylus recolendus. Ite, ite sub hastam Palladis de vestra securæ felicitate, nunquam venales animæ, non expugnat immunitatis vestræ decora, sed vestri securitati honoris, triumphale in omni acie telum militat. È Jovis cerebro Mi:

nervam

Minervam prodiisse monumenta perhibent vetustatis; supremam etenim Deam Palæstrarum, ab eo decuit progigni Numine, quod nullius paret legibus, nullius è cognatis Diis subjectum imperio, tenet rerum fastigium. Nobilissima Urbium, Priami Regia, stetisti Troja, stetisti, tunc primùm Græciæ passa jugum, abiisti in cinerem, dum sublato Palladio in ferale incendium, exitiumq̃ Tuæ integritatis, fata adversa conspiravêre. Hellesponto injecta fuisse vincula, edomitas effrenes aquas, vitreumq̃ fluxus elementum captivum teneri potuisse mirentur alii; magis insolens censerem prodigium, si mare Theologicum, si Euripus Aristotelis, nexibus dolosis possent irretiri. Equidem Solem Aquinaticum aurea circumambit catena, verùm in illustre documentum, quòd perinde promptum sit Theologis, concatenatis argumentis se expedire, atq̃ luci meridianæ, obscurissimas fugare noctes. Est suus Philosophis argumentandi insilo modus, atq̃ è filo nectitur nodus Gordius, sed hostes nonnisi veritatis captivos deducturus in triumpho. Tinniant compedes apud Getas, quibus nulla artium liberalium cura, nullus amor. Itineribus magnis, atq̃ Cursu Philosophico palmas et famam perennem consecuturi, adstringi talibus nequeunt retinaculis. Quid pennis accommodatius libertati? His, quo placet feruntur volucres, jam se in solis regna subvehunt, jam demittunt in solum, jam tellurem inter et aëra se librant pendulas rapidis Euris colluctantur invictæ, Zephyris blandès colludunt, in se ruituras eludunt tempestates, de aucupis manu aut vimineo carcere se fortunatè proripiunt, et libero se reddunt Iovi. Neq̃ alia de causa arbitror, Poloniarum Regni stemma, Regina volucrum insignivit. Verùm et in Palladis umbone alitem, Scipionem, pedes, et caput Mercurii pennis instructa, è dorso Pegasi enatas alas spectamus. Nimirum ut à Genio Tuo liberæ Reipublicæ Iuventus lectissima, Numina et insignia Palæstrarum non discreparent, aptas volatui liberrimo pennas induêre. Homeri Iliadem inclusam nucleo, Pyrrhi annulo Musas insculptas concinant alii, nihil magis eo facto mihi displicet, nempe Græcorum vatum Principem addictum nimis parvo carceri, Parnassi Numina arcto vinculo illigata. Nec perdiscendæ facundiæ mancipata sedulitas Demosthenis placet. Comparandæ non pili faciendæ eloquentiæ studio, altera capitis rasa parte, subterraneum adibat antrum impexus Orator, et diutius tam formandæ actionis, quàm explorandæ vocis gratiâ in obscura caverna

abditus, tandem se in lucem proferebat, ad ergastulum denuo se damnaturus veluti gravioris delicti reum, si voce aspera, gestu barbaro, populi aures offendisset. Ætate nostra sic erudiuntur et discunt loqui tantummodo psittaci, quibus cavea est proedris. Solutæ suadæ operam navamus Rhetores, et difusi latissimè Tullii campi nobis patent, in immensam porrecta longitudinem Hortensii patent viridaria. Jam Sacer Musis et Apollini sonipes inoffenso decurrit pede olympia, omnis stimuli perinde impatiens, atq; fræni.

Satisne istud? rapidissimos motus siderum investigare Mathesis edocet, non fixis stellis affigit oculos et ingenia. Odit Cælestis scientia, in rigida incude propugnatas leges ferreas, aurea in usu est sibi regula, aureas illa demonstrat horas. Quisquis detonantem fulminantemq; audis Periclem, quisquis in Tullii campis, aut viretis Hortensii, plena manu, lilia atq; rosas colligis, meminisse Te cupio, tumidas arces, turrita palatia, atq; omnia sibi subjicientes cæli flammas, nihil audere in præcinctas laureis comas, porro olim assertos in libertatem, floribus redimitos fuisse.

Hæc dicentis aspectui insignia Serenissimæ Reipublicæ Venetæ sese offerunt. Invictissimus Princeps ferarum leo, reseratum volumen premit unguibus, quale nec in Julii dextera penicilli assentatio adumbravit. Grandes volumen adornant literæ, à fastis Regnorum invidendæ, si eas denigrare posset livor. Boni Superi! quid causæ est, quod belluarum ferocissima, in mites incumbat paginas? metuendum faucibus et ungve monstrum, immanis aquarum terror verset chartas imbelles? Venetiæ, aquis tumidis, ponentes jura, libro insudent? Diversa animo agitanti occurrit: quod è voto meo studiosam rei literariæ juventutem nosse expedit. Rex animalium Leo Venetus fronte erecta, tiaraq; sublimis, folia vastè diducta evolvit, etenim ut literæ ingenia excolant, capita sub jugum mitti haud est necesse. Volumen, atq; istud reclusum Orbi, in nobilissimum stemma delegit, Serenissima et liberrima Italiæ Regio, ut in aperto foret universis, eruditionis amorem, veluti cognatum decus libero populo convenire.

Jam in fine dicendi, ad exordia Calissiensium Athenarum libet progredi. Stanislaus Karnkovius, Matthias Lubienius, Gnesnenses Archipræsules, Primates Regni, Primi Principes Vice-Reges Poloniæ, mitras Ducales pro incunabulis, trabeas pro fasciis obtulêre scientiis hic nascituris, ut meritò in has prorumpam voces: Favistis Superi, indoli Polonæ Juventutis, in libero solo ad literas natæ, favistis Superi! Celsissimi Poloniæ Proceres, quorum humeris avitæ libertatis integritas sustentata, hoc Minervæ Augustale condiderunt.

Jam.

Iam cum fortunato et longè illustriore, quàm sereno cælo emicat Cynosura, cum fortunato inquam in nostra commoda, avito Gałczynii sidere ursa majore, Aquinaticum Astrum, sine umbra in mentes et calamos influit, non necessitat.
Procul itaq; hinc exesto servilis ingenii Adolescentia, ad genium, mentemq; studia liberæ gentis literarum esse, Dixi.

ENCOMIUM

DD: Martyrum Bonifacii, Peregrini, Ioannis, et Felicitatis INDIGETUM

Templi Calissiensis Soc: IESU, et Urbis: PRIMA renascentis suadæ materies.

Mercurius studiis suis addictos hortatur, ut congruum suadæ ad initia sua progressæ argumentum inveniant, atq; post, dispositioni ejusdem, et elocutioni dent operam.

Mercurius. Non ultimam exambiunt gloriam rerum exordia. Ad immortalem secuturi nominis famam plurimum confert, si in cunis augustis infans vagiat, pro fasciis ostro involvatur, et illustrissimi titulorum prima luce se irradient. Ingentes fluvios nasci in montibus, Cælo vicinis, coronaturam nubes arborem, non è quovis trunco novimus pullulare. Primam Zeuxis vel Protogenis lineam, umbram non-nisi esse dedecet. Initia quoq; literarum quamvis inter squalorem sepiæ, ne obscuram explicent frontem, nostrâ interest. Gemma sit, non vile punctum, unde lineam ducat penna, grandes fastos impleturam. Sic progredi juvat in campos Tullii, ut laureæ in ipso aditu plantam coronent. Agite proinde una mecum, ne inglorius accidat primus eloquentiæ labor, non plebejum suadæ argumentum adinvenite. Non vulgarem inventionem concinna dispositio, hanc non incongrua elocutio subsequetur.

Rhetor I. Concordi animo in eam sententiam ferimur. Superi cæptis adspirent, ne pro floribus eloquentiæ, herbas agrestes decerpamus.

Munere hoc injuncto abit Mercurius.

O inventionem repertu difficillimam; abditum in montium tenacibus fibris aurum, in avaro profundo Oceani latentes gemmas, non perinde arduum est scrutari, et proferre in lucem. Rhetor 2.

Pro grave otium literarum! o studia eloqtiæ, nec dici potest quàm sit molestum, vobis impallescere. Rhetor 3.

Desipitis flumina eloquentiæ, instar frigidæ. Rhetor 4.

Proscribi merens penna, papyri candidæ, hoc est innocuæ, plusquam crudele tormentum. Rhetor 5.

Liberæ suadæ studia, ferreo vinculo mentem illigatis! Rhetor 6.

Mercurius redit.

Superveniunt alii Auditores Eloquentiæ.

Quis sollicitam mentem, quis calamum exercet labor. Rhetor 7.

Primum jacimus lapidem, nimirum illius argumenti inventioni reperiendæ insudamus, quod in gloriam cedat suadæ prima exordia molientis. Mercurius

E mente mea nulla materies magis poterit suadæ tyrocinium nobilitare, quàm encomia Divorum Martyrum Indigetum sacræ Domus vicinæ, atq Urbis. Et quidem narratio cùm historica, tum Oratoria, magis arduo præludat operi. Placetne dictionis argumentum. Rhetor 8.

Placet. Rhetores alii

Ad Ædem sacram DD: Martyrum honori dicatam universi procedunt.

Permittite Divinissimi Martyres, ut pro fluminibus Tullii, vestri effluvio sanguinis calamum hodie intingamus. Fortunatius suada infans adolescet, quam vester innocuus cruor lactabit. Acerrimum nondeerit acumen stylo hebeti, si illud ab ensibus derivabit, qui in vos olim desævire. Encomia vastissimè hiantium vulnerum in laceris vestris artubus, ad incisa Rhetorum pertinent. Ut ambitu fortunato periodi se circumagerit, à puncto ultimo vitæ vestræ eas libet ordiri. Iis clavibus, quas in dives anatema, Calissiensis Urbis pietas, voluit vestro honori dicatas, augustal Reginæ eloquentiæ quidni facilè reserabimus? Intereà dum mille Cælestes laureæ, et totidem coronæ ambiunt emeritas frontes, è floribus eloquentiæ contexta serta saltem procumbere patiamini vestras ad plantas Martyres divinissimi. Jam vela pandite dictioni, et Rhetorices Classem alto sanguinis DD: Bonifacii, Peregrini, Joannis, et Felicitatis Martyrum fortunati committite. Rhetor 8.

Annus.

Rhetor 1. Annus revolvebat 5.68. supra millesimum, Majestas interris vicina DEO panes Paulum ejus nominis 5tum erat, cùm sacros cineres, gemmis, adamantibus, et gravibus auro galis annumeratura, æquè genere et dignitate, ac probitate animi Serenissima Margaritha Austriaca Regina Hispaniæ, Divorum reliquias vice integerrimi deposceret muneris ab Urbe Orbis Principe. Annuente pientissimis desideriis Sanctissimo Urbis et Orbis Dño, in Divi Callisti cæmeterio abditi thesauri patuerunt, plurima Divorum lipsana eruta, quæ argento et auro tenacius servabat humus. Ne vero doli suspicio, divitiis, Cleopatræ gemmæ præferendis aliquando adimeret pretium, Divorum nomina, quorum Sacris exuviis probitas sepolitam gestiebat, fideli calamo relata intabulas, prout incisa legebantur vetustissimis monumentis, à nemine ad id temporis patefactis.

Rhetor 2. Degebat protunc Romæ Nicolaus Lancicius addictissimus Divorum cultui, eorum magna pars futurus aliqdo. Huic Superum, et Margarithæ Reginæ Hispaniæ favente munificentia, ingratissimum munus cessêre 4 Scrinia, non exiguæ magnitudinis Divorum ossibus locupletata, in munus inquam dignum Cœlo, et Hispaniæ regia Majestate. Quia vero prodiga opum est pietas, quarum dispendio Cœlitum augetur cultus, è collectis Romæ, devectisq; in Poloniam Sacris lipsanis, usq; in diversa illatis Templa, D.D. Bonifacii, Peregrini, et Joannis M.M. Romanorum dimidium D. Felicitatis V.M. integrum Corpus, è Metropoli Regni Urbe Cracovia, Calissium est deportatum Anno 1699 Octobri Mense, D.D. Adalberti, et Stanislai Pontif. M.M. honori dicatæ Ecclesiæ, opes aucturum.

Rhetor 3. Lues pestilens Anno 625 ultra millesimum, Urbem, in qua nunc vivimus, è vicino exitium indubitatum minabatur. Trepidi omnes confugêre ad invictissimos Heroas Chri, fuga nobili, inde vibrata mortis tela evitaturi. Appensam ipsis D.D. M.M. argenteam tabulam, seu Clypeum opposuerunt leti armis Sodalitia B. Virginis, et biennio integro letum aggredi se non est ausum. Vota Civium depingi curavêre, quam spectamus Divorum iconem, et mortem ultimam rerum lineam ignorârunt.
Duo præterea grandiora anatemata ex argento elaborata, 8tium

minus.

minus è purissimo formatum auro obtulêre, et vitam, quâ nihil
pretiosius, Divorum Indigetum beneficio retinuerunt Urbis Incolę.
Insuper è divite metallo bis gemina et una clavis, totidem Divis Ci:
vitatis Tutelaribus tradita, nec reseravit contagium, suę ferocię clau:
sa Mœnia.
Simile Martyrum Divorum opem annus memorat 1661 opem Rhetor 4.
nulla oblivione sepeliendam, licet à posthumis SS: Indigetum acceptam
cineribus. Denuo confinia pererrans lues, ubi cladem vastissimam edidis:
set, in Urbem irrumpere, ędes Civium intumulos, fori, et platearum saxa
in lapides sepulchrales commutare nitebatur. Immanem Hospitem ut
oî aditu incolę prohiberent, solenni pompa, Divos nuper ex Latio pere:
grinos, donatos Urbe receptosq; per compita circumduxêre. Ibat frequens
Civium et populi agmen, in dextris ardebant cerei, at in animis, amoris erga
Indigetes magnos, flammę collucebant, extincturę omnem contagü metum.
Sacra ossa Tutelarium, plusquàm vires vividę contra efferatum leti ro:
bur, plus inquam posse n̄ immeritò credebantur. Et profectò, stipata
morborum colluvie fata mœnibus appropinquare metuebant, intra quę
Divi Sospites, jam ubiq; fixisse videbantur stationem.
Mitto alia erga Cœlites hosce studia nunquam parvo affecta fervore. 5.
coronidis loco tantùm affero, quæ 1681 narrat annus nec secutu
ra ętas reticescet. Cursus triennalis Philosophię jam ad metam pro:
perabat, ergo hanc sibi statuit inter laureas, palmas, et trophęa Heroum
Chri. Ubi Euripo Aristotelis superatò ad littus tenderent doctę men:
tes, cum paginis vela complicaturę, enses Divorum Martyrum in an:
choram delegerunt. Nimirum Theses universę Philosophię supre:
mo at invicto certamine propugnaturi Philosophi, eas nomini fortis:
simorum Chri Athletarum inscripsêre. Et cum etiam tam metalla,
quàm saxa cuperent, D.D. Indigetum cultum edocere, affabrè factas
ex argento eorundem imagines, columnę appenderunt, medium Tem:
pli locum occupanti.
Et Romę, et Cœli grande munus reliquię Martyrum, cui si non 6
Majori Polonię debebantur? Hispaniarum Regnum Catholicissi:
mum, Polonię Regno Orthodoxo, nullum hoc pulchrius poterat do:
num conferre. Pro cœmeterio Callisti, aras Calissienses quod
delegeritis Martyres Divinissimi, immortales vrô monumento in:
cidimus gratias. Margaritha Austriaca, Regina Hispanię sere:
nissima, si depromptis è gaza regia margaritis nobilitasset, minus
obęratam gratitudinem sibi reddidisset. Cineres transmisit sacros,
et nihil poterat donare splendidius, nihil, qđ magis memoriam suę

munificentię.

munificentiæ prohiberet exstingui. È manu liberali P. Nicolai Lancicii, acceptum pignus pretiosissimum, vos esse constat angusta lypsana, atq; auri instar, quod Præsulis Mirensis Nicolai expendit munificentia, æstimamini. Dentem Simiæ tanti olim fecerit Asia, ut in aureo scrinio sapphyris et pyropis distincto clausum asservaret, ereptumq; posthac à Lusitanis, redimere allaboraret trecentis millibus aureorum! ossa Divorum Martyrum, quantum pretium sibi vendicant, ut in aperto foret singulis, non uni argenteæ clavi eas Commisit observandas, urbis pietas.

7 O beneficam Poloniæ Romam, quæ exuviis sacris D. Bonifacii Martyris, Calissium Urbem ditavit. Nonnisi dimidium corpus obtinuit illa, quod integro et Major Polonia non videretur. Nihil tamen beneficiis suis deesse patitur Indiges D. cui vitæ integritatem, media inter funera conservatam Indigenæ debent. Ipsum Bonifacii nomen compendium è munificentiæ. Sacri cineres, mortalium vota magis locupletant, quam Lydiam Pactoli, Indiam Gangis arenæ aureæ, magis incolumitati nostræ prosunt, quam Antonii valetudini, redacti in pulverem uniones Cleopatræ.

È Latio in Poloniam commigrâsti Divinissime Indigetum Peregrine, eo in Urbem Calissiensem receptus es, acsi in Patriam devenisses, aut eandem non mutasses. Etiam in alieno, à domestica tellure, solo sic colens, sic amans, prout suum contribulem, non fucati amoris officio prosequuntur plerique. Si officiosam erga Hospites Lechiam, nulla hactenus probâssent exempla, sancta morum comitas indicaret, quæ Tibi statuit augusta monumenta, argenteis aureisq; laminis ea cumulavit, et pulchra votorum contentione, Civium Templorum vellet inquilinum. Ibit in posthumas ætates, ibit, et cælo ipsi pridem intulit sese fama, Peregrinum Romanum Martyrem, addictam Sanctorum cultui Lechiam, veluti suum natale solum incoluisse.

8 Etymon Ioannis sonat gratiam. At nomina sunt quandoq; rerum inania simulacra, coloresq; pulcherrimi, ob umbram tantum placituri. Encomiis D. Ioannis Martyris detraheret plurimum, quisquis solum in eo vocabulum ad demissionem composita adoraret oratione. Inflictis pro Christo vulneribus sauciq; eam corporis venustatem præseferebat, quæ Charites optare duntaxat possent. In paucis gratiosum Cælo reddidit, inter millena pericula capitis, mentis constantia inconcussa, et atrocissimum lethum generis impavido corde admissum. Satisne istud? tanquam si ab Æsculapio inventa morborum remedia, nausoleo sui clauderet sic ad illud se recipit miserorum calamitas, atq; iis favoribus cumulatur, qui pessumdatam morta

lium.

mortalium vitam erigunt. Gratianum merito dixerim etiam post fata hic spirantem insomnium commoda.

Ut non humilem fortunam suam estimat, incumbit Majori Dolorosæ Divæ Virginis et M. Felicitatis reliquiis aucta, nihil invidet alienæ prosperitati, vovet plurima à Cælitibus. Polycrates annulo desponsaverit, Timotheus retibus fortunam devinxerit S. D. Felicitatis depositum grande Mausoleo intulimus, et immortales natos intra hoc monumentum, cæli favores experimur. O Beatam felicitatem à cæcutiente degenerem numine, quæ mortalium vota nunquam despicis. 9

EPILOGUS

Postquàm de reliquiis Cælitûm, tota quanta est nobis suada deservit, nihil reliquum e, nisi ut parcas nræ dictioni A. H. quod inter encomia D.D. Martyrum, aures Tuas inepto acumine offendit, laniavit excruavit. Si inter elogia sacrorum cinerum nulla ingenii scintilla eer visa emicuisse, imputa splendoris popl. quæ Indigetes D.D. circumfulget sole terras illustrate, utiq; norum siderum radium ne licet advertere. Dixi.

NOVISSIMA HOMINIS
Grandis Scena
in
Theatro Collegii Karnkoviani Soc: IESU.
â
Perillustri Iuventute Scholæ Rhetorices.
EXHIBITA
Anno Domini exeunte 1717.

Antiprologus.

In navi ad portum vela faciente, inviatore properante ad terminum, adumbrat hominis è vita exitum.

PROLOGUS.

Inductio 1ma. spectandum proponit fortunata morte decedentem.
Inductio 2da. è vita migrantem obitu infelici demonstrat.
Inductio 3tia. exhibet, animo concidentem Divinissimum Hieronymum; ad horribilem clangorem turbæ evocantis, ad tribunal Dei Judicio.
Inductio 4ta. ultimum scelestorum supplicium, inferorum incendia detegit.
Inductio 5ta. Novissimum bonorum præmium Cælestem gloriam repræsentat.

x

Epilogus.

brevi apostrophe claudit Scenam.

A.D.M.D.G. B.V. I.C.H. SS. OOTT. V.

Antiprologus.

Omnia Repræsentabant per lucernam magicam;

Innavi ad portum vela faciente, in Viatore properante ad terminum, hominis exitum è vita, adumbrat.

Prologus

Ut morem sacro geramus tempori, et anno ad exitum jam vergenti, grandem scenam novissima hominis, vestris oculis, atq animis exhibebimus. Iam obitu felici terras destituentem spectabitis, atq voto sequemini. Iam erebo sese inferentem exitu nimis fausto intuebimini, et viæ comites aliquando agere displicebit. Post hæc D. Hieronymum ab eremo in theatrum deducemus, quem tantùm non examinavit, quoties suis insedit auribus clangor tubæ, è tumulis evocaturus mortales, ad Divinæ Themidis solium. Ignes deinde Tartari, funestissimæ Tragædiæ accendent facem, at Coronidem toti Scenæ imponet Cælituum gloria. Ubi verò theatrum epilogus sipario texerit, quisq suum in animum conjiciat oculos. Dixi.

Inductio Ima. spectandum proponit fortunata morte decedentem.

Infirmus. Insolitus defectus virium, quòd invalescant leti certissimi causæ, indicat.

Amici, et Consanguinei 1. O tristem nuntium! o horam ferream! 2. Heu certiorem omni telo mortis falcem! 3. Quid superest nisi commori!, quid superest?

Infirmus. Victurum me spero apud superos, quid munera inania lacrymas, leto datis?

Amicus. Vitam nihilominus claudis, ergo oculos nostros fletus reserat.

Infirmus. Cælitûm regiam aditurum me confido, fortunatum è vita exulem, frustra planctus comitantur. Valete sanguinis nexu juncti, amicitiæ juncti fœdere jam valete. Plumbeæ valete opes, felicitas vitrea, deliciæ toxica, lætitiæ mœror, amor mundi, inanimum hostis vale; è terris migro, ut commodius è Cælo vos despiciam.

Monstra infirmum terrent. Armis Tartari, arma apponite cælestes Genii, et inermi ferte opem! Orci Domitor DEUS Homo, da hostem vincendo mori!

in Suppetias veniunt Angeli. Non vos timeo monstra erebi, quæ toties fudi, quoties lacrymis eluenda flagitia, admittere nolui.

Hora ultima quid moras nectis, diem aureum inchoatura? Per lucernam magicam repræsentati Sancti Indigetes B. Virgo

et

et Chrus Dnus crucifixus infirmo respectandos pbent.

O Indigetes Divi, id à vobis accipio beneficii, quod nec voto concipe: Infirmus.
re ausus fueram. Brevi me terras deserturum invisitis, et desideria Cæ-
lestis accenditis Patriæ.

Cæli Imperatrix Augustissima, Tuo vultu sic mancipium Tuum re-
creas, ut me inter mala ægritudinis, miserum esse obliviscar. Amara
Chri vulnera meum nectar! O Divini capitis vepres, inter vos
mea reflorescit felicitas, o clavi, lancea, flagrantissimi amo-
ris tela! o mea vita exanimis in cruce JESU, o JESU, o JESU.

Epiphonemata.

Sic pereunt mortales, ne intereant! — Dicebantur à Cælestibus Geniis, clauso Theatro.
Sic vivere desinunt, ut perennent!
Æstus febriles temperant amoris DEI incendio,
Morbi atrocitatem, intuitu dolorum Chri leniunt.
Non sentiunt jacturam opum, quas vilipenderant.
Minus metuunt DEUM Judicem, quem offendere formidarunt.
Ad se inferendos Cælo descendunt Cælites
Inter sacra suspiria spirare desinunt,
Et Patriam adeunt exilio pulsi.
Sic mori disce homo, ne totus occumbas aliquando!

Inductio 2da. È vita migrantem obitu infelici demonstrat.

Infirmus. Heu dolor, hinc corporis, inde animi infirmitas premit,
et semel miserum esse, vetant irati Superi!

Angelus Tutelaris. Dole qd deliquens, et dolendo desines miseresse.

Infirmus. Sera animæ odipharmaca; date scrinia, aurum depromite,
et id saltem solatii, illius indigo cordi non negate. Eheu momento in
spolium cedent opes, quas anni comportavere!

Angelus Tutelaris. Mentis divitiæ nunc ad Calculum revocandæ,
Æternitatis lucra pensitanda, emendum Cælum.

Proh me egenum,! cui nihil jam superest, cum olim erebo medicaverim Infirmus.
totum. Quot cordis lacrymæ, tot sunt gemmæ, his redime! assun: Angelus Tutel.
dunt aurum guttæ Divini sanguinis.

Serò jam piæ fundunt lacrymæ, dum oculos mortis claudit horror. Infirmus.
Serò tunc amatur Numen, dum jam leto pectus friget.

Quæ truces belluæ, quæ spectra immania se aspectui ingerunt! Monstra infernalia infirmum terrent.
Ubi es amicorum cara turba, ubi fida famulitia; accurrite juvate,
defendite, arcete immissas feras, pereuntem servate!

Frustra

Angelus Tutellaris. Frustra fidissimorum imploras opem, servare te nequit, nisi qui in Tua causa, perditum se in cruce voluit, Servatorem agnosce, et Te pereuntem, Tibi redde.

Infirmus. Monet hora suprema, tarda remedia nihil profutura. O misera anima, carcer, flammæ, tormenta, tota pœnarum te manet æternitas, ah quo tandem devenisti!

Quid moramini lictores stygii? inferte manus, rapite, strangulate, perdendum perdite sine mora. Vestra victima sum, ergo in vestris incendiis quamprimum ardeam!

Furiæ infernales evocatæ prorumpunt, et jussa exequuntur.

Epiphonemata

Ab iisdem dicuntur, à quibus, supra allata.

Ea morte vitam claudunt, quotidie morituri!
Sic exstinguuntur, inter continuas arsuri flammas!
Ultimo vitæ clapsodio, noctem inchoant perennaturam.
Se tunc primum vident miseros, cum jam nequeunt esse fortunati.
Deseruntur à mundo, quem relinquere noluêre.
Immensis collectis opibus, decedunt inopes.
In illicita effusi gaudia, tantum non diffluunt lacrymarum.
Tandem blanditias voluptatis fastidiunt, nunquam leniter cruciandi.
Tituli nuper gesti displicent nuncupandis mancipia Tartari.
Sic emori mortales pertimescite, si libet vivere!

Inductio 3tia. Exhibet animo concidentem Divinissimum Hieronymum ad horribilem clangorem tubæ evocantis ad Tribunal DEI Judicis.

Auditur clangor tubæ, et vox: Surgite mortui, venite ad Judicium.

D. Hieronymus. Quis non concidat animo ad feralem tubæ sonitum: Surgite mortui, ad Judicium venite! O vocem, o tonitru! Audite Principes amicti purpurâ, et expallescite! audite Heroës imperterriti, et trepidate, audite ephebi Regum, et dediscite assentiri, audite quocunque sub sole degentes populi, et cachinnos in planctum vertite. Decidentibus stellis, corruentibus fastigiis turrium, palatiis, urbibus collabentibus, ruente Orbe, Surgetis ad Judicium. O scenam! cuius theatrum vallis Josaphat, tot actores, quot homines, olympus auditor spectatorque. Tumulos animabit vocale classicum, gelidi cineres reviviscent, sistent se mortales redivivi, judicio Numinis, hi flammis æternis plectendi, illi perenni luce coronandi. Horret animus, dum hæc revolvit, quid fiet, dum actui tragico adesse cogemur?

Epiphonemata.

Æqua lance nihil non ponderat Divina Themis.

Non.

Non plectit, præterquam vitia, nec præmiat nisi virtutes.
Reges quoque subjiciet pœnæ, coronabit et mancipia.
Fucatam illustrabunt probitatem, sidera lapsura de Cœlo.
Soli denigrato concolorem præferent vultum scelesti.
Gladius dividet, quos prava junxerat amicitia,
Ferreæ catenæ jungent, quorum odia diviserant animos.
Ibunt in Tartarum, nunquam inde redituri,
Venient in Cœlestem regiam, nonnisi illuc invitati
Judicii æquitatem, universi perpendite, et exhorrescite!

Sapientia, Bonitas, Justitia, quâ nulla major, decidet omnia.

Inductio 4ta. Ultimum scelestorum supplicium inferorum ~~incendia detegit~~.

Trahuntur vani in Erebum

Me Miserum de Rege mancipium! atrocissimum in modum uritis, uritis regii auri flammæ, quas incendit superbus regnandi amor! — Rex.

O incondita convivia, amaras dapes, crudelem cœnam, edendam semper, at nunquam absumendam! — Epulo.

Proh fellea pocula, nejunctis diebus noctibusque epotanda! — Helluo.

Nimium premitis iniquè congesti auri pondera fessis humeris nunquam excutienda! — Avarus.

Siccine hilares concentus musici in sonum horrendum, in punctum mæstissimæ æternitatis, festivi circuli chorearum desiistis? — Choreis deditus.

Utinam nunquam didicissem has literas, quarum peritiem, tot immania plectunt verbera! — Lusui chartarum deditus.

Quousque pascam immanem viperam, et non depascar! — Angue infernali circumdatus.

Luciper.

Salvete Hospites, quos olim mei prospiciunt lares! Nunc tandem gestio, plures aliquando adeptus comites meæ sortis. Sequimini, properate, alioqui pertrahendi.

1. Væ! 2. Ah! 3. Eheu! 4. me miserum! 5. me nunquam futurum fortunatum! 6. me semper futurum infelicem! 7. o dolendam tragœdiam! — Damnandi

Luciper.

Agite satellites mei, humani generis exitio fortes! urite, cædite, laniate, pœnas inferte nunquam lentas. Meam sentiant manum prodigam suppliciorum, quæ ambivêre.

Damnati

1. Væ centies, væ millies, væ iterandum semper!
2. O dolor! ah! eheu! me perditum! voces nunquam reticendæ!
3. O æternitas, o pœnarum æternitas! torqueor, dum Te appello! at magis dum sentio.

Epiphonemata

Epiphonemata

O rerum vicissitudinem expavescendam! Effusi in scelera instar fluvii, incendia luent, sed arsura sine luce.

Effrenatos in flagitia, catastæ, funes, vincula, detinebunt!

Qui in nefas omne ruerant, præcipites devolvent in barathrum.

Innatabunt cruentis lacrymis, haud emersuti è flammis.

Eadem inter noctem, suam spectabunt clarius calamitatem.

Frigebunt medios inter ignes!

Ardebunt Stygia inter frigora.

Laniabunt se armis, quæ cuderant, nulli magis hostes quàm sibi.

Ingemiscant à nullo deplorandi!

Mala ferent sine remedio,

Et immortalia vivent funera.

Amate jam amate crimina, quos delectat sic perire.

Inductio 5ta. Novissimum bonorum præmium cœlestem gloriam repræsentat.

Cœlites in aula splendida conspiciuntur.

Epiphonemata

Oculos, aures, animum, terrigenæ date!

Hæc est Divorum Regia, quot illius Indigenæ, tot sunt Reges!

Hæc est Patria Superum, unde exulat, qui diligere non didicit Numen

Nullius fastigii invidus, hic duntaxat regnat honor.

Hic nonnisi radiat absq umbra serenum.

Nullius indigam opulentiam frustra alibi quæsieritis!

Felicitas nulli obnoxia vicissitudini, hic sedem fixit.

Illa comas Corona cingit, cujus radius vincit solem,

Ea purpura ambit humeros, cujus filo Regnorum pretia sunt intexta.

Ea voluptas mentes recreat, quæ nihil magis odit, quàm brevitatem.

Amplissima sunt, quæ refert munera, exilis labor.

Ah desipitis vota hominum! quibus præter Cœli delicias, quidquam sapit.

EPILOGUS.

brevi apostrophe Scenam claudit.

Non habet jam dictio, non habet actio, quo procedat, ubi novissimorum novissima attigit. Finito spectaculo, quo tendat, videat unusquisq. Ut intermino fortunato consistas mi Viator, eum prius votis adeas, sed non solis.

A.d. M. D. G. B. V. I. C. H. S. H. SS. OO. TT. V.

Occasus Vitæ
B. Joannis Francisci REGIS
Illustris umbra
Serenissimi Solis et Regis Sæculorum,
in Palæstina Regione
EXORTI
seu
B. Joannes Franciscus REGIS
proximè post Natalem Chri diem
in Stabulo
vitâ functus.

Modestiæ, gloriæq; fastigium meritò dici potes attigisse, qui placendi Superis studio, intra humilis angustias tecti, animam agere voluisti D. Joannes Francisce REGIS. – Inter superba spoliis tantùm non Indiæ totius aulæ, inter conclavia mentita Cœlestes apparatus, mori potest opulenta felicitas, atq; inde Orci tenebris se inferre: Tu è vita abiturus, in egenos et squalidos lares Te recepisti, ultima subiisti fata in equili, et splendidis palatiis Cœlitum Te invexisti. Ex horrido et incommodo strato obscuri mapalis, certius est procul dubio in aulam Superûm Te migrâsse, quàm in mollia Capitolii pulvinaria, Numina è cœlo descendere vetus credidit Roma. Incultis postibus, quos decessurus pulcherrimo demissionis exemplo adornâsti, quisquis Neronis domum auream præfert, is profectò pretia ejus leti ignorat, quo maximi è Divis succumbunt. Mausoli tumbam miraculis Orbis ne solam accenseas, Te obtestor, tam in aërem quam in fastum elata fastigiis ædium sumptuosarum vetustas, mundi auget prodigia, quamvis turgido pegmate se non attollat, quamvis peregrinâ augustalium pompâ nullâ radiet inops splendoris gurgustium, in quo diem supremam opperiens D. Joannes REGIS (: o quantum Sanctimoniæ miraculum! :) decubuit.

Pretiosa in Conspectu Dni mors Sanctorum

Is ne frustra Nomen Socii IESU circumferret, scilicet: ne à titulo, quo nullum vocabulum sanctius, se moram probitas neglecta sejungeret, non alibi vitam cælestem ordiri voluit kalendis Januarii, quàm invili pecudum receptaculo, siquando tunc bene memor, præsepia nactam fuisse princunabulis, feno circumdatam pro fasciis, terræ Cæliq; majestatem.

Ea menti dum se insinuant, dum ab Infante DEO calet adhuc præsepii Bethleemitici marmor, dum animo et oculis obversanturabdita ~~illius~~ stabuli, inquo B. Joannes REGIS, Franciæ et Societatis JESU augustum lumen occidit, intra festos dies interris nato DEO; quidni censeam? quod tempori favebit suada, si hodie occasum vitæ B. Joannis Francisci REGIS illustrem fuisse umbram Serenissimi solis, et Regis sæculorum in Palestina Regione exorti declarabit.

Si Humili stylo adumbrata, et planè rudis audiet dictio, non è Tullii rostris, sed præsepio nos loqui putabis, Auditor Humanissime.

Orientem solem demisso genu salutaverint alii, ut nos sanctiq officiosos exhibeamus, simul radios illucescentes Serenissimi Solis Regisq sæculorum, simul Hesperum vitæ B. Joannis Francisci REGIS profundissimo cultu adorabimus. Ne verò obscura procedat oratio ad Augustissimæ lucis incunabula se primùm conferet.

Orbem totum caligo tam atrox involverat, ut nihil minq cerneret quàm se miserum. Subdiderat colla humanum genus efferati illius Tyranni imperio, cujus sævitiem adumbrare velle perinde foret, atq omnem fuliginem Erebi transferre intelam aut inpaginam. Ergo stygiæ noctis umbræ universos ne extinguerent, orbis mancipatq tetrano principi, ut ferream servitutem momento excuteret, longum populorum votum, Regem sæculorum, tardus licet, aureus tamen dies tulit. Sed spei novitatem! exortum sidus propitiumq humano generi, in stabulo inter bruta figit stationem, Orientisq regna ex antro cæco illustrat. Augustæ Coronis tanquam innubis æther sideribus quondam arsit, erraticis inquam sideribus, utpote nitore ficto illudentibq tam fastui regio, quàm suæ venustati. Quicunq nitet, cælestis axis, splendor, in Bethlemicum! stabulum sedevexerat, et quod Cæli referret speciem non Bootæ plaustro, vel Zodiaci Tauro debuit. Comebat se solis justitiæ recens exorti fulgor, isq tantus, ut minimo radio plenam accenderet diem. Toto errâsset cælo Palæstina, si aut Prometheo clam ab æthere petitum jubar, aut Latio Custodem imperii flammam invidisset, cùm Author lucis ignem missurus interras, inter noctis vigilias prose excubaret. Quid tunc præterea spectaverit tellus, narrat cælestis lingua, Cæ non aliter placet nuncupare stellam, quæ

ita.

quæ ita emicuerat, ut Mercurii obiverit vices.) Famulabatur cæli Dño astri hujus inusitati, nunquam anteà visum jubar, regiæ Davidis Proli, DEO Hospiti, quem palatiis, quem aulis, quem omnibus ædibus excluserat Bethleem Urbs avita, ne igni quoq; interdiceret, accensa recens veta: bat flamma. Novus Phosphorus ab Oriente trahebat Reges ad obse: quia Supremi Imperatoris, at ne quispiam se fatuum ignem arbitraret, simul Regum simul Magorum Sapientissimis in prodromum se addixe: rat. Ut nullus ambigeret humanissimum esse DEUM Hominem, se accedentibus, nobilioris tædæ instar prælucebat. Triumphali de im: pietate Herodis, visâ flammâ Dñi exercituum, perditum humanum genus certam sibi victoriam pollicebatur, nihil aliud quàm occasum ominabat hostis Avernalis. Dicite adhuc Memnonii instar marmoris facun: da saxa, quia Natalis Divini Verbi conscia, dicite, cujus spectaculi ad: miratione magis obriguistis quàm Niobe inter natorum suorum fu: nera? illius certe: quod ubi Regem sæculorum nox profunda in lu: cem edidisset, grande pignus non Tyrio in ostro exceperit Solyma, non in aureo vel eburneo locaverit toro, non Provinciarum censu fasciis com: paratis involverit, quod vagitus infantis Verbi, argenteo sistro non sisteren: tur, quod pro crepundiis aureum pomum se non ingereret manibus Pusionis Divini. Spelæum inhabitabat delapsus cælo Hospes, majoribus quoq; aris colendum Numen, hara exilis adorabat, vastissimis quibusvis pala: tiis Majestas augustior, breve implebat tugurium. Nihilominus ibi quoq; latentem orientis Dñi invisêre, tædâ præduce; adventu suo lenierunt tædia, in deserto antro hospitantis, et Regiam cydarim in fascias, Diademata in cunas, animo libenti cessissent, si DEUS pusio, cui Majestatis suæ place: bat abjectio, votis regalibus arrisisset. In compendium libet vocare mul: ta. Regum maximus ingressus Orbem collegerat sese in sidere, eodemq; se novo cum astro, tantùm non Cælum integrum sequi voluit, Principes è longinquo excivit Sacra comitas, salutem dicturos populorum Salvatori

A cunis rerum Dñi, haud procul divertendum ad lectum mortua: lem Servi DEI B. Joannis Francisci REGIS. Animarum zelo impigro, Numinis amore plusquàm igneo, affligendi corporis sui studio indefesso, religiosarum heroicarumq; virtutum exemplis quotidianis, miraculis patratis creberrimis, jam tantus audiebat, quantus potuit fama dicere, cùm viribus destitui cæpit, non animo agendi plura in rem Christianam, et pro superûm gloria immortali. Instabat dies Carnis humanæ à DEO assumptæ memoriâ celeberrimus, cùm violentus admonuit se morbus, deponendum fore corpus, quo nihil gravius hactenus sibi videbat, utpote homini simillimo Angelis. Nequiit tamen Athletam fortissimum

uno

uno ictu prosternere licet valida ægritudo, nequiit sic dejicere, ut acerrimus vitiorum domitor in scelestos non assurgeret, ut prolapsas, in spem veniæ non erigeret indubitatam. Æstus febriles edomabat Divini amoris flamma, studium alienæ salutis quia perennaturæ, incurium reddebat suæ afflictæ valetudinis restaurandæ, et immemorem planè, doloris acerbissimi. Cum languore continuo artuum luctabantur jam curæ insomnes à gravibus noxis improbos liberandi, jam sacri pulpiti repetitus ascensus, atq; unius diei spatio sæpius iteratus ad populum dicendi labor. Debuit tandem corporis ægrescentis robur succumbere, utpote diurnis nocturnisq; lassatum jam anteà prœliis. Ne autem Divorum modestissimus superbo caderet fato, in stabulum petiit se deportari, tam claudentium sese luminum, quam animi probi modestiâ refugiendo istud leti genus, quod sui, mundiq; despicientia non coronaret. Erubescite hic universi, quorum in mortibq; fastus vivit. Discite Heroas Chri jacere ubiq; magnos, ubicunq; abjiciant animæ ingentis exuvias. Nobilem spectate gemmam æternitatis circulo inserendam, spectate securam sui pretii inter squallorem ignobilis casæ. Quis Divinissime Joannes REGIS non porrigat victricem herbam illi Tuæ demissioni, quæ tibi persuaserat, ut Tu victor optares occumbere in fenili? Compertum habemus, quanta insit fragrantia innocentiæ tuæ flori, cùm hæc inter stabuli graveolentiam nihil sui amiserit. Minùs innotuisset nobis Tuæ Sanctioris vitæ ratio, nisi etiam moriendo in gurgustio latere voluisses, minùs prodigiosum Te coleremus, nisi in belluarum habitaculo placidè exspirâsses. Quantum ille, qui tigride magis efferatos mores cicuraveras, Parcarum excutientem rabiem non poteras formidare.

Verùm quæcunq; sint causæ, hujusce Tui obitus, isti videntur palmam cedere, qd nihil antiquius haberes in animo, quàm ita emori, ut transactæ vitæ vespera primum DEI Hominis mane, imitatione quadam adumbraret. Accedit; quod depositum inter squalida limina, defunctumq; illustrat Clementis XI accita stella, ac intuivenerationem regna evocat Orbis Christiani. Ex his alia, dum se colunt aurearum opum jacturâ fortunatâ, dum eorum locuples pietas,

Certamen cum morte gerit; curasq; fatigat
Artificum, inq; omni Te quærit amare metallo, Statius

dum alia, fumosas inter Divorum imagines perpetuò arsurum thus accendunt honori tuo: myrrham dextra liberali nos depromimus, qd eâ tantum Poloniarum ærarium Regni abundare videatur, hac acerba tempestate.

Hucusq; dicta, non minus attento quàm benevolo animo, Huma

Humanissimi Auditores expendite, nec Diogenis lucernam vobis accende: -- postulabitis, ut clarè liqueat: Occasum vitæ B. Joannis Francisci REGIS illustrem fuisse umbram Serenissimi Solis et Regis sæculorum in Palæstina regione exorti. Dixi

A. M. D. G. A. V. M. D. H. B. I. F. R. SS. OO. TT. V.

REX REGUM
nece sua crudeli,
Servorum Assertor.

PROLOGUS

Justus Lipsius, refert; q͞d Urbinius Panopio, Roma exul in Reatina villa diutius sub peregrina veste latuerit, ut se in exitium ultimum præcipitatura fata falleret. Nihil jam accedere poterat ad calamitatis mala augenda, præter immane aliq͞d letigenus. Sed Urbinius q͞d totum se non perdiderit, beneficio Servi debuit. Is etenim Militum infesta manu ædes jam pulsatura, detractam D͞no togam assumpsit ~~intus~~, annulum inseruit digito, intro se collocavit, immotus vulnera excepit, et cum his D͞no necem inservendam. At Rem magis trajeam, et omnibus retroætatibus inauditam, in sacris paginis legimus, legimus et admiramur, miramur et luctu amoreq; prosequimur, scilicet à Cæli D͞no in terris exule, humanam induto carnem, millena suscepta vulnera, vulnera sanguinolenta, profundissima, horrida, plusq͞m crudelia, et cum his ultro admissam necem acerbissimam, ne mancipia æternis suppliciis plecteremur, ne morte infaustissima occumberemus. Utrumq; factum, ut feliciùs exhibeamq, juvabit, situum Auditor Sapiens: animum in theatrum concedes.

Protasis.

Urbinius exilii sui mala deplorans nuntium infaustum accipit.

Urbin. o Patria mea, o Roma! extra te vitam ducere, nihil est aliud, q͞m tabescere nimium lento fato. In lucem edito non negâsti incunabula, Urbium DEA Roma, quid jam brevi morituro modicum terræ, in tumulum prohibes? o irati Indigetes Romani, quo thure, quibus victimis vos placari deposcitis, miserum exulem edocete, vestris nutibus parebo. Admittite jam tandem paterni lares admittite, satis infortunatum, dum è natali solo proscriptum.

Servus. Ut infractus exilii mala perferas, Te hic etiam Romanum esse memineris.

Urb: Urbinius Romanus Civis, domo pulsus, opibus exutus, squalidus, adversâ fortunâ ludibrium, in Reatinâ villâ dego; proh! calamitatem, quam nequit Romanus quoq; animus non sentire.

Nuntius. Mala nuntio, utinam illa optimi avertant superi! Urbinius. Quæ mala? edissere Nunt: Numina tuæ vitæ faveant, Tu Consule. Romanus Miles recto properat calle, Tuas in ædes. Urb: In meas ædes? Nunt: in ædes Urbinii Urb: o Dii boni succurrite! o Dii boni, quid agam? Ergone jam fatis placet, ut Urbe proscriptus Urbinius, exulet quoq; è vita Nunt: Quæ agenda occurrunt, quantocyus age, ne mora ultimam accersat perniciem Urb: Dii boni, lapsis Urbinii rebus dextram porrigite! Servq. Ne trepida! in animo statui, meum jugulum pro Tuo, ensibus ōibus devovere: fidum Domino servum ultima probant discrimina Urb: Tuamne Cervicem objicies ferro, ne meam feriat? Si me tellus barbara nutriisset, ate sceleto id exigerem Dñus, sed me Roma educavit, o Roma! o Roma! Servus. è meo placito, non tuo imperio mihi accidet, quidquid tandem sors adversa immiserit. Urb. Et quo munere prosequar Tuam virtutem, si me superstite letum immane Te auferet? Servus. Immortalis præmii loco, ea sufficiet obsequii gloria, cum sanguine adposteros manatura, quod servus, Urbinii servaverit vitam.

Nunt. Uno abhinc lapide, militiæ signa emicant? Urbin. O stator Jupiter siste hostem, O stator Jupiter, Te supplex oro!

Servus Urbinii se postremis fatis devovet, ut Urbinius incolumitate fruatur.

Servus. Non è mora nobis libera, age quantocyus, cum veste simul depone metum, amictumq; Tuum commuta meo. Annulo servum dona Te liberaturum, et indevios saltus fugam celerrimam arripe. Ego in Tuum me dejiciam lectum, atq; si Diis placuerit, non ignavus occumbam, evigilaturus apud inferos.

Urb: Dii Penates incolumem fovete salutis meæ vindicem! O carum pectus vale; Numinum curæ Te committo! Serv. Vale.

Romanus miles Servum Urbinii interimit existimans se Urbinium trucidare.

Dux. Age Miles, in mille neces ferrum expedi.

Mil. In molli toro, ferreo leto occumbas probrum Romani nominis!

Dux. Parcite. Iam tot hiantia Urbinius habet vulnera, ut pluribus non egeat ostiis, è corpore ad Orcum migraturus scelestus animus. Immortales vobis gratiæ, quod exulare jussum ultra Tyberim, me Duce ad stygem usq; relegastis. Pessimo prostrato Cive, Senatûs Populiq; Romani integritatem erexistis. Melius valebit Patria, sanguine ejecto virulento.

Mil. Ut liberalius alienum cruorem fudimus, sic non minus prodigos nostri esse puta, dummodò in hoc naufragent Romani hostes.

Dux. Placet animus, ferrum et robur heroicum, par Capiti orbis

deffendendo.

defendendo. Repetere jam libet Urbem, quo prœcedet præclarè gestorum a nobis, fama

Apodosis

Rex Regum Christus, Servorum à morte vindicandorum causâ, enectus laudatur.

Minore encomio fama attolle, sæcula mirari desinite, Urbinii Servum, quamvis à Justo Lipsio meritò literis commendatum, qd à Domino proscripto Patria, necem reluctante cervice subeundam, is ultrò admiserit. Altiora elogia sibi vendicat, omni Regia, Majestas major, inter latissima occumbens vulnera, ut grandem interitum à captivo averteret famulitio. Orci mancipia mortales nascimur, dum molles fasciæ teneros vinciunt artus, gravi compede animus, innodatur, et jugum immite impositum humeris infantilibus, vagitus loquunt, seu gemitus implacabiles. Auream libertatem unius pomi esu abligurivit, infelix omnium nostrûm Genitor, et remoto mulctatus exilio, qd tanta se nimium gravaret pœna, illius ferendo ponderi etiam humeros nostros subjecit. Nihilq restabat quàm succumbere, quàm infectis veneno stygio telis confodi. Sed o rerum prodigia! exulem ab Urbe Cœlesti agere, vinciri, totam malorum molem in Te ruere, centum mortibus, trucidari, voluisti Regum maxime; atq sic ubi Te Cruci affixum detinerent dolores, ex manibus hostium elapsi, evasimus, Tuo malo fortunati.

Exanimis jaces Princeps Maxime, et nisi jaceres strages ultima in fauces Erebi præcipitâsset Universos. Tunc primum lacertos movit Sors nra, dum caput Tuum doloribus fractum humeri fessi excepêre. Torq mortualis, quid est aliud, quàm salutis nræ incunabula? qd lintea cruore pulcherrimo madefacta, nisi fasciæ, redivivæ humanæ felicitatis? Quòd tumuli saxa, nræ assertæ libertatis, perpetuò duratura sit monumenta, nemo ambigit! qd arma in corpore Tuo hebetata, sint victoriæ nræ supplex amplissima, nemo est, qui non novit. Perierâmus, nisi intereundo succurrisses. Per letalia vulnera, telo barbaro patefacta, hostem fugimus, et superstites triumphamus. Crucis arbor, qui Tibi ex mor: Tuo rerum Dño, nobilis cupressi instar parentavit, Servis in palmam triumphalem effloruit, atq in sylvam laurearum.

O Rex Dolorum! centena solatia humano generi peperit Tuum funus. In vincula nos conjeceramus nodo gordio arctiora, et ense nullo solvenda, per quam illis armis, quibus Te Hyerosolyma oppugnavit, prostravit, devicit! Telis omnibus regium pectus opposuisti, et vulnere centuriato militâsti pro nra integritate. Sanguinem profudisti, qui tantum in venis Tuis latuit, ne Orbis Tibi famulaturi perniciem, bellua

infernalis.

infernalis sitiret. Mortem alioqui indecoram, haud ingloriam censuisti, qd amor ad illam Te damnâsset, amor quem aureum, lydii instar lapidis marmor probavit sepulchrale.

Suo honore dignum, quo ōnio dignum censetis mortales Principem vrum Augustissimum, cui saucio, cui trucidato incolumitatem vram debetis! Si intra nobilem stetit gloriam Urbinii servo, qd is magnanimus cecidit, et cadendo Dni vitam protexit; Cœli terrarumq Dnus se occidi sustinuit, cùm periclitari salutem vestram cerneret o mortales, quos infelix origo, quos per scelera petrata, ignobili servituti addixerant. Redite in memoriam vetustatis, Majorum monumenta pulvere oppleta excutite, Ducum, Regum, et Cæsarum ꝑclara gesta expendite, annales oium Regnorum consulite, nullum simile egregium facinus referent vobis fasti; nullum mendacia fabularum narrabunt. Unus Tu exstitisti Rex Supme, qui eo facto prodigioso, paginas sacras nobilitâsti, qd ois ætas mirari tantùm poterit, pari encomio non poterit prosequi.

Contorta innos ab irato cœlo fulmina, vepreo diademati Regis nri sic inhæsêre, ut omnes vires amiserint. Tyranni Stygii Jacula condenda nro in pectore, ut à meta aberrarent, furori indomito se objecit innocēa, et securitas nra, è Vindicis nostri sanguine enatavit. Imminentem humano jugulo falcem, saxa regii mausolæi hebetârunt. Tunc securi à metu respiravimus, dum interemptus in lecto durissimo egit animam, exspiravitq totius Orbis Assertor.

Sta Viator ad hunc tumulum,
quisquis pergis in cœlum
Hic ille jacet,
qui Principum diademata
in urnam meruit,
Regum trabeas, ꝑ involucro.
Tua flagitia, se reum fecerunt.
Tuæ vitæ amor enecuit.
Regem se oblitus,
immō
sui non immemor Majestatis,
verbera non detrectavit, pœnasq
servis infligendas.
Nullam deposcit à Te pyramidem.
sufficit sibi columna.

ad

ad quam cæsus Tuâ causâ.
Floribus sepulchralibus non indigat
tumulatus in horto.
Unicum exigit,
ne illo, quod se tegit, saxo,
beneficiorum suorum memoriam obruas.

Epilogus.

Peracta est Tragœdia Auditor Dolentissime, pro lacrymis flumina eloquentiæ dolor effluxisset, nisi ut gravissimos inter luctus accidit, naturam lapidis cor induisset. Quod infra Majestatem funeris tanti doluimus, in causa est, omni aliâ major dolendi materies. Dixi.

A. M. D. H. P. G. D. V. M. H. SS. TT. O. V.

Annus 1. 7. 1. 7. in 1718.

P. Antonii Rychte.

Oratio in Renovatione Studiorum

Iterum hæc ascendo Rostra, ut iterum loquar ~~hodie~~ pro Athenis: Audit. R. R. SS. At unde exordiar? quid demum referam? Publici motus Regni, literarum quietem interpellant, semper nova Procerum, Civiumque dissidia, neque periodos Rhetorum, ~~atque membra orationis invicem cohærere permittunt~~, omnia impacata, Confundunt quoque præcepta eloquentiæ. Ad hæc nitore adamantum, gemmarum, aurique pallore, nulla inter abdita securè clausis, quidni publicum metuat, plumbea sit quantumvis Oratio? Divitiarum indigo sæculo, quo nullum in vacuis cistis argentum fulget, sestertio licet aut quadrante venalis foret facundia, nollet pretium sui indicare. Nihilominus arbitror, quod etiam hac ætate, quâ Poloniæ exhaustis ærariis, lacrymæ Civium pro gemmis, saxea calamitas pro adamantibus replent scrinia, liceat sui prodiga uti suada. Reserata marsupia inopiam suam vastè diducto proclament ore; locuples elogium scientiarum nequit deesse Oratoribus. Plumbeis etsi momentis, auro scribi merentur, et minus pretiosum encomium perinde fastidiunt literæ, ac indoctum. Ne instar Gangetis, aut Hermi inundet dives sepia paginas, neque annorum tenacitas, neque egestas Provinciarum Poloniæ, neque ullius dispendii timor, vetare potest. Pro temporum et Sortis vicissitudine.

modò Crœsi aurum productum è tenebris, modò squallidum Iri obolum ad numeros alii docent, jam provehant fortunæ rotâ, jam torqueant, ~~nunc vilibus saccis indicant nummos congestos~~, modò rideant gravibus onusti gazis, modò sub inani levique marsupio, longos fessosque anhelitus cieant; Sapientum Lycæa, Ærarium Palladis nihil debent liberali, at inconstanti fortunæ, Nam sive in beatorum annorum luce, sive miserorum fuligine, splendida non destituit opulentia thesauros minervæ. Proinde ferrea quamvis tempestate, aversæque sortis irâ, argento auroque Poloniæ ultimam cladem minitantibus, siquidpiam, hoc potissimum nequeo reticere; quod licet indignante fortuna, intuto sint opes Athenarum. Unum intereà flagito à vra benevolentia Audit: Human: ut dum nihil non non vile protulero, dictionis meæ argumento pondus nullum inesse censeatis.

Spectavit olim Roma, Tullii Consulis, ac eloquentiæ Principis caput pro rostris in foro expositum, (sed heu dolor!) à Cervice avulsum, pallidum morte, ac taciturnum, dignum saltem spectari à Capite Orbis, cùm jam non audiret. Mihi vostra Calissiensium Athenarum adeunti, Bisontis caput gemino cornu augustum, fulvo diademate atque annulo redimitum sese hodie spectandum offert. Boni Superi! hæccine facies Calissiensis Athenæi? Nocturam in sexto Palladis teneræ mentes formidant, et vix non ultra Thulen fugiunt, quantò magis animal expavescent cornutum? Si Domitiani libros pugionis et gladii nomine armatos timuit quondam evolvere, imò attingere, juventus rei literariæ studiosa, ne Cæsaris volumen, manum cæderet, ne caput feriret, ne animum laniaret, procul dubio Palatinatus Calissiensis Lycæo, nemo pedem audebit inferre, quin metuat; ne se petant bisontis gentilitii cornua, per aërem jactent, et solo allidant. Quis doctarum mentium præmia facili credet conatu se adepturum? postquam temporum pretiosa coronamenta, cornutis viderit inhærere fastigiis? Aut certè quisquamne tam sublimibus, caput eruditum submittet, si nitido, rude animal Coronat metallo? Sed fallor! Applaudite honori vestro applaudite universi, quicunque in hac Regia Minervæ, ingenium Scientiis mancipastis. Taurus florido tantùm superbus serto, cesserit toti Europæ, in avitum insigne; Augustale hoc Palladis, Bisontem auro præcinctum, recenset inter domestica ornamenta. Romanæ Jupiter suum habuerit Capitolium; augusta Ædium moles, tam Palatini quàm Lubieniani stemmatis capiti innixa, ita assurgit: ut fastu delinquere non cogantur encomia. Quoties Capitolium Sapientiæ illam noncupant. Siderum Princeps, jam in arietis, jam in Tauri, jam in leonis subsistat signo, ut horrida sua luce perculsas umbras ad Cimmerias gentes abigat. Sol aquinaticus irradiaturus Provincias Lechiæ, nullibi.

quàm in Bisonte poterat figere, magis serenam stationem. Ad floridas insulas, et fortunatas, velis remisq contendite pertumida et efferata procellis maria, contendite avidi mercium peregrinarum; Vobis Classes Calissienses per crystallinas argenteasq Euripos undas, fluminum eloquentiæ, et Hippocrenes amœnas lymphas, tutas aperit navigatio ad caput bonæ spei, ut potè regiâ coronâ insignitum. Tibia vel agrestis claret alibi fama, ut terris non procul à se dissitis, nomina sapientum virorum, et eorundem facta nuntiet. Vocali classico altius hic Vieniavæ sonant cornua, atq tanta audit Eruditio vestra, Theologi, Philosophi, Oratores, Vatesq magni, quanta potest utriusq orbis aures implere. Oro vos hodie atq Obtestor Heroés fortissimi, nemo vestrûm suis insepultum cineribus animet, nemo prodigium fortitudinis vocet Milonem, quod sub inutili pondere, saginato scilicet bove, elato in humeros, imbecillis sudoris ne quidem guttam profuderit; vires majores dici calamis juventutis Studiosæ inesse, quamvis atrâ sepiâ desudando, decora Palatini Bisontis sustentent. In Iovis, Martis, et Herculis Numinumq aliorum delubris, centenæ coronatæq hostiæ ceciderunt, ne sine regia pompa, Superi adorarentur. Si ritu veterum, Æternæ sapientiæ Numini placeret litare, et nobis Coronata ad manum esset victima, id est animal gentilitium Calissiensis Palatinatus; et una victima foret grandis hecatombe. Neq istud latere Te volo Auditor Sapientissime, quod sphæra ab ore pendula denotat. Iam uniones, jam lapides Indorum ingentium pretia, auro vel argento in orbem Coacto inserunt, sed opinor, quod nullus in gazis Cleopatræ pulchrior annulus eo splenduit, in quo, pro gemma, pro smaragdo, sapphiroq caput radiat. Ite, ite, ab Annibale collecta ad Carthaginem vincula; nobilior hic est circulus qui non manum sed caput vincit. Orbis conjiciat ex hac cytra, nihil ad decus perenne Athenarum Calissium addi posse. Porro si longè infra fastigium verticis Coronati, sphæram sese circumagentem, orbitam mavultis esse fortunæ, eo se devolvet oratio, quo collineat; deducet nimirum; divitias Capitis, diadematibus regum pares, haud subjectas esse volubili rotæ infidæ fortunæ. Constabit auro comparandas mentis opes, ita sublimi loco positas eminere, ut rapido impetu secum auferre, atq in præceps rotare, violentior Gyrus nequeat, sortis adversæ.

Clarius patebit, quod animis vestris conor insinuare, si umbram Apellis, v Protogenis vel Parrhasii consulemus. Ratio non fucata dictioni meæ accedet; quamvis petita à coloribus, et penicillo. Descendamq itaq in veterum atria, fumosis Deorum imaginibus illustrata, curiosius Nu:

minum

Numinum simulacra contemplemur, dignum oculis centenis spectaculum, quia effigies Superûm. En supremus Deorum Jupiter, nubibus insidens, horrida evibrat fulmina, urbes, Provincias, Regna, omnia simul, in cinerem redacturus. E cataphracti Martis vultu, torvæ prospiciunt minæ, stringit dextera gladium mille castra prostraturum, uno ictu. Bacchus hirsutis frondibus cinctus, poculum gestat angustum, vastissimoq; insidet dolio, et dolium solium est plusquàm regium. Sublimiùs terris se efferens eloquentia, auribus, plantis, et Scipioni Mercurii alas addidit. In Apollinis fronte, vernant laureæ, sonat in manibus cythara, et oculum illæ, hæc simul aures, simul animum recreat. Palladis verticem cristæ attollunt, manum, acerrima defendit hasta, lævam protegit clypeus, vigilat noctua in umbone, sed noctua volucris tantùm illis infausta, qui noctes fastidiunt atticas. Jam ipsa levitas et inconstantia Dearum fortuna, pennata insistit, huc atq; illuc agitabili sphæræ, uno impellit digito versatilem rotam, et mente capta, oculos quoq; fasciæ illigavit. Ergonè à cæcutientis Deæ invidia aut furore præcipiti, Athenæ suis divitijs metuent, quas tam umbræ Academi, atticæ noctes quàm sic tuentur; ut illis faventibq lynceus prædo oberraret, gazam Crœsi thesauris potiorem surrepturus. Sed fingamq Argo magis oculatam, suo ausui gravig illacrymari, cogeret, si ad gemmas, Quas liberalig Theologicum mare profundit, avidam manum extenderet ad gemmas radiis Aquinatici Solis circumdatas. Numen alis instructum, Icari pœnam haud effugeret, si opes scientiæ, quas luce meridiana Sidus cognatum circumambit, moliretur auferre. Euripus Aristotelis, Tullii flumina, Castalii fontes, seu potiùs Tagi, Pactoli, Hydaspes, alveo pleno se provehunt ad fatorum invidorum naufragia. Gravem sibi fortunam suppedanei Orbis ambitu sentiat, Philosophorum circuli rotundiorisq mundi annulo, conculcaturam sua pretia facilè effugiunt plantam. Roboris tantum habet aureus Mercurii Scipio, ita detonat, ita fulminat Pericles, ut possit impetu uno contundere, sive torquentis, sive ludentis fortunæ rotam, Oratoriis laureis graves currus avecturam. Frustra inhias alieni appetens Numen, Homeri pretioso volumini, quod inter gemmas deposuit omnium hostium excidio fortis Alexander. Seposita jacturæ formidine, aptate remos, antennam erigite, retinacula solvite, relinquite littora, Suprema, media, infima, Grammaticæ Classes opulentiores nave Jasonis, dum Harnkovianum devehitis agnum. Hic in prædam ne abeat fluctibus minùs secunda aurâ commotis, Archipræsules

Cruces.

cruces, remos agent invictos. Demosthenis linguam ex auro efformatam in regali corona circumtulit. Philippus Macedo! plusquàm aurea Theologorum, Philosophorum, Oratorum, et Vatum capita, Celsissimis Poloniæ Principis Stanislai Iarnkovii Ducales ambiunt mitræ, et tanquam ex solido adamante evecta propugnacula, submovent raptu vivere solita infortunia. Quid liberales artes, quid inter candidas paginas, anxiæ expallescitis, ne vestri census in spolium cedant, omnia rapienti fatorum inclementiæ? Munificentissimi Mecænatis Celsissimi Mathiæ Lubienii mucro gentilitius pro vobis decertat. Auri sacra fames ut parceret Hesperidum malis, pessimus Draco excubias egerit; Arborem Scientiæ boni, dicam meliùs, optimi, tuetur, Gatczynii Gentilitium animal.

Ergo securitati opum vestrarum fidite, quibus abundantiâ literarum non copiâ æris turgent æraria. Alii verbis, ut nummis utamini, aliis dent pretium plagæ, quod athenas divitiis suis nequeat spoliare infesta fortuna, Dixi.

Argenteus Justi Lipsii Calamus, Eiusdem
Pretiosissimæ Virgini
Incarnatæ Sapientiæ Matri,
Sacrum
Anathema.

PROLOGUS

Justum Lipsium, in hoc theatrum deducemus è Belgio. Is gravi morbo dum teneretur, ad illius confugit opem Virginis, cui orbis, Servatorem humani generis debet. Vovit, si pristina rediret valetudo, Hallam, ad aras Virgineas thaumaturgas, è vestigio se concessurum, et non vacuis manibus compariturum. Regressa est sanitas, Lipsius voto stetit, Hallam se contulit, calamumque argenteum addidit tabulis, non tam opulenti metalli fulgore, quam luce beneficiorum immortalium, et hac recenti coruscantibus. Iam si nullos interea plausus aliunde merebitur scena, saltem merebitur ab argumento. Nequit sua adesse eloquentiæ gratia, quamvis adhuc balbutienti; dum Matrem compellat. Adhæc tanta erga Virginem Augustissimam pietas, quanta enituit in Justo Lipsio, ipsa met sibi est famæ vocalis theatrum.

Justus Lipsius meliori valetudini restitutus, Medici sensu priùs intellecto, deinde confici jusso argenteo calamo se accingit itineri.

Lipsius. Meliori valetudini redditus, quid è voto debeam Virgini DEI Matri, continuo.

moneor. Plurimis nominibus obæratum se illi animus sentit, cujus beneficio vita prorogatur. Recurrit, quod Hallam iter spoponderim, ad prodigiosos Virgineos postes, et moræ impatiens gratitudo passum urget. Memini me argenteum calamum vovisse, et munq dicandum, alacrem manum deposcit. Tu ergo invita quatocijus medicum, Tu aurifabrum instares meos accerse. Utriusq; indigeo opera, antequam viæ me committam.

Lipsius Grabato sedebit.

Ephebus 1ius. Ægritudo è penatibus vicinis pellenda nunc medicum detinet, quam primum per ardua negotiorum licuerit, ad-futurum.

Ephebus 2dus. Aurifaber ad limen Conclavis, Tua exspectat imperia

Lipsius intromittatur.

Aurifaber. A non exigua sollicitudine liberum me dies reddit, quo te sanum intueor, haud ita pridem lecto affixum.

Lipsius. Pro tanta, quantam de mea valetudine gessisse curam Te intelligo, utinam id tibi Superi conferant, ut fias aureæ tuæ fortunæ faber. Jamne calamo, quem ex argento nitidissimo confici desideraveram, ultimam admovisti manum?

Aurifaber. Jam pridem admovi; opus volatile similem manum exigebat.

Lipsius. Rei pretium indica.

Aurifaber. Æqua lance omnia ponderanti Judicio Tuo illud permitto. Si alioqui levem anseris pennam, magni faciunt viri eruditi, ut gravem argento pluris æstiment, verum æquitas postulat.

Ephebus 3tius. Medicus adest.

Lipsius ad famulum. Æqui memor, quantam hoc imperabit mercedem, tanta hominem hunc afficies.

Medicus. Perinde Tibi, ac mihi gratulor, quod Pharmaca mea tibi profuerint. Incolumitas Tua, felicitas et gloria est artis meæ.

Lipsius. A te præscriptis remediis, me recreatum nisi agnoscerem, morbo aliquando me laborasse, deberem negare. Nihilominus (: pace Tua dixerim:) non tam facilè vis medicinæ depositum me levasset, si medicam manum, Diva salutis nostræ Parens, non porrexisset. At quid censes? num inviam Hallensem me dare possim, absq; periculo mali reditus?

Medicus: Facilè dictis assentior. Nihil ægros magis iuvat, quàm si ab illis curentur, qui mederi dum volunt, possunt. Cùm verò nulla, hâc, velociq; referat passum calamitas, ut pote cui sexcenti patent aditus, motum arteriæ ut prius habeam exploratum, magni interest, antequàm sano Te juvem consilio. Constans arteriæ motus, nullius discriminis, et obicis monet, quæ retardare itineris sacri possent ingressum.

Medico Lipsius manum porrigit.

Lipsius. Ergo me viæ accingo, ut illuc totus quamprimùm perveniam, quo pridem animo abii.

Medicus: Faveat Cælum valetudini Tuæ ulteriori, valetudo ac via prosperrima invicem sibi faveant.

Lipsius. Magni æstimo votorum faustissima, eorum ad aras thaumaturgas non ingratam memoriam delaturus. Jam ne omnia expedita, quæ intellexistis, itineri adornando servitura?

Lipsius alloquitur Famulos.

Famulus. Nihil morae in nobis fuit, quin dicto promptius jussa Tua exequeremur.

Lipsius. Ergo alacri gressu procedam, quo compellit jurata Supremi Numinis Matri pietas, vos sequemini.

Ipsius Hallam venit, Dei Matris ingreditur templum calamumq͡ʒ argenteum, in Ejusdem ara deponit.

Ad Te venio Dei Hominis Mater Annue, ut me quoq͡ʒ Tuum nuncupem Filium. Hunc me profiteor, quod à Te vitam receperim, quam satagebat morbus auferre. Cessit corporis aegritudo, cessit tuo favori, neq͡ʒ poterat blandiore pelli pharmaco. Saluberrimi remedii vices egit pietas erga te, pietas quam proximus leto, e mori non sinebam. Immortalis gratitudinis reum me Tibi sisto, imò provolo ad Tuas plantas, unà cum hoc levi munere.

Hanc Diva pennam interpretem mentis meae,
Per alta spatia, quae volavit aetheris.
Per ima, quae volavit, et terrae, et maris;
Scientiae, Prudentiae, Sapientiae.
Operata semper: etc:
Quae Roma magnitudinem adstruxit tuam;
Variaq͡ʒ luce scripta prisci saeculi.
Affecit, et perfudit: hanc pennam Tibi
Nunc Diva merito consecravi Lipsius,
Nam numine isthaec inchoata sunt tuo.
Porro ô benignitatis aura perpetim
Haec spiret! et famae fugacis invicem
Quam penna peperit, tu perenne gaudium
Vitamq͡ʒ Diva Lipsio pares Tuo.
Ex Vita Eiusdem.

Rhetores factum Justi Lipsii dilaudant, et Lipsii pennae, literaria sua addunt munera.

Rhetor 1. Si diserta sunt munera, nec adstititiâ eloquentiâ indigent, quis facundam non asserat Lipsii pennam, quae ita pro se peroravit, ut impetraverit vitam? Si laudari ambiunt dona, grande profectò encomium, sacer hic Lipsii, et prodigiosus calamus meruit, encomium inquam, non ab humano, sed Divino profectum eloquio: istud nimirum: sanitas in pennis ejus. Si paginae sapientum Virorum dignae sunt luce, non indignam probavit se penna, quae ex umbris sepulchralibus Justum Lipsium extulit. Calamum aureo Tago imbuite alii, pennam Lipsius, Mari immersit Gratiarum, et guttâ illiq͡ʒ, pericula omnia valetudini suae nocitura, exstinxit.

Rhetor 2dus. Pennam Mariae litavit Justus Lipsius, ac, ut optaverat, aegritudinis mala omnia, ultra Thulem proscripsit. Nec aliter decuit, quàm ut leto jam vicinus literarii muneris beneficio, iterum vitam auspicaretur, qui in literis totus vixerat. Artus, qui diuturno fessi languore, et nimium graves, nullam in partem se flectere poterant, ut reciperet vegetos, nihil iuvit perinde, atq͡ʒ victimam dicasse alatam. Nondum haec aras attigerat hostia, et iam hostem incolumitati suae infestum, Lipsius domitum sensit. Subscribite victoriae thaumaturgae, subscribite; quot[illegible] literas et cum his estitis pietatem, librumq͡ʒ vitae Marianum esse, nihil ambigite?

Rhetor 3tius. O eruditæ pietatis prodigia! cui devovit Lipsius calamum, et alas addidit morbo, ut celerius se se desereret. Leviorem mox sensit ægritudinem, ubi volucrum bajulâ pennâ, cumulavit sacerrima anathemata. Decidisset è lecto in tumulum, nisi hæc pluma, vires sustentâsset defessas. Cessit Calamitas toti corpori gravis, cessit unico pulsa Calamo. O prodigium amplissimis fastis, Virginis Thaumaturgæ inscribendu[m].

Rhetor 4. Miserrum Pastorum vota, aris admovent agnos, Colonorum spes fatiscentes, fruges imponunt opimas. Heroibus metuenda pericula, enses et Clypeos appendunt innumeros; Regum sors dubia, aureum malum, sceptrumq[ue] et cum his vovet augusta diademata. Enimverò calamitas Iusti Lipsii, Scriptorum sub ætatis doctissimi, quid spondere, quid aliud poterat, quàm divitem pennam? Et profectò munus sublime est pollicita, quia munus quod Cœlo se infert. Nunquam tamen sublimius se provexit, quàm ubi ad Plantas Mariæ procubuit. Minus egeras, Authorum sæculi tui Sapientissime, insitumido assuefactas volatui pennas erudîsses, quam profundo eas deceat cultu, Augustissimæ Cœli Dnæ pedibus, se adsternere supplices.

Rhetor 5t. Thure alii sæpenumerò placant Cœlites, etsi squalorem accensa degenerat probitas. Argenteum Lipsii anathema, et metalli et animi candor illibatus commendat, quo nihil unquam Cœlo est gratius. Placent ea Divis munera, quæ ad aras pretioso metu pallent. Nullo nævo inquinatæ Deiparæ Virgini Lipsius efformatum è puro argento munus dicavit, et à Virginea manu haud poterat rejici. Admisit niveum pecus, ara innocuæ virginis, cùm innocentiæ suæ esset concolor.

Rhetor 6tus. Calami aliorum scriptorum virus effundant propepia! pungant scribendo, ne hebetes videantur. Jam pungendo ita vulnerent, ut immedicabile hiet vulnus inflictum. Imò singulæ interficiant, quas exarant literæ, ne has Regnorum contagia, frustra Licinius appellaverit. Iustus Lipsius vitam suæ debuit pennæ, contagia quam nulla imbuerant; sed medicamen Cœleste. E vivo argento non alio, totam credidisses elaboratam, cum ejus opere vixerat grande funus. O Calamum libro tristium conscribendo ineptum! volucrum invidendum reginæ, alis famæ inserendum, Julii Cæsaris pennâ feliciorem, emeritum gloriam non fugacem, dignum, cujus Encomia, omnium Rhetorum calamos et paginas atterant.

Rhetor 1mus. Si et vestra in Abbreviati Verbi Parentem pietas odit parsimoniam, Lipsii munificentiam imitemini. Ego ut prœeam, calamo addo hoc volumen.

Alatũ mercurii scipione offert.

Rhetor 2dus. Alas ego Oratorum, pennæ associo.

atramentariũ argenteũ dicat.

Rhetor 3tius. Liberalitas Iusti Lipsii, jure meritò munus hoc postulat sibi conjungi.

Rhetor 4tus. Qui in Palæstra Oratoria semper exstitit victor calamus meretur ut palmæ triumphales sibi confines statuantur.

Rhetor 5tus. Oratorum rostra devoveo Mari Gratiarum, remum calamus aget Lipsii.

Rhetor 6tus. Ne vacua oneraria hæc ferat, eam laureis Oratoriis impleo, et encomiis Deiparæ Virginis Lipsiique interim hanc impono.

Coronidem.

Elogia
Inter
Beatos relati Joannis Francisci Regis S.I.
Proximè
post sacram Cælitibus omnibus lucem
dicta.

Ejusdem

Per Lucernam Magicam Genii Cœlestes, et alii innumeri Cœlites repræsentant.

Rhetor Imus.

Destinati Divorum omnium cultui dies, panegyres tantum non cœlo ipsi affigendas, eloquentiæ nostræ præfigunt argumentum. Divinissimi Genii alis instructi, à Mercurii pennis encomium non humile exigunt; Ab acuminibus Rhetorum exspectant elogia; cruciatibus milletorti Divinissimi Martyres Chri; Ut sacerrimos cœtus Confessorum, diademate iam coronatos Cœlesti, etiam laureâ vinciant Oratorum, pietas Christiana erambit, atq; è fontibus eloquentiæ omni crystallo purioribus, ut panegyris enatet mentium innocuarum, deposcit: Sed quia audax encomii genus foret, ne temerarium dicatur, velle innumeros Divorum laudare, quorum meritis pro tunc nonnisi par contingat Oratio, cùm se tota componet Æternitas in periodum; honori duntaxat, Beati Joannis Regis, suada nostra famulabitur. Quos Augustalia Superûm olim receperunt, totjam suarum virtutum præcones sunt nacti. Quot recensemus Oratores Christianos. Operæ itaq; pretium erit, ut in gloriam recentium quoq; Divorum, calami nostri desudent. Igitur eloquentiæ flores sertum Illi contexant, cujus effloruit sanctimonia inter lilia Galliarum. Vos interea convenite celeberrimum arte Apellæ, et Beati Joannis Regis effigiem, locum principem in penetralibus nostris habituram afferte.

Affertur effigies B. Joannis Francisci Regis.

Rhetor Primus.

Agite, qui pluriès sui Victor exstitit, hunc Oratoriæ laurus circumdent. Qui inter mortales dum egit, elogia respuit, inter Divos relatus non poterit fastidire.

Elogium Primum.

Joannes Franciscus Regis, à Clemente undecimo, Beatorum Catalogo inscribitur.

Urbis atq; Orbis Pontifex

Clemens XI.

Te Flores circumdant;
etenim.
innocentiæ lilia, verecundiæ rosæ
B. Joannis Francisci Regis.

et
vaticinio de Te fidem faciunt.
Clementissimi Reges amant nuncupari,
at
Joannes Franciscus Regis,
Se Beatum dictum gestit à Te Clemente.
Beatissimus in terris Pater,
Nominis tui haud invidus,
Beatos appellas, quos potes.
Ille aperis Sacri honoris Templum,
cui à Regia Superûm, ad manum sunt claves.
Domesticus in penetralibus Cælitûm,
singulos nosti DEI servos.
Qui aspexisti magnitudinis primæ sidus,
prima cum luce,
quidni Filios lucis dignoscas?
Olim in Albanis montibus saxa,
hodie candidi pluunt calculi;
et meliore signari lapillo.
nequit emerita virtus Divorum.
Sui prodigus radiat Princeps Planetarum,
at innumeros Tuo Sideri debet radios,
Galliæ splendor,
Joannes Franciscus Regis.
Rerum potito Honorio stellæ tripudiârunt,
Tu sol Orbis Christiani, honori applaudis
B. Joannis Regis.
Quod verò lacteâ viâ ille solium cæleste adierit,
Tuum avitum Astrum indicat,
Pontificum Clementissime.
At sidus tardum cælo illatis, Te ipsum adde.
Vive in terris diutissimè,
Pio V. inter Sanctos relato.
Sanctissimus.
B. Felice aucto, Sancti vocabulo.
Felicissimus,
post decretos novos honores,
Beato Juveni Stanislao Kostka,
Senii expers.
Joanne Francisco Regis, Beatis annumerato.
Beatissimus.

Elogium 2dum

Joannes Franciscus Regis, post obitum Ludovici 14 Regis Christianissimi, Cœlestes honores consequitur: Rhetor Stig

Cave Francia Ludovico Rege orbata,
Nediutius irriges lacrymis Tua Lilia!
Serenum vetat Beatum, lacrymis pluere,
nonstantum lex Salica prohibet Franciæ Regnum
Agere prœficam.
Cum uno Rege Ludovico 14to exstincto,
si defuncta millena sunt gaudia,
Totidem, cum uno Joanne Regis exoriente reviviscunt;
immenso luctui et vestro par succedit lætitia,
Pares Franciæ.
Postquàm honores supremos orbis detulit
Vestro Principi,
Novis titulis vestrum Popularem, decorat cœlum.
Atra funens cede pompa!
Beatorum Album augente uno ex Francis,
utinam aliquando omnibus!
Non solùm in Avenionem, sed Parisios quoq;
se diffundit recens nata lætitia;
Nam stilla solatii esse non potest,
quam Tyberis aquarum regnator fluvius devehit.
Florem Regum, mortis ferrum demessuit nuper,
At
Flores circumdati,
Hodie lilia Galliarum vere novo coronant.
Minus quoq; incuses Parcarum avaritiem Francia,
Dum
Liberali Te dono æther, et cum hoc afficit Roma.

Elogium 3tium

Francia respirante à bello, Joannes Franciscus Regis, Beatus declaratur. Rhetor 4tus.

Jani Templum clauserat Gallia,
dum adyta sacri honoris aperuit Roma,
Joanni Francisco Regis.
nimirum
ut Francia respirans à bello,
ad suos commodiùs aspiraret Indigetes.
Pacem colunt Divi,
et à mente tranquilla amant coli,
Cœlitum etiam cultus.

Silere plerumq inter armorum strepitus cogitur.
Belli nube pulverea involvente Cœlum Galliæ,
Quantus D. Joannis sanctimoniæ splendor esset,
nequiit forsitan clarè patere.
Imbrium cruentorum tempestas
Serenum tanti honoris perturbabat.
Vocalis suæ gloriæ classicum
martialium interpellebat tubarum clangor.
Grassantibus prœliis,
Franciam subire est verita
Beati nominis fama.
Divorum Innocentissimus,
Cruore hostili inscribi fastis noluit perennaturis.
Laurea adornandus cœlesti interris,
Unâ beatæ pacis oleis voluit redimiri.

Elogium 4tum.

Rhetor Stus. Michaële Angelo Tamburino Generali 14. Soc: JESU, Beati obtinet titulum.
Saturno regnante, aurofluxerunt sæcula!
Tu
annos Beatos reducis,
Præses maxime Socttis.
Quidni beata regiminis Tui censeam tempora?
quæ Joannem Franciscum Regis, dicunt beatum.
Te Michaële moderatore Socttis supremo,
Virtutum grandia merita, æqua lance ponderantur.
Constat nihil inesse leve,
hominum, DEO obsequendi, alacritati.
Innocentiam morum nulli gravem,
tanti valere didicimus,
quanti gemmas Cleopatræ.
Comperta est ponderis tantum habere, demissio animi,
quantum ab astris demissa diademata
Te Angelo Michaële Præposito Generali Socttis,
novus Franciæ Angelus Tutelaris accedit.
Ergo
Alas induit fama inorbem volatura,
ut tui ordinis homines, Angelis nuntiet sociatos.
Nos vovemus,
et votum parte exomni est beatum;
ita rege Socttem universam,
Ut titulos sera post fata decretos
Joanni Francisco Regis,
adhuc in vita obtineas.

JMJ

Elogium 5tum

Pater pauperum, et vir Sanctus, passim vocatus, titulo Beati insignitur. Rhetor 6tus.

Pauperes Spiritu sunt hæredes ex asse
Regni Cælorum,
quidni et Pauperum Pater?
Orba egestas, hoc ditaverat titulo
Joannem Franciscum Regis,
et vocabulum indidit sibi plusquam aureum.
Jam.
ne frustra impositum foret sibi nomen Joannis,
gratiosum indigentibus se exhibuit.
Multis quoq; surrexit major
Nam Cælo usq; inseruit caput.
Quod posset inopiâ laborantibus ferre opem,
inde se existimabat colligere;
Gloriæ Summam.
Interea
Nummorum, vitæq; propè prodigus,
Ne pretium Nominis satagebat retinere.
Sed titulo Sancti locupletavit, postquàm ære spoliasset
indigentia.
Antequàm Roma se nuncupasset Beatum
jam ubiq; Sanctus audiet.
Nihilominùs,
plus sibi contulit Roma laudis,
dum sancivit, ut Sanctus,
diceretur Beatus.
À Capite orbis profecta encomia,
tenent fastigium
Elogiorum.

Elogium 6tum

Mense Decembri exstinctus, Beatorum splendoribus irradiatur, Mense Majo. Rhetor 7mus

Sacra Deo nascenti lux affulserat
dum cæpit letali morbo corripi
Dei servus.
Primum Dei hominis diem,
tantùm non ultimum vitæ suæ habuit.
Mox ubi natum Regem Regum,
lætitia publica reclinavit in cunis,
publicus mæror intulit tumulo,
Joannem Regis.
È terris in Cælos migravit,
Cùm è Cælo Deus hospes, invisisset jam terras.
È vita abiit Anno exeunte,
meritus sæcula vivere.

Occidit, accrescente luce,
Magnis Divorum splendoribus cumulandq.
Non exspectavit æstatem
ut sibi laurus cœlestis immarcescibilis obveniret.
Scythicus verò December esse debuit,
qui exasperaverat Parcas,
ne parcerent sibi.
Sed immanitatem Decembris,
Maji clementia emendavit.
Floridum sertum imposuit Divo,
Cujus decerpserat vitæ florem, bruma emarcida.
Neq; frigida populorum vota colunt,
Cœlo receptum, media hyeme.
Neq; latet sub rosa, ejus gloria
quem adorandum orbi proposuit,
Flos Mensium Majus.

Elogium 7mum

Rhetor 8vus. Sacris honoribus inauguratur, Labori immortuus Apostolico, inter rusticolas.
Dominorum obsequiis addictos colonos,
qualiter animi sui teneret imperia,
B. Joannes Regis
edocuit.
Vivebat inter rusticolas, ut Cœli Civis,
Inter Pastores, innocuo agno simillimus.
Sed cum altores armenti, orci eriperet faucibus,
se labor consumpsit.
Et
caula fuit, ex qua in aulam cœlestem concessit.
Porro
ex gurgustio humili, in astra, itinere breviore pervenit,
Quam si migrasset è vicino sideribus augustali.
Solitus peritos agriculturæ instruxit,
qualiter colerent numen,
Certè
et auream legit messem,
Scilicet pennaturam Dei gloriam.
Nemora sibi in fasces effloruêre,
Inter quæ ille oberrabat,
Mortalibus Deviis à probitate,
indicaturus vias Domini.
Palabundum suo cum grege hominum genq,
reduxit ad ovile Christi,
atq; Jasoni invidendum meruit vellus.
Jam discite mortales!
ne Quispiam Divos inter effulgeat,
nihil vetat:
quod in obscuro exstinctus sit loco.

Elogium 8vum

Prodigiis patratis innumeris, dici Beatus promeruit. Rhetor 9nus

Novum esset miraculis genus,
si probitas verè thaumaturga,
non foret sancta.
Priusquam beata virtus audiat,
prodigiosam esse convenit.
Solùm prodigiis tituli comparantur Cælestes.
Tantis ausibus et tibi constitit
Cælitum Nomen, gerendum interris,
Beate Joannes Francisce Regis
Innumera usq; prodigia patrare debueras,
unicum ut Beati vocabulum Tibi deferretur.
Thaumaturga Tui sepulchri est gleba,
dum te vivere in Patriâ Siderum probat.
Prohibet sepulchralis pulvis haustus,
ne se permisceant cineri mortuali;
vitâ defuncti.
Restaurant collapsas vires alii,
ubi Tu magnus cecidisti; et jaces.
Obruunt morbi letales pulvere Tui monumenti,
et
beneficia grandia, atomus, immortalia tumulo præstat.
Aliena calamitas subitò profligata,
Te indicat frui perenni felicitate.
Ergo
fatalis cupressus, ~~inter~~ alia crescat funera!
è Tuo sepulchro laurus nascuntur immortales.

Elogium 9num

Societatis JESU Divorum auget numerum B. Joannes Franciscus Regis. Rhetor Tomq.
Societati JESU
Hispania cum Navarra, demum Gandia, et Japonia, posthac Lechia, et Italia,
adoratos à Roma dedit;
Supererat, ut adderet Francia.
Ttius Beatis, septimus omnibus Divis Sociis accedis,
B. Joannes Francisce Regis,
nihilq; iam deest huic numero, utpote absoluto.
Stanislao Kostka se in arcum triumphalem componit
Gentilitium decus Solea,
Aquilæ pennæ inferunt cætui Angelorum
Aloysium
Perennis gloriæ sertum; Franciæ lilia
Tibi imponunt.

Joannes Franciscus
Joannem Gotto, Martyrii desiderio,
Franciscum Xaverium, Zelo animarum,
Franciscum Borgiam, mundi contemptu
imitatus,
Eorum ut titulis inaugurareris, orbis annuit caput.
Hostibus formidandos Triarios Roma celebrat!
Franciscum Xaverium, Franciscum Borgiam,
Franciscum Regis,
Triarios invictissimos, mundq caro, et orcus sensit,
Numen redimit laurea triumphali.
Septem numeret Graecia, Sapientes,
Divos totidem Soctis, orbis colit Christianus.
Septem rerum prodigia, admirata est antiquitas,
Singuli septem è Divis Soctis, miracula Sanctimoniae
edidêre innumera.
Beatitudines Octo, recensuit Sanctitas
omni major:
Soctis Beati numerum nonnisi attigêre septenum,
ne alii ambigant sibi posse accenseri.

Elogium Nonum & Ultimum

Rhetor Ing. Joannes Franciscus Regis Catalogo Beatorum insertus, pingitur cum effigie Christi Domini cruci affixi.
Nomen Joannis sortito;
Quid magis cordi potuit esse, Agno Dei?
Rerum omnium inopem imitatur Franciscum Indigetem,
Deum in cruce denudatum, toto amplexus est pectore.
Ab innocentiae hostibus circumventus,
Se nullibi credidit tutius posse latitare
quàm intra abdita vulnerum Christi.
Ille, quem Deus, ut Joannem, charitate mirabili decoraverat,
à ligno Crucis, affectuum flammam derivabat.
Ille, quem invicta munierat patientiâ
tormentum crudele patientis Dei filii,
manu et animo circumferebat.
Ad plurimos pro animarum salute perferendos labores
impigerrimo,
Spectaculum pulcherrimum fuit,
effigies Salvatoris mundi:
Conversioni populorum ne se pigeret insudare,
ea de causa ~~immatatum~~ immensum cruento sudori, intuebatur Deum hinera

Ad pericula omnia superanda, nihil perinde sibi animum addidit,
quàm exanimatum Cruciatibus Numen.
Cultorem Regis dolorum,
Joannem Franciscum Regis
Si sibet, tace, Beatum, fama!
Sufficit;
quod Jerusalem è Crucis rostris proclamet,
Divinum Verbum.

DELICIÆ Humani Generis DEUS HOMO Inter Crucis Supplicia.

Ejusdem

PROLOGUS

Vere jam reflorescente hortum adibimus, cujus arbores vice fructuum, Martis bellaria, id est capita hostium devictorum onerârunt. Hæc ramis appendi Tyrannus imperaverat, cui tantum cruore humano condita placuerunt opsonia. Ex horto, inquo, nihil amœnum præter nomen in Calvariæ montem eluctabimur, arborem spectaturi, cui delicias suas debet probitas. Atsi cruda, si insipida eveniet dictio, adscribes Auditor Humanissime tempori, quod acerba inedia sibi vendicat.

Protasis.

Tyrannus ad Proceres Regni.

Bellum nuper indiximus nostris hostibus, atq; ideò etiam vestris. Et quid interea de illis eventu moratur famam? Forsitan alea minus prospera cecidit nostro militi, hinc rumor infaustus subire nostra metuit penetralia. Verùm Superos testor immortales, injustum nomini nostro dedecus, sanguine suo exercitus eluet, Exercitus qui hostilem cruorem elicere nesciit. Funes, compedes, catenæ, gladii, asciæ vindices hunc comportentur. Non dedecorat nostrum augustal hic apparatus qd non ad normam Gynæcæi comptum esse volumus.

Senator Imus. Nulla meminit dies, Te Principe aliquando nostra deleta esse castra, aut accisas regni vires. Ad universorum hostium exitium fortis imperas. In suum jugulum strinxit arma, quisquis ensem in se eduxit.

Senator 2dus. Potentissimi et Invictissimi Principis nomen, non assentatio officiosa ergasterarum Dnos, non fastus ingentibus titulis sese efferens Tibi indidit, verùm gesta heroica, victricibq; laureis coronata, in omni arena, imposuêre.

Senator 3tius. Pulcherrimum est, atq; tuum, quod non aliâ purpurâ humeros tuos adornet, quam Cruore hostili imbuta. Ad aspectum Regii Tui muricis, pallent gentium vultus, trepidant animi, et gloriæ verticem se existimant.

existimant populi attigisse, quos devictos advolvi solio Tuo sustines.

Senator 4tus. Semper hactenus victrices herbas mucro Tuus demessuit. Nedubita, infracta hucusque arma Tua, et in hoc praelio in laureas triumphales effloruisse.

Nuntius. E Tuis Castris advenio Nuntius, Princeps Invictissime.

Tyrannus. Quis Nuntius?

Nuntius. Nuntius victoriae ad invidiam aetatis secuturae, fortunam, plausumque subditorum reportaturae. Victoriae, quae tuis armis debebatur. Hostem vicimus, cumque Tuum exercitum decuit manus conserere. Hostem delevimus, qui sub tuis auspiciis, qui à Tua militia non poterat non deleri. Capita, quae cernis Regum Invictissime, strenuissimorum Bellatorum, fortissimorum belli Imperatorum sunt Capita, digna calcari Tuis pedibus. Praeter haec, innumera procubuêre, pervastissimos campos dispersa, ut mihi ad Te properanti omnem viam interceperint. Unam ad omnium stragem hostium, Reipublicae felicitatem, Nominis Tui famam perennaturam, Te incolumem diutissimè Servent superi!

Tyrannus. Jam haec vincula, in praemium ignaviae vestrae destinaveram. Inglorii domi interiissetis, trucidati his armis, nisi fortiter egissetis in acie. Adorate fortunam, quae hostibus superiores effectos, ultrici manui nostrae vos subduxit.

Senator 5tus. Commilitones habes superos Regum fortissime. Cum Tuis copiis hi manum movent, ne superent. Palmam cedere illae nequeunt acies, quibus Numen Tutelare assistis.

Senator 6tus. Vive in longas aetates Regnorum Domitor, atque cladibus Gentium, annos computa, imò dies. Eò Regni Tui fines protende, quo jam nominis Tui fama olim pervenit. Recenti victoriae, cui publica applaudit Gratulatio, tot accumula, quot merens invidiam Regum fortunatorum.

Senator 7mus. Inter funera hostium domitorum, longaevus vive Regum Potentissime. Felicitatis fastigium adi, per suppedaneas populorum Cervices. Herorum cadavera in colossum, arma erepta in trophaeum se componant caelo proximum.

Tyrannus. Vota probo, si animus vester illis consentit. Nosse autem vos cupio, etiam in rebellium stragem Civium, me arma gerere expedita. Jam Quid putatis ubi locorum reponenda sunt capita ense victore amputata, ut victoriae indubitatae monumenta emineant?

Senator 8vus. Infixa hastis, in foro, et per compita Urbis possunt disponi, gratissimum aspectui Civium, tristissimum oculis hostium exhibitura spectaculum.

Senator 1mus. Vel certe Augustarum pyramidum fastigium claudant.

Tyrannus. Locanda alibi censeo. In vicinum palatio hortum deferantur, nobile triumphorum theatrum mox futurum.

Hortum adit Tyrannus cum Proceribus.

Tyrannus. Hos fructus feliciter belli gesti arborum appendite frondibus, et epigraphen addite: bellaria Martis. Ejusmodi deliciae, non imbellium Regum oculos, atque animum pascunt.

Senator 2dus. Delicias hactenus visas nullibi, Tui horti arboribus gratulamur. Poma similia nullas hactenus licet faecundissimas frondes oneraruunt.

Senator 3tius. Fructuum Prodigiosam raritatem, Tuae non nisi lau:

reae,

Tuæ duntaxat palmæ possunt proferre.
Senator 4tus. In autumnum feracem ejusmodi bellariorum, quilibet dies,
Tuæ vitæ degeneret.

Apodosis.

Christus Dominus Cruci affixus præsentat.

Oratio.

Hostium capita, ceu mala appendent frondibus Tyrannorum nonnemo, et bellaria Martis dixent, dapes barbaro gratas palato. Dum hominem, et Exercituum Dominum, quem infestissimum sibi Hostem Hierosolyma censuit, postquàm conjectum in ferrea vincula, flagellis et spinis ferocissimis cruentatum, sine lege desæviendo sacrilegus furor expugnâsset, totum arbori uni affixit, ferre dignatæ alios fructus, quàm Numinis vulnera acerbissima, illecebras suaves humanæ felicitatis. Hinc mutata Epigraphe, non Gradivi bellaria, sed humani delicias generis, Deum ligno atroci appensum, libet hodie nuncupare. Nullas intereà blanditias suadæ, sperate Auditor: Sapien: Passum in silva Cruce Numen usq; adeò dulce est dictionis argumentum, ut inter acumina eloquentiæ, nullo egeat melle condiri.

E rudi stipite Numen pendulum, in exsanguibus labiis, cruori innatantibq oculis, vultu livido, capite lacero, et in vulnus latissimum verso corpore, licet pristini decoris nihil retineat, attamen speciosissimum est ex horrido. Inter noctes Seneca. mœstæ frontis, densissimam inter saniem, triste naufragium prodigiosæ nuper vetustatis, eam gratiam præseferunt genæ, ut se oculi mortalium nequeant intueri, quin tanquam in venustissima icone amoris cœlestis, se amittant. Demisso vultu in pectq, egisti animam Salvator Mundi, quidni cordibus hominum Tui amorem inspirâsses? Orbis ruinæ gravissimæ fulciendæ immortuus, manu utraq; expansa, nonne amplexibus tenerrimis Te dignum probasti? Quot tuis manibus atq; pedibus clavi inhærent, tot in promptu habes jacula, quibus animos petis, et devincis blando saucios vulnere, et felici. Adacta lateri tuo hasta, certè non turbida letalia toxica, sed undam crystallo puriorem elicuit, atq; mari gratiarum aperuit ostia, dum roseo sanguini se liberaliùs profundenti. O si quando lacte et melle regio Palæstinæ manavit! tunc profectò dum innocuus Sanguis tuus, sessatissimè inundâsset.
Jam nativo superbos flores mirice, oculorum breves delicias, et delicatæ frontis decora non diuturna, Quisquam ne Pæstanis agris invideat, dum inter Divini Capitis sentes, ver omnibus rosis pulchriq efflorescit? Poma aurea Hesperidum hortos decoraverint, opumq avidam irritaverint potiq, quàm recreaverint famem! Plantatam arborem in Golgota, imbribus rigatam cruentis, plusquàm aureus fructus maturusq; locupletavit, licet minus faventibus radiis solis occumbentis. Hoc gratius nihil decerpsit Alcinous, vel Hymettus delibavit, nec divitiàs cariores Canariæ Insulæ, mensis Principûm transmisêre. Satisne istud?

Ipsiusmet Paradisi voluptas exquisita cedit palmam huic arbori, de qua, Numinis Cor, vice fructuum carpi poterat. Et quod mirere, fellis asperitas, myrrhæ amaror, acorsini, corrupti acerrimus, nihil officit, quin uvâ passâ longè dulcior Christus audiat Cruci affixus. Et profectò sæpissimè evenit, ut se nutriri Hyblæ favis existimet pietas, dum animum subit recordatio spongiæ, quæ omne absynthium in se collegerat, ut Authori nostræ salutis propinaret.

Sed è jugo Calvariæ in Regiam Henrici 3tii Regis Franciæ, libet descendere, et augustis penetralibus se inferre, libet oculo curioso contemplari mensæ regalis apparatum. E subselliis excepturis convivas, nonnulla holosericeq panniq auro intertextus, nonnulla tyrium vestit ostrum, omnia, Gallieq id est insignis tegit decor. Nive hyberna candidior mappa nitet, mappa epulas non tantùm natas domi, verùm etiam è remotissimis terris, nemorum abditis, maris profundo et aëre summo petitas admissura. Non absq cura accurata instructas lautitias, expectat supellex argentea atq aurea, in concinnum disposita ordinem. At fidem hominum! tres orbes appositi Regi accumbenti, non Tantali famem, non cœnam Thyestis, non fabulosa Numinum prandia, exhibent affabrè sibi incisa; uni ex orbibus panis insculptus, cum lemmate: cibus ventris, volumen alteri, appellatus cibus mentis, in 3tio effigies cernitur DEI Hominis cruci affixi, cum epigraphe: Cibus cordis. O planè regii convivii pompam! o cibum cordis, cujus illecebras orbis non capit. Protunc Henrice, Te Regem Christianissimum, protunc Regem sapientissimum esse constitit, dum indicâsses quod sola pasceret Tuum animum, Regis dolorum recordatio. Jam vilescitis panes aurei Domitiani, se decipientis gulæ pretia; vilescitis uniones aceto liquati, Cleopatræ splendidè convivantis, opsonia, Assyrio luxu mensæ infames desipitis, desipitis. fercula Sardanapali et Vitellii, corrupta, sui prodiga voluptate! Quidquid mundi est dignum mappâ, ung Henrici complexus orbis. Maximorum Regum, corda Te oblectantur, et quis Te generis Nostri delicias quis aliquando esse ambigat Numen optimum, optimum in quam vel inter voces insulsas vulgi conviciantis, vel inter probra condita desipientis Hierosolymæ. Postquàm nominis Tui integritatem proscidat vesana Linguarum furor, ubi crudelitas barbara sanguinem omnem exhausit, et te in morem ferarum implacabilium cruciatus immanes tantùm non depasti, inter vulnera ~~demum~~ post cordi inflicta, se adhuc recondit major copia nectaris, quàm potest sitire pietas Regum delicata.

Instar fidium instructarum ad numeros, vidit nonnemo DEI Hominis acti in Crucem nervos extensos, et Cytharam dixit vocalem. Cytharam appellâsse longe magis prodigiosam plectro Orphei, nihil dubito, nam istud sylvas tantùm et feras, ~~at~~ hæc è tumulo homines quoq excivit olim exanimes, hæc affectus humanos trahit, neq illudit se amantibq. Nihil aliud sonat quàm amorem, et mortalium maxima audit voluptas, non immeritò.

Inter Principes, quos aliquando Roma coluit, amavitq, Numa pius,

224

Trajanus optimo melior; Titus Flavius Vespasianus, amor atq; deliciæ orbis, sunt dicti, et augusta vocabula nontam à præclareactis mentisq; de Patria, quàm ab ingenio assentantium suos ortus acceperant. Tu Rex dolorum, Tu delapsa è Cælo Sanctimonia, omni humana melior Bonitas, terræ et Cæli esamor, et titulorum pulcherrimos, qui cum Sangvine Tuo profusissimo sui, in mortalium commoda promanarunt, veritas nequit erubescere.

Agite jam universi, quotquot esse meministis vos homines, circumferte Deum hominem delicias vestras inter Crucis supplicia, oculis atq; animo circumferte. Nevos clavorum, ne spinarum acumen vos terreat, quem pectori vestro archiùs apprimatis. Dixi.

Annus 1.7.1.8.

P. Rychter

In A.1. 7. 1 .9num

Oratio in Renovatione Studiorum.

Id potissimum hodie seinsinuat animo Auditores Sapientissimi, quod proscientiis loquar in Lycæis, quæ primi Principes Regni, atq; Sacrorum Primi Præsides utpote Archipræsuleis Gnesnensibus infulis coronati Celsissimi Primates Regni, Stanislaus Szembekovius et Mathias Lubienius evexêre, actantum nonadmovêre sideribus quod versari me videam in Athenis, quale sacerrima, quia DEO cognata scientia incolit; quod declamem è Rostris, quæ sibi Oracula vendicant solita cælo delabi. Hinc profanus Orator ne tantummodò ad-strepam, perinde mentis eruditioni, atq; animi probitati se addicet oratio, utriusq; encomijs famulatura. hoc argumento: quod pietatem quoq; non nesciunt athenarum Scientiæ, seu quòd literæ è palæstris virtutem non proscribant.

Quidquid in medium adduxero, ne aurem offendat, nihil vereor: Illos etenim Auditores (ut video:) fortuna Cælestis mihi obtulit, in quorum animis veluti indomesticis penetralibus, Sanctimonia et peritia literarum, concordes incolæ habitant.

Si qualiter Roma didicerit nosse literas, Roma inquam tota caput, recolemq; si petemq Urbium Principem, sapientum augustal plusquàm regium, aras spectabimq; media inter rostra, atq; inter non fatuos ignes thura ardere, jam Minervæ, jam Mercurio, jam Apolini, atq; Musis, cernemq. Tantum non agmen immensum Deorum supplice adorabat genu Roma, cùm secundo perarenam literariam gressu reperet. Excisis laurearum vichicium Sylvis, frontem Palladis attollebat, quasi aliter non licuisset ingenio certare cum Græcia, nobilem palmam preptutæ. Eruditorum Divorum statuas vestiebat splendidiùs, ut quali protunc Philosophos induerat Stoa, suis humeris meliq ðgueret pallium. Credidit in Supremi Jovis cerebro, ceu cunis Minervam vagiisse, atq; inde prodiisse in orbem fortunato vestigio, nedum Togati Proceres Janum atq; Consum, Martem Bellonamq; Cataphracti Heroes, Neptunum et Pethidem sibi redditi nautæ, at Coloni labore non irrito fessi Cererem, sibi propitios Deos jactarent, nullisq è Divis præsidio niti, nec ullis è Cælitibus curâ laborare censerentur, qui nonnisi otio erudito vacarent. Sic vetustas Romana adhuc impia, ubi ~~nihil minq~~ literis mentem excoleret.

nihil minq

neglexit, quam in suo ingenio natorum Numinum cultum, et Palæstræ in delubra abie: rant, sic Urbe Septicolli donatæ scientiæ, quo nubibus forent viciniores, ut ipsæ in Capi: tolium usq; eluctatæ, eò Superos magis respexêre.
Prô quantò sanctiora Gymnasia se deinde reclusêre, postquam fabula esse Numen desiit, postquam orbem instituit Deus Verbum, et Divinissimum Pneuma linguis igneis frigidam veterum Palæstrarum emendavit sanctimoniam! Quam nunc pro: ba audiunt dogmata sapientum, quæ proscriptis commentis, religio non fucata correxit? Profundi mentium sensus in ferris dignos scrutant errores, detestanturq; et nihil sentiunt non Cœleste. Impallescit studiosa adolescentia paginis, et interea agnitum Numen discit formidare, metumq; doctus pallor indicat; sic voluminibus donat oculum, ut cum fronte erecta integerrimam mentem avocet cœli aspectus, sic impiger labor suam dexteram fulcit calamo, ut in otia nequeat ruere sic vegetam in: dolem Juventutis, in literario ludo anni detinent, ut pietati maturæ assuefaciant. Edocetur vel inter Grammaticæ rudimenta, scilicet prima artium liberalium tyrocinia de Divinis disserere absq; errore, nec hausta sepia pectoris decolorat candorem. Itaq; hi tenero passu quoties Palladis premunt arenam, ipsiusmet innocentiæ illibato in: hærent vestigio, illi citra mendacii nefas, fingendo multa ex arte ad Apollinis fides nihil magis quàm fictam, quàm veritati minus consonam aversant virtutem. Hi Tullio Principi Oratorum se devovent, ut unà suadæ melioris peritiâ imbuant, nimi: rum qualiter juvat, ut pervent pro suaad superos domo. Illi sublimioribus se in: pendunt scientiis, et cœtibus se permiscent Divorum. Quid officit quin circu: los inter Philosophicos, coronantibus annulis emeritam manum, orbita fortunatæ et infaustæ æternitatis recurrat? Justitiæ, fidei, puritatæ, cæterisq; virtutibus per: noscendis; et Supremo ipsi Numini, quod Theologia sese immolet, quid clarius ad Aquinaticum solem patet? Nonne orbe despecto, luminum patriam contemplat Mathesis, et nisi id ageret, toto cœlo errare se putaret? Castaliis fontibus, flumi: nibus Tullii, Euripo Aristotelis, Mari Theologico vela panditis Classes litera: riæ, sed o rerum prodigia! sine malo, hinc neq; Scyllis errorum impactæ, neq; Syr: tibus vitiorum allisæ, optimæ spei tenetis promontorium. Tendite Jasonia pup: pi secunda magis navigia, ad Insulas tendite fortunatas, inter atticas noctes præ: lucentibus mille astris virtutum, favoribus cœli, pro favoniis adspirantibus.

Huc appulsa oratio in celeusma jam desineret nisi adhuc operæ pretium fo: ret Justi Lipsii meminisse, in quo pietas, et eruditio, sic eminuit, ut neutra illa: rum deprimeret alteram. Cum putaret se abiturum è terris, alatam spopondit victimam, et una victima grandis fuit hecatombe. Defessam scriptis voluminibus pennam, aræ appendit Deiparæ Virginis, vel idcirco non immeritò calamis omnibus attollendus. Enimverò cui munus literarium debebat, si non Paren: ti Incarnatæ Sapientiæ? in atra sepia sæpe naufragum calamum certe felicius elu: ere nequiit sui ævi scriptorum sapientissimus, quàm ubi Ellari Orationum immer: sit. Si fidem fabulis dabimus, constabit Apollini plumas loco donum allatum ab alitibus. Sed dicaverit agilem pennam sanctiori Minervæ dicaverit Lipsius, gravè tamen suo pretio munus litavit. Hoc etenim habent calami eruditi, ut idem pondus sibi insit, quod et auro. At conjicimus facile ex hoc uno anathemate.

id est calamo, quo hæredem editorum à se voluminum, Imperatricem Cæli scripserat, conjicimq; legimus pietatem Authorum eruditissimi, et nihil æquius Marianæ existimant Academiæ, quàm Justi Lipsii factum sequi. Utiq; sole clarior Virgo omnium calami ad Te provolant, et nihil Icari fata horrent! Insuper Tuum Augustissima Imperatrix caput ambiunt, prima sidera Athenarum, (: Theologos Philosophosq; intelligo :) et obscuræ improbitati diem dicunt. Orbis integer Tuis pedibq; se adsternit, et cum hoc advolvunt rotundæ periodi Rhetorum, neq; à linea recti deflectunt. Sed quid plura in rem eandem consector, quid Colligo? Ne dictorum laboret veritas, expendisse sufficiet quod pridem lata præcipiat lycæis sanctio, sanctio quæ non rudibus sectatoribus literarum semper placuit, nec parietibus sic adhæsit affixa, ut in animum non transierit. In rebus atq; actionibus omnibus ita se gerant singuli, ut facilè quivis intelligat, eos non minùs virtutum vitæq; integritatis esse, quàm literarum doctrinæq; studiosos. Quid pulcherrima lege sanctius, quid utilius, quid ad gloriam immortalem accommodatius, quid unquam statui poterat! Dicite Rostra Oratorum, dicite exedræ sapientum, dicite orbis academiæ. Et profectò si nullæ virtutum illecebræ sapientiam condiant, pulchro vocabulo frustra sui acuit famem. Instar Pactoli obryzo, velut Hydaspes gemmis, nec Oratorum nec Poëtarum fontes decurrunt, si plurimum cæni secum devehunt, si tumidos fluctibus se se afferunt ultra limites. Nonne incomptus est stylus, et impexa oratio, quoties nihil prorsus elegantiæ contrahit à probitate, morum præcipuo ornamento! Nonne in horrida speluncæ degenerant lares Palladis, quamvìs multo comptinitore ad cæli speciem fulgeant, quamvìs augusto fastigio sic assurgant, ut despiciant terras, si criminum monstra habeant inquilina, si projectos in vitia aditu non prohibeant? Rem absolvam compendio; displicent laureæ fastus solius ornamenta; docti sales desipiunt tenerarum contagia mentium; nullius est frugi scientia hominum, si nihil unquam sapit Divinum.

Etiam adolescentia literaria sic Te in fine dicendi alloquor. Carnkoviano agno, Gnesnensibus liliis enutrito, simillimam reddant Te paginæ innocentes, ad Celsissimum Lubienii caput, nihil humile, nihil non sacerrimum cogita, ad avitum Galczynii sidus, majore ursa illustrius, meridiana virtutum luce radia, inter umbras Academi. Age, ad Lucernam Cleantis, errorum Cymmeriæ noctes exulent, totam affige Te Cælo argutæ eloquentiæ acuminibus, vinculis suadæ ligatæ adstricta. Te supens mancipia. Ad Latini idiomatis leges, ita voces inflecte, ita construe dictionem, ita stylum exerce, ut è præscripto Christianæ sanctimoniæ, morum concinna compositio, et integritatis vitæ studium indefessum, præcipua Te distineat occupatio. Dixi.

Innocentia
Monoculi Horatii,
Mariani Herois,
non sine manifesto prodigio,

ad
Oculum
deducta.

PROLOGUS.

Eijdem

Cultui Matris Aeterni Verbi, ut eloquentiae studia se impendat, illi debitam non taciturnam probitatem, affectamq non exiguo praemio, dabimq hodie in scenam Monoculq Horatius miles in aedibus sacris, voce elata, Augustissimae Caeli Imperatrici supplicabat. Mancipium Erebi Judaeorum non nemo, hinc praeteriens, aure et animo indignabundo accipiens Christiani Herois disertam pietatem, multa in se, multa in Virginem intemeratam effutiit. Eadem Causa postquam ori scelestissimo debitas poenas tulisset ab Horatio, Judicem è vestigio adiit, diem Horatio dici petit, obtinuitq sollicitis precibus multo auro adjecto, ut in iq pugil Marianq vocaret. At hic priusquam se stitisset, ad opem confugit Matris Judicis DEI, impetravitq oculatum innocentiae suae testem, id est oculum quem amiserat belli: Tum eunam adit, hostemq perstringit acie oculi prodigiosi, velut acerrimo fulmine. Judices ad Themidis libram causa tota expensa, nunquam fortiq, nunquam Sanctius, agere potuisse Heroem Marianum declarant. Flagitiosissimi autem Hominis vultum, et marsupium satis gravi mulctae addicunt, ut patebit. Tam illustre Mariani honoris propugnati exemplum, in argumentum dictionis et actionis assumimq, ne profani duntaxat Oratores audiamus.

Miles Horatiq Divinissimae Virgini, ejusdem ad aras fit supplex. Judaeus praeteriens multa iacit convitia, tam in militem, quam in DEI Parom Virginem. Ergo a milite prosiliente ex aedibus sacris caeditq in querelas coactus erumpere.

Miles Orat. Majestati Divinae majestas proxima ne ab alto despicias solio, Tibi supplicem vernam. Sole Clarior Virgo, ad radios Tuae puritatis, meas videam tenebras, et exhorream. O Maria vastissimum pelagus gratiarum, indigum Tui favoris, gemma ditet vel unica. Supremo omnium rerum Dno, humilis, me commenda, Ancilla. O Maria, Tuum est, pati non posse, vota hominum reddi irrita.

Judaeus. Pro pudor! foeminae imbellis opem Miles implorat. e deutire, quis monoculum neget Horatium? o preces insanas Mariae supplices, quas non audit!

Miles Hebraeum Caedens. Quid in secundam à Numine Virgine, effrenatum scelus inveheris? Aude nunc plura in Dei Matrem jactare, progenies Erebi!

Judaeus plagis affectus cum grandi ejulatu se conjicit in fugam.

Miles. Acerbiora sensisset, nisi manu vindici, pedes in fugam expediti, se ocyus subduxissent. Parce Virgo, qd percusserim manu conveniente Sacrilegum Nominis Tui hostem.

Tandem Caeli misserescite, iniquissimis fatis obnoxiae gentis nostrae. Pro dolor! idem est Hebraeum esse, atq unum è lixis, atq unum è mancipiis, et tantum.

non diversum specie ab aliis hominem. Hominem, quem puerorum turba potest, dum libet, conspuere, insulsis vocibus petere, menti promissa coma arrepta personam, per compita frustra resistentem circumducere, fugientem cano, et saxis impunè sequi, inter applausus vulgi insultantis. Quæ ludibria à licentiæ deditis studiosis, quas ærumnas à populo insolenti non pertulimus? quas injurias vel à nobilissimis genere, quam cladem à milite opes nostras, suas esse jactante? quæ tandem malorum omnium pessima jam in villis, jam in oppidis, jam in Urbibus, et ubiq; terrarum hactenus non sustinuimus? Singula haud computarent omnes evulsi è mento crines. Acerbissima omnia, insuper tantum non omnes audent; et interea questus effusi in lacrymas, risu festivo excipiuntur. Et me miserum, dextræne semel aberrante insanus Horatii furor cecidit, cruentavit me inermem, nec ferire, laniare, destitisset, nisi Judæus infelix iuxta morem nunc imbellibus nobis usitatum, in celerem fugam me conjecissem. O Horati, Horati, utinam nulla tibi fausta hora fluat. Nihilominus fortunæ favorem exploratum me habere juvabit. Igitur quam primum adibo Judicem, rei gestæ proponam seriem, implorabo æquitatem. Nestamen vacillet, et demum corruat causa, operæ pretium me facturum non dubito, si illi patrocinatura argumenta depromam è marsupio.

Hebræus Judicem convenit, precibus nummos addit, Horatio per præconem dies dicit.

Æquissime Judicum, lividas genas, tumorem fœdissimum vultûs, cerne, oculum conjice in cruorem à recenti expressum ede, et me vide infortunatum. — Judæus.

Cujusnam Chyrurgi usus es opera, ad sanguinem putidum eliciendum? — Judex.

Horatius militem se oblitus, Chyrurgum se professus est. Verum heu nimium gravem illius dexteram sensi: Ah sanguinem modo prorsus violento extorsit, quem profunderem dui. — Judæus.

Ille Monoculus miles Horatius, te cecidit? — — — Judex.

Haud alius quispiam, Judicum clementissime. — — Judæus.

Colludere forsitan voluit tibi, colluctando: interea (ut fieri solet) aberrans manus ~~manus~~ impegit in tergum et vultum. — Assessor Imus.

Monoculus quid ageret, non bene vidit; Tuo imputa infortunio, quod melius Judica: capitis integritati non prospexeris. — Assessor 2dus.

Æquissimi Judices, per quidquid sacrum est, vos oro, atque obtestor, ne facinus hoc multum sinatis, patratum ab homine ferocissimo, et in exitium nostri generis nato. — Judæus.

Ne arbitreris nos æquitati nolle morem gerere, per apparitorem Horatio dicemus diem. Age extemplò Horatium injus vocato. Compareat die crastina, alioqui Urbe pellendus. — Judex.

Immortalem vobis debeo gratitudinem, si Judæorum infelicissimo homini quamvis tamen innocuo Judæo, opem illam feratis, quam non sic mea calamitas, quàm potius probitas insita animo vestro, à vobis deposcit. — Judæus.

Non deerimus Tuis votis; ab Horatio igitur non tibi metuas. Intereà autem quæ valent ad fidem faciendam, unde potes, inde collige. Pondera solidarum rationum, ut geras in lingua, Tua interest. — Assessor Imus.

Horatius citatus, ad opem Deiparæ Virginis implorandam. Templum subit, et oculum recipit, quem olim amiserat belli.

Quod placida castigaverim manu fauces maledicas, ad subsellia Judicum trahor. Reum me facit Deiparæ Virginis cultus defensus. O Superi boni! non diffiteor, me hoc facto deliquisse, quod linguam effrenem pugno hoc ita non domuerim. — Horatius.

ut nō posset modò conqueri. Non dubito, quod compede aurea Judicum animos, sibi jam Hebræus devinxerit, ~~ah~~ at Nihil perinde libram Astrææ inclinat, quam aurum in se congestum. Tota laus et victoria, à Patrocinio dependet Tuo, Cæli Regina invictissima, cujus vindicando honori, segniter militasse me pudet. Genu supplice atq animo Te exoro, in mea causa, age Tuam. Satis grave supplicium irrogatur innocentiæ, quoties hæc vel accusatur. Si famæ, si meæ fortunæ, Tu succurreris, neq in lubrico sita corruet.

Idem oculo jam recepto. O Beneficentissima Dna! oculo Tuum donas Clientem, neq alium me intueri possum hodie, quam felicem. Letum prius utramq claudet palpebram, quam beneficio Tuo debitam oblivione sepeliam gratitudinem. Jam nunc imperterrito vultu atq animo, me in Curiam conferam. Nulla alia innocentiæ argumenta sollicite conquirenda mihi incumbent. Sufficiet oculus, non absq prodigio manifesto restitutus.

Causa examinatur à Judicibus.

Judex. Edisse, qua lacessitus injuriâ, Hebræum hunc miserum, satis inquam miserum, quia Hebræum, inermem aggressus crudeliter percussisti, dum manu liberali, colaphos mille impegisti suo vultui? cervici acclini supplicium deprecanti incussisti atrocissima verbera. Tantum non tuber unum, totum est caput, qd ictibq mille pulsâsti, et his ferocissimis. Ad hæc quod gravius crimen potest dici; barbam decus multo tempore comparatum, ungve immiti attondisti. Tot inter palmares injurias, vix id solati pessimè habito reliquisti, ut magis esse infelix, et miser non potuerit, neq possit.

Horatius. Verbo parcite, clementissimi Judices; suum in caput mentitur, novo supplicii genere, atq non vulgari afficiendus, mentitur juxta receptam consvetudinem à perfidis suis contribulibus, odio vatiniano, in Chri cultores, pro lacte, Apella enutritus. Ego ne te hen Judæorum fætidissime etiam leniter attrectavi? egone dexteram meam fædavi Tuo sanguine, aut potiq tabo? Egone demessui aliquam barbæ Tuæ partem? an dignum Te censui, quem manu tot Heroum victrice laniarem? imò ut demulcerem? Age, responde, quid tacitus metu obrigescis?

Judæus. Si monoculq fores, omnia hæc Te fecisse non dubitarem asserere? quia verò oculum sanum utrumq in Tuo vultu adverto, hæc Tibi imponere vereor.

Horatius. Videte Areopagi hujus Præsides nunquam iniqui, cui periculo intaminatam, laudatamq ab omnibus æquitatem vestram objicere; in quantum exitium fraudulento conatu me insontem præcipitare, recutitorum audacissimus voluit.

Assessor I. Bene memini, Te uno duntaxat oculo præditum, et vidisse hucusq, et vixisse, qua cæca fortuna favente alterum es adeptus, qui in prædam hosti cesserat?

Horatius. Ne cælorum Imperatrici vivam ingratus, manifestam illius reticendo beneficentiam, plurimum refert, ut exponam, quid ipsiq favore, immerito mihi evenerit; non enim cæcutienti fortunæ, aut Æsculapii arti id muneris debeo, quod fronte præfero. Et ne vos, longa rei narratione detineam Judices, quanta ne vos lateat, meæ interest felicitatis, atq eò potissimum spectat, ne quid alienum à recto statuatis: Heri in laribus Virginis Devinissimæ, cùm sibi devotum carmen redderem sono sublimiore; ut id facilè posset percipi etiam ante limina augustalis Virginei: Orci satelles, quem spectatis, idcirco, more canis in rabiem acti, me allatrare, et audaci morsu petere, nec me tantùm, verùm etiam, Augustissimam DEI Hominis Matrem omni officio pietatis Christianæ adorandam. Ferre aures non poterant, non poterant manq non ulcisci impiissimum nefas, non poterant non obsequi

cordi imperanti vindicias. Ergo uno impacto et altero colapho improbissimum scelus coërcui. Veniam date Iudices Christiani, quod clementiæ, quod mitiæ, cum mortalium scelestissimo egerim, in quem acriæ animadvertere æquitas causæ postulabat. Jam ubi Præco me accivit, trepido gressu Templum subii, cum Deiparæ Virginis fretus auxilio (cui proxime agitandam commiseram causam:) spe victoriæ indubitatæ animæ ergi, mox restitui oculus quem olim rapuit bellum, vultui sua redire integritas, et plenior dies illucescere, Virginis beneficio, quæ suos clientes placido vultu intuetur. Restat igitur, ut pro studio vestro in eandem, graviori supplicio addicatis licentiam immanissimam, ut se mulctatam nunquam possit oblivisci.

Clementiam vestram imploro Numinissimi Judicum! Imperitæ rerum Judæus, ne quidem leve delictum putavi, quod jam affectum mille verberibus, ulterior pœnæ addicendum hostis postulat. — Judæus.

Desiste latrare progenies cerberi. Recedite. — — — Iudex.

Deciditur causa, lataq sententia promulgatur.

Horatium censeo absolvendum; Hebræo vidert ea mulcta irroganda, ut centum libras argenti pendat; cujus dimidium cedet Horatio. Insuper integrâ horâ subsistet ad Januam ædium Virginis Thaumaturgæ, ut placido vultu alapas ferat infligendas à Christianis sacra adyta ingressuris. Cum in modum singulis annis plectetur unus ex hebraica gente. Quid placet sententia?

Concordi in eam feror animo. — — — Assessor 1.
Nihil sanctius, nihil æquius, statui poterat. — — Assessor 2.
Ergo in tabulas referatur. — — Iudex.
Unà cum Hebræo adsit Horatius. — — Assessor 2.
Decidimq causam, sententiam tulimq, qualem ratio æquitatis videbat postulare. Promulgetur. — Iudex.

Horatius iure atq legitimè absolvitor.
Hebræus mulctam, centum libras pendito.
Hujus dimidium Horatio statim dator.
Deinde annis singulis perenniter,
Ad fores ædis Virginis
Hebræi unum è sua gente sistunto,
Hic per horam integram illic stato,
Et colaphum, à Christiano impunè accipito,
Tantum, quantum Christianus dare voluerit, et potuerit.
Christiano autem, qui dederit, etsi prægrandem dederit,
Hoc noxæ non esto.
Date veniæ locum Iudices. — Judæus.
Facesse ex oculis teterrimum, nefas. — Iudex.

Judæus ad Templi fores pertrahitur; et à Christianis colaphi impinguntur in ejulatus effuso.

Ride nunc Christianam pietatem, si lacrymæ sinunt. — — Christianus 1.
Post voces insulsas, disce sapere. — — 2dus.
Convitiantem linguam exere, si dolor permittit — — 3tius.
Ne alapa infligenda, ad Inferos Te abripiat, supplex roga. — aliquot simul Christiani

EPILOGUS.

Inter verbera inflicta Hebræo, quod Tuas aures offendit nostra suada, Ignosces Auditor Humanissime. Stylo imbelli, aut saltem non vibrante acumine Oratorio, Castrorum aciei ordinatæ honorem defendimq. Sed ubi dabimq nomen Marti Polono, validiùs ferro militabimq gloriæ, Imperatricis Invictissimæ; scilicet ad excidium usq; Hebraicæ gentis infensæ Tanto Nomini. Dixi.

Ejusdem

Sacri Amoris Metaphora.

Id est:

Cordis Humani è pectore Translatio, ad pedes Chri Servatoris.

PROLOGUS.

Vixit nonemo ita amans vulnerum Chri, ut illius sauciis plantis cor suum adhæsenit, ubi è vita migrasset. Obitum usq; adeò fortunatum, ut encomiis prosequamur nostrâ interest, qui audire desiderampq addicti exanimo, Deo patienti. Dixi Christi patientis Cultorem vita sensim destituit. Chyrurgq accitur, qui corpore defuncti aperto investiget mortis causas.

Infirmus. — — Mortis nuntius languor iam pulsat præcordia.

Ephebus I. Ad robur pristinum recipiendum medicamentis uti juvabit, è præscripto medicorum.

Infirmus. — Amara nimium potio instar fellis sapit.

Ephebq 2. Amara est potio, at sanitati, quã nihil est dulciq conductura.

Infirmus. O Iesu, insipidum fel Hierosolyma Tibi propinavit, ergone palato meo abblandiar! Supmam diem pcedere solita, defectio virium tantum non solo me adsternit. Eph. Ergo in lectum juvabit se conferre. Infirmq. Consilium sequor. Eph. Tardiorem fige passum, ne mortem acceleres. Infir: Quoscunq; passq moliturum, fatorum suprema assequentur.

Effigiem date patientis in cruce Dei, spinæ quæ caput innocuum, clavi qui cruciant manq, qui pedes Dnos, dolorem acutum expungent, qui caput, qui meos pmit artq; O amor, Tuâ causâ delictum omne odi! o acerba Chri vulnera, nihil est dulciq, quam sæpiq vestri meminisse. In durissimo lecto mortuum Numen, haud aliqdo vitam egi immemorem Tui, neq; mortem subire possum. Anima pretium Tui sanguinis, Tui nonnisi manibus tutò potest concredi!

Mancipium Tuum, in regiam cordis admitte. Ne aberrem à semitâ quæ in oras cælestes deducit, per Tuas plantas ligno affixas, Te rogo. His cor meum suppono, si conculcaveris; firmiùs Tuis vestigiis adhærebit. O Deus! Tui amore ardeam totus, licèt pectus jam sentiat frigus letale, o Jesu, o Jesu dum fatis cedo, à Te Jesu non recedam, o Jesu, o Jesu.

Eph. 1. Jam forsitan agit animam Eph. 2dus. Jam agit. Eph. 3. o vitam mortalium, o viam ad tumulum! Eph. 4. Jam forte obiit. Eph. 5. speculum ō sulamus, utrum spiret Eph. 6. Jam vixit. Eph. 7. Jam vixit! qd restat nisi ut commoriar, qd jam superest. Eph. 8. Quæ causa obitus insperati, quæ occultæ vires morti letales? Nondum sic videbatur invaluisse ægritudo, ut vitæ par foret eripiendæ. Eph. 9. Quæcunq causa absq mora letum accivit, juvat nosse, ut vel mitiùs vel atrociùs lugeamus exanimem. Evoces Chyrurgus peritissimus, intra viscera latitans malum ferro scrutetur.

Chyrurgum Ephebus adit, repentè distentum curâ multorum infirmorum.

Infirmus 1. Lentam precor admoveas manum capiti, quod dolores gravissimi fere ad insaniam redigunt. O hilaria, ô nimium funesta hilaria! Chyrurgus. Non carnificem sed Medicum agam, non est qd capiti à me tantopere metuas. Infir. O Supi boni miserescite, jam spondeo siccos inter calices me bacchanalia abhinc celebraturum. Chyrur. Liberaliùs debuisti potare, cùm non merum tantummodò, sed ipsimet quoq calices in caput ascenderint. Chyr. ad famulum. Ex spermate rananum, cerâ candidâ, et olibano, quamprimum emplastrum confice. Infir. Altumne est vulnus. Chyrur. Procul dubio; usq in guttur descendit, latum instar scyphi amplioris. Sed præsentissimum remedium afferemus, dummodò pollicearis Te intra unius hebdomadæ spatium, nihil de cerevisia, aut certè nonnisi tenuissima, nihil de cremato, nihil de mulso aut vino deliberaturum, propter inflammationem arcendam.

Infir. O medicinam infirmitate graviorem! cæterum tamen facturum me appromitto, qd mandas, dummodò supervivere liceat. Chyr: Emplastrum h. oes, quibus non obfuit, saluberrimum sunt experti.

Eph. Gratulor Tibi frequentiâ hospitum, et simul uberrimam messem, quæ inter Bacchi fluenta adolevit.

Chyr. Insoli caa si meo indiges obsequio, non deero tuis votis.

Eph. Dni haudita pridem defuncti obitus nos in Tuam compulit domum. Caa nri adventus, antequam pluribus exponamus, nosse liceat, quæ infirmitas unumquemq Tuis affligat hospitibus.

Infirmus 1. Ut ingenuè fatear, inter compotandi licentiâ fronti impactus calix, exhausto mero sanguinem coegit refundere.

Infir. 2. Cum bella furor temulentus indixisset, vitrea Lydi arma dentes mihi excussêre.

Infir 3. A poculis ad ensem dum extendere manû, graviter sauciam subitò retrahere sum coactus

Infir 4. Lætius canentibus tibiis, dum in gyrum pedes agito, totusq subsilio, o casum funestissimum! tibiam fregi.

Eph. Ut manu felici medicamen singulis afferas, voveo, simulq peto, ut lares Dni mei nuper è vivis sublati invisas, intra secandi corporis venas, causam indagaturus, quæ diutius agere in humanis subita morte correptum prohibuit.

Chyr. Sequar illico, Tuum erit Calloquium famulum) infirmis curandis non segnem impendere operam. Famulus. exequar mandata.

Chyrurgus corpus secat defuncti. Ephebus Dni amantior se crudeli scenæ subducit. Qui deinde accipit nuntium, cor in pectore Dni non potuisse inveniri.

Eph. Magis horrido, quàm curioso spectaculo me subduco, ne immanem Dni spectem lanienam. O miseram mortalium conditionem! sensisse mortis falcem non sufficit etiam post fata in eos crudele sævit ferrum. O artem medentium atrocissimam! Corpus secat exanime, invenis exsanguibus mortem rimaþ, et fugitivam per ipsa insectatur viscera aperta. Pro crudelem rerum experientiam! quid miserum Æneam laceras, jam parce sepulto!

Eph. 2. Jam suo munere perfunctꝰ est Chyrurgꝰ, et triste obsequium collectos artus imposuit loculo, sed mirum dictu; toto pectore, et toto corpore excusso, cor non reperit.

Eph. I. Nisi tu hæc referres, tanquam à demotæ mentis homine acciperem dicta. Excordemne credam vixisse, hinc Deiamantem, hinem pectore complexum paterno, quoscunq̀ odit fortuna?

Eph. 2. Audita in aum si recusas admittere, qd me errore aliquo deceptum existimas, saltem pluribus eadem narraturis fidem dare cogeris.

Eadem Ephebus ab aliis accipit frustra Dni cor investigantibus, quod tandem ad Chri cruci affixi pedes reperiþ. Ergo in cordis elogia varii excurrunt.

Eph. I. Credamne, q accepi, nimirum felicis exuvias animæ corde caruisse?

Eph. Nihil dubita solliciti hucusq̀ illud inquirimq, et conquerimur, unà cum Domini vita periisse.

Eph. Quid anxii profugum cor investigatis! ad plantas Dei, ligno affixi dejicite oculum.

Elogium Cordis Imum.

Non deviâsti Cor felicissimum,
dum è pectore ad Numinis pedes abiîsti.
Periisses
nisi ad pedes servatoris, mundi fuga Te amisisset.
At saucium Chri amore,
quidni ad laceros Chri plantas recurreres?
A Cœlesti jaculo
centum pertuleras vulnera; ut plura ferres.
ab acutissimis clavis impetrare voluisti.
Mors profectò non interrupit Dei amorem,
sed continuavit
Fallor!
an Te mortuum censeam, nescio,
cùm sic tenaciter vitæ Authori adhæreas.
Dextra contineat,
qui te avellere hinc molitur,
nisi ad clavum offendere cupiat,
nisi crudelior letho ipso velit esse.

2dum.

Mausolæis sub tumida mole jaceat!
Tibi exanime cor, ad Numinis plantas quiescere,
ad immortalem sufficiat gloriam.

Profundas vulnerum Chri fossas, dum pro tumulo nactus es,
superbum ne ambias Mausolæum.
Superum amor si posset occumbere,
aliam urnam non ambiret.
Flores quondam sepulchris inspersos, jam potes cotemnere.
Flos Nazaræus in lilia atq; rosas
se explicat Tibi.
Quis cupresso Te audeat redimere?
cui in palmas, et laureas, arbor Dña revirescit?
Quidni Gratulor Tibi, quod sic decesseris.
ut, cum lethi Domitore sub eodem crucis arcu, triumphum agas
O Cor elatum sandapilâ! plusquam regiâ
nam Divini corporis feretro.

3tium.

Extinctumne cor illud credam
quod post fata inardescit Chri amore!
Incendia, arbor Crucis fovet
et mira incendia, fontes alunt Salvatoris.
pyram sublimem è frondibus odoratis,
Roma exstruxit parentatura.
è ligno crucis pyra nobilior cordi assurgit,
et pyram non humiles, quia cœlestes flammæ accendunt.
Veneficii reum putarem,
nisi ad rogum se damnasset amor Numinis.
Ergo Phœnicem, libet dicere
In composito busto, è fragrantissima arbore,
accenso radiis Justitiæ Solis,
flagrat abire in cinerem
ut reviviscat.

4tum.

Numinis pedissequum cor,
ne unico passu aliquando à se recederet,
plantis illius se totum affixit.
Superatis illecebris mundi,
atq; e nobili fuga triumphans
dum se ad Christi pedes confert,
Augustissimæ Gloriæ suæ Capitolium petit.
Feliciter cursu vitæ peracto,
ubinam subsisteret,
nisi ad plantas DEI filii!
è Cœlo in terras progressi?
Orbe pridem conculcato
vices obit scabelli Majestatis Divinæ.
In ultimam vitæ suæ periodum,
vulnus Divini pedis eligit.

5tum

Intra Numinis vulnera, quid miramur cor depositum?
si ubi Thesaurus, ibi et cor.
Quid miramur trahi ferrum à magnete,
si adamante pretiosius pectus,
ferrei attrahunt clavi?
Exeste aurea Hesperidum mala!
fœcundissima olim arbor dolorum,
jam ~~propter~~ prope mortalium corda,
fructus alios ferre dedignatur,
Aurea vel argentea anathemata, appendite aris pleniq;
pretiosius manus nemo dicavit,
hac tabellâ.
Quantum illiq sit pondus, demissio induat,
pretium reputat crux Augusta.

6tum

Oratorum disertissime nam Verbum æternum,
non solum Tuo abore, sed à pedibus etiam pendent hominum corda.
Hæc ferunt Gallicus Hercules aurea catena attraxisse,
Te ultro sequuntur.
Ipsamet Victima
ad Te mystam Sacerrimum properat,
nec protrudis cum videas non excordem.
Tibi Regum Invictissimo,
in spolium cedit,
quo nihil pretiosius latet sub præcordiis.
Insistat Fortuna Orbis sphæræ,
Tu Cœli terrarumq; felicitas
mavis suppedanea corda habere.
At ista cum amoris sint Regia
nullo pegmate sublimiq possunt attolli,
quàm Tua Cruce, Humani generis amor.
Discite jam Universi mortales,
nullum esse fortunatius leti genus,
quàm amando passum Numen occumbere,
aut amare occumbendo.

Ejusdem

Exercituum Dñus.
Ruens
in
Vulnera, atq; necem,
Stator
Mundi Pereuntis.

PROLOGUS

Pro Urbis Romanæ integritate quid non egerit quondam Curtius, ex aperto discrimine patuit, in quod ille se conjecerat. Hiatu ingenti desederat tellus in medio foro. Jurasses Erebi ostia se reclusisse, unde citius quam id profero, pessumdatura pernicies Urbem, prosiliret. Igitur interrogata oracula, ab his accepta responsa, non cœituram laceram humum; nisi quispiam adolescentum primæ spei, se dejectum in crudelem abyssum, devoveret Diis manibus. Itaque Curtius sine mora equum conscendit, et effusus in cursum effrenem, eò properat, quò se amor impellit Reipublicæ periclitantis. Ruit in foveam, et ne quidem certissima pericula respicit, perit, et Romam sibi reddit. At prò quantò majora egit, quantò magis, orbem amavit interiturum, suæ prodigus vitæ, Dei Filius? Heu quantùm metuerat sibi Hierosolyma, ubi Golgotæ rupiæ claustra vidit patefacta? Quinimò suæ integritati Orbis timens universus trepidabat, dum cerneret Stygium chaos reclusum. Sedavit metus non vanos, in equuleo Crucis tortum Numen. In Calvariæ culmen progressus stetit immotus inter supplicia, vergentique in exitium mundo; longè felicius succurrit stando, quàm Curtius Romam erexit cadendo. Equidem utrumque spectaculum grandius est, quàm se extendunt hujus theatri angustiæ, nihilominus est in tabella exigua conspici amant ingentia acta.

Protasis.

Romani Cives terræ hiatu insolito animadverso suis metuunt rebus, auguremque accersunt, qui Deos consulat, et placet.

Dii boni, quod malum ore hiante spirat humus? num Roma in chaos antiquum devolvet. — Civis Rom: I.

Quæ latebræ se pandunt abstrusæ, oculis meis impervīæ? o latebras! o voraginem nostræ securitatis! — Ci. 2dus.

Heu quod monstrum exitiale, humum parietusque adeò latè diductis visceribus? — 3tius.

Quinam ex iratis cœlitibus atrocissimum vulnus, solo Romano inflixêre? — 4tus.

An obruti humo Titanes, gravi jugo excusso, passum conantur efferre in Latium? — 5tus.

Secundo omini faveant propitia Numina, Patriam respiraturam à bellis, ominantur telluris spiracula. — 6tus.

Ah sanguinem nostrum sitiunt Dii manes, hinc relevandæ sitis causâ os terra expandit. — 7mus.

Heu credite (utinam fallar.) Romæ tumulum reserant Numina, illi infensa! — 8vus.

Augurem præscium futurorum accersam, ut in his latebris abdita, Deorum arcana, se in publicam efferant lucem. — 9nus.

Frustra in Deorum arcana inquirimus, hæc si alibi latent, quantò magis se occulunt cæco in antro. — 10mus.

Quid rei agitur? quo mens abripitur anxia? Augur.

Nihil perinde animos terret, quàm periculi novitas. Quæ unquam nostrorum patrum ætas, vidit simile et expavit speldum. Quoties in hoc vultum dimittimus, horror pectus invadit, horror præscius mali ingruentis. — Civis Romanus I.

O Superi immortales! numquid urnam Romano effoditis Nomini? sed oracula prius consulam, antequam eventum decernam è Cœlitum mente. — Augur.

Augur abit consulturus oracula, intereà Cives Romani fune longo demisso profundum hiatus explorant.

Dea Tellus, et Dii, quibus cessit imperium in stygias oras, liceat profunda hiatus, pace vestra explorare. Funem affer et saxum. — Civis Rom:

Quo tandem Roma devenies? quæ Te fata prosternent? quæ pessumdabunt? — Civis Rom 2.

Servus. Irriti abeunt nostri conatus, antrum immane, horrendum, intdnariam usq; procurrit paludem.

Civis Romanus. O Capitoline Jupiter! o Mars! o Vesta! et Divorum pars non exigua Romule! præsidio vestro innixa integra hactenus stetit Roma. Stetit ne ideo, ut in prærupta, casu immani procumbat?

Augur. Placet Superis, et quæ superis placent, ut mortalibus non displiceant æquum est. Placet inquam, ne prius coalescat, scissa tellus in manifestum discrimen, quam in subjectam oculis vestris voraginem, quispiam vestrûm desiliat. Ne trepidate! ardua equidem statuit cælum, sed magnanimitas pectori vestro insita; sed innatus amor Patriæ, ardua etiam solet audere.

Curtius amore Patriæ conservandæ præceps ruit in foveam. Cives Romani plausu et luctu se comitantur.

Ergone ita sentiunt Dii, ut fortuna totius Reipublicæ, casu unius è nobis fulciatur? En adsum devovenda amori Patriæ victima! non piget vel in ortu ipso ætatis occumbere, ne salus publica occidat. Sic pereundo vitam amitto, non posthumam gloriam vitæ præferendam. In Patriam pietas, legibus mortis non est obnoxia. Sed quid longas moras necto? illas trahat, qui dubitat mori, pro Urbe Roma. Valete diu victuri post mea fata.

Cives Romani. Vale, Vale.

Augur. Levis tibi sit terra, Herоum magnanime, quem nemini nimis pavor leti obruit.

Civis 1mus. Singulæ utinam ætates, Curtio similes proferrent Heroes! Æternitatem sic Tibi pollicerer ô Roma! Ibit in posthumos annos ibit, infracti animi illius memoria, neq; non poterit, columen tantum amissum, desiderari.

Civis 2dus. Miseret me Tui Heros fortissime! quinimò non miseret, fœda mors alioqui in fuga, Tibi viam instruxit ad gloriam immortalem.

3tius Elysii campi rosis cingite, cingite laureis plantas Curtii, certè has meruit, vel in pedibus gerere, qui plerosq; anteivit ad strenuos ausus.

4tus. Ad metam famæ perennaturæ contendisti secundo vestigio, fortunatissime Juvenum, dum sic discessisti è vita, ut spectavimus.

5tus. Aurum è montium fibris effodiant alii, vel immensis opibus canor; incolumitas Patriæ est. Porro hæc eruta se Curtio debet.

6tus. Fugâsti Romæ timenda fata, dum è vita profugeres Victor maxime, quæ Te laudes consequentur?

7mus. Adolescentum fortissime, an Te Curtium amplius vocem dubito. Nomen potius Atlantis mereris. Tuis etenim humeris visum est Patrium cælum incubuisse.

8vus. O te animam non venalem! quamvis in medio foro, Tua virtus quanta esset, universis se exhibuerit.

Conservandæ Patriæ Causâ, pari fato occumbite maximæ spei Adolescentes Romani, Heroës Romani occumbite? Spondere audeo, sic vos in astra casuros, non verò in stygem.

Apodosis.

Frontem, gloriâ Heroum elatam, demitte jam Roma! Grandiora prodigia fortitudinis plusquàm Heroicæ in Calvariæ fastigio eminent, scilicet quanta à Romana Urbe condita, non adoravit Capitolium.

His collata magnanimitas Scevolę friget, mutat invicta fortitudo Scipionem, vix aliquid sui retinet Magni Pompeij fama, et imbellis est virtus quę in aciem cum trecentis emicuit Fabijs. Nec memoriam Curtij ex illo iuvabit effodere tumulo, in quem se se magnanimo ausu pręcipitaverat, ut impenderet vitam Patrię ab eadem acceptam. Equidem ille se objecto in Offam, soli hiantis fauces pręclusit. Gentem Romanam absumpseras, ille ille, ne in apertam voraginem pręceps, Patriá se amitteret totam, cadere maluit, et perire. Ille avaram charybdim se complevit, ne Romanę fortunę onerariam absorberet. Is demum exstitit, qui stragem Urbis sustinuit, Cùm in vastè diffusę telluris hiatum se dejiceret. Plurimum tamen glorię immortalis Romano Foro decedit, quoties montem Calvarię mente adimus. Perinde Curtii nomen ac merita compinguntur in angustias, si illis Domini Exercituum ingentia acta conferant. Solimę tellus motu horrido agitata dissilierat, Golgothę rupes convelli, dehiscere, scindi saxa, tumuli frangi, astra omnia laborare, atq; in pexi Cometę in morem, nihil non funestum portendere, in Hierosolymę, et universi orbis cladem, tantùm non omnia conspirare elementa videbant. Actum erat, una in Urbe, de publica felicitate, nisi Calvarię vertice occupato, Supremas ruinas suo discrimine invictissimq Regum vindicasset. Ite, ite millenis periculis erepti Mortales. in elogia vestri vindicis! meruit hęc ampliora quàm de Curtio Roma poterat etiam comminisci. Immortalibus beneficijs DEI Servatoris ne ingratus Orator hodie adstrepam, eò deducam suadę impetum; ut fixo passu insistens Monti Golgothę, ruens in vulnera, ruens in necem Exercituum Domin, Stator audiat Mundi pereuntis.

Ne interea labi verbo contingat, cùm dicendi materies, tum benevolentia Tua Auditor Humanissimè, à metu omni me absolvit.

Leviora pericula videri possunt, quę recensui (: quamvis illorum sola recordatio dejiciat mentem :) pericula quanta apertis visceribus profuderant rupes Solimę et defectio Siderum accumulaverat, quanto rumq; de sedibus suis mota humq, nec non asperrimq fragor saxorum admonuit. Prò stragem immensam Orci profunda minabant, Urbium Regnorumq; exitio haud obturanda. Erebi antra se se ita recluserant in perniciem nostri generis, ut in se tumulatura universum crederent. Oceani viscera non in eam procurrunt vastitatem, Mitiora Vesuvij ardent prærupta, Ætnę ignea abdita, iras coquunt blandiores. Diduxerat sævum in modum atroces rictus Cerberus, ac si anhelq opimis et innumeris spolijs inhiaret, quot neq; de Africa eversa Scipio, neq; de Asia debellata Pompejus, neq; de Orbe edomito Macedo reportavit. Ruebant interea diverso jacentes sub sole populi, ruebant lapsu eodem, cùm singulos nefas urgeret; Lapsusq; fatalis saxo Sysyphi fuit gravior. Sed heu! quo Oratorum se devolverent studia! si vestigijs ruentis mundi insistere, si infaustissimas humanę sortis ruinas, linguâ metiri aut calamo vellent? ut periculorum acerbitas liqueat, & magnitudo insolitę calamitatis, sufficiet ingemuisse, (: gemitus enim pro verbis discriminum moles elicit :) perieramq, ~~quot~~ mortales ut quot vivimq, non in Curtii lacum, aut foveam, sed in exundantem latissimè Orci paludem; sed in Cavernas tenarias protrudendi, nisi pessundata integritas DEI Hominis, altiùs nos erexisset, quam tristissimi casq abripere poterant.

Vix Montem feralem at vitę nostrę Theatrum adierat Domin Exercituum cum in tuto locati stetimq, Capitolium triumphale conscendit, à metu libera securitas nostra, dum Calvarię culmen vincendus attigit Deus. Non tot rosas explicat.

Pesta quot ille vepres in suum caput collectos monti intulit, ut sepiret Orci aditus, ut ad inferos facilem præcluderet viam, ut in passum incautum retarderet, et in perniciem suam pronum arceret. Acutissimis Clavis perfodi manus et pedes sustinuit, ut humana integritas eò se reciperet, quoties sibi insidias struerent, quoties sese adorirent, erupturæ ab Erebo clades. Minus egeras salutis humanæ assertor Deus Homo, nisi Tartari evitaturos profundum adhiantia manuum et Tuorum pedum vulnera compulisses. Tuos inter dolores omnes Cocyti minas risimus, & ridemus, abstergente spongiâ Tuâ lacrymas, quas cieret interitus omnium. Despicimus mala perniciosissima è celsissima despicimus malo, cui feralis cupressus submisit caput, quæ in Cœlum una tecum nos extulit, ne dextra Tyranum inde proturbandos. Præluxerit quondam Aneæ migraturo ad Inferos virga aurea! instar pyræ, non humilis, sparsit lucem arbor tua, ne in Stygem ferremur eòdem impetu. O arborem, o trophæa Servatoris universi! O monumentum sibi redditæ salutis nostræ immortale. Audiistis spectastis intrepidum maxima inter fata Curtium velocissimo gradu occurrisse lapsis rebus. In penitas latebras nihil non atrox spirantis humi, ille sponte se abdidit, servatamque agnovit se Roma, ab ausu posthac nunquam viso. Dissimili facto at longe nobiliore, eripuit casibus supremis orbem, Heroum et Regum invictissimus, operatus salutem in medio terræ. Plantis immotis nam ferali Trunco affixis, in suppetias ivit mundi succumbentis. Ivit, et Criminum pondere obrutos, ne in Tartarum chaos procumberet, capite demisso in pectus succollavit. Poterat etiam stando colligere felicitatem prostratam mortalium, et decerpere herbam victricem, Mille vulneribus, atque Letho ferocissimo se objecit; Lacerum pectus, attamen Ahenei Clypei instar infractum opposuit, ne ruina molestissima involveret totam, quanta patet Orbis machinam. Manu utraque arripuit Crucis trabem, securitatis nostræ assertor, neque alio fulcro eguit, cui fatiscens desidensque incumberet generis nostri fortuna. Hic Stator Jupiter citra fabulam, ita manus expandit in ligno, ita sustulit, ut orientem una stiterit, stiterit altera occidentem collapsurum. O Rerum omnium columen Deus, in Celsissimum eluctabor fastigium humilis suadæ Orator, abjectique ingenij, si permittes; ut Tuas ad plantas mea consistat dedicatio. Dixi.

Annus 1719.

In annum 1720.

Oratio

Eiusdem

in Renovatione Studiorum. habita.

Anno Incarnatæ Sapientiæ 1719.

Tantum non immenso voto ad literariam aspiramq Palæstram, dum lues pestilens oppida, Urbes, totasq afflat Provincias. Conscendo hæc rostra, dum publica loquitur fama, quod plerosq exitiosa contagia alibi protrudunt in urnam. Boni Superi! an hastam Minervæ, Scipionem Mercurii, arcum Apollinis sagittasq commutabimus mortis falci? an pro laureis faxos merebimur? siccine vitæ misero exitu in aditu primo Lycæi terremur? O Atticas noctes! quæ infesta vobis sidera cælum iratum accendit? O noctua Palladis, sinistramne Juventutis scholasticæ desideriis, eges volucrem? Ergone ad initia literarii anni, dies suprema nobis illucescet? Fidem hominum! mitium Numinum, id est musarum cultu neglecto, an prono genu et capite, Dearum sævissimas Parcas adorabimus? Etiamne Athenas attingent virulenta Contagia, et in studia literarum suas exerent vires, ut eruditionem, humani Capitis animam, triste funus prosternat? Fallor! ad nuntium leti pestiferam luem comitantis ne concidite animo! Non didicere scientiæ fatis cedere nihil Parcæ audent in artes liberales. Certam gloriæ perennitatem argumento, certam meæ appromittam dictioni: Si favebis Auditor Humanissime.

Habent Athenæ, quod Gradivi propugnacula, habent imbelles scientiæ, (ut sic loquar:), quod fortitudo Heroica, non deest Palladis telo, quod arma Bellonæ sibi invideant. Quid sunt valla editissima, nisi hostium, nisi Civium grandes tumuli? quid fossarum profunda, quid insidiantis, nisi mortis latebræ? quid saxorum plane immensa congeries, (mœnia amplissima intelligo:) nisi lapis centenus sepulchralis? In acie, mortis Theatro vastissimo, natam segestit virtus heroica, in Urbium et Regnorum funus; aliter nescit triumphare, nisi cupressi ferales cum laureis revirescant, nisi opima inter spolia, amputatas cervices recenseat. Ne rubiginem ingloriam contrahant, enses et hastæ cruentas neces vibrant, ingens armorum apparatus ut sin superba se componat trophæa, in mundi laceri stragem cudit. Exercitus autem validissimi robur cladibus obrutum alienis, se tumulat, inter hostium fata fatiscendo. Paucis multa absolvam: Evertunt orbem Heroës, ut de exuviis gentium, ac suis deinde immanem, colossum statuant leto. Bellicæ artes dum in abituram ad posteros gloriam, magno conatu incumbunt, exitio ultimo omnia unà secum permiscent.

Jam è fatali arena Martis, in literarium pulverem concedamus, ubi nihil de cinere mortuali timido passu tremendum se offert. Quotquot leguntur tam nobili stylo impressa vestigia, tot à leto remotissima, cum præter Lydium lapidem, nullum saxum occurrat, quod sauciat plantam. In Tullii Campis, tumulo flores inspergendos nemo adhuc decerpsit. Vernant in illis rosæ contra fatorum sævitiem, milleno armatæ acumine, sellilia explicant, frigus letale nunquam passa, florent Coronæ imperiales, et sertum nanile, perennitatis doctæ symbolum de se contexunt. Hinc quamvis tot soles occubuerint, nondum tamen cum Flori, tum Hortensii, tum Rosini emarcuit suada et fama. Multominus, avaro licet tempori, licet in laureas Theologorum, et Philosophorum. Non metuunt ferrum Libitinæ, aut fulmina; quod in capite erudito sic emineant, ut assurgant sublimius, quam tonitrua solent furere, quam mors falcem potest attollere. Vel immortalis cedri folia, ventorum audiant levis jocus, et ludibrium, nutriantur lacrymis cæli.

quercus annosæ, ut vivant! Porphyrii arborem nullus adhuc læsit Eurus, nulla sic jactavit tempestas, ut prosterneret, neque inter funebres fletus adolevit. An verò pyris funestis construendis, Theologorum et Philosophorum, Oratorum et Vatum deserviunt laurus? Innocuæ flammis haud addici merentur, et fateor potissimum iis, qui obnoxiæ esse nequeunt, simul scientiæ, simul vitæ arbores non immeritò eas putaverim, in Lycæis, tanquam Elysio solo natas. Sic alter pulvis literarius nullas supremas ruinas tegit! sic laurus Palladi sacra, sic eloquentiæ flores, Libitinæ haud cedunt in coronam.

Satisne istud? Theologicum mare cadavera odit. Euripus cadavericam formam vel abluit, vel in remotum ejicit littus. Erraret, quisquis flumina Tullii, quisquis Castalios fontes, sanguinolento Erythræo, vel undis Leteis non absimiles crederet, scilicet in naufragia Classium immanibus fluctibus despumare. Uniones profundunt, et his inclusa vitæ pretia, ceu nuper Cleopatræ gemmæ. Tantum abest proinde, ut castalium protinus bibisse ambigam Vatem, cum id

Martialis. Carmen efflasset: Heu ubi mors non est dum pingulatis aquæ! Porrò si veterum more tempus aquis metiremur, omnes prius ætates diffluerent, quam Theologicum mare, quam Stagyritæ Euripus lapsu horario se exhauriret. Fluviique regnator aquarum Nilus, dum in septena se dividit ostia, hic idem, alibi alius manat, et post se invehit mari, ut amittat. Diverso alveo, Ciceronis, et Castalii fontes, ubique grandes procurrunt. Orbi se toti impendunt absque undarum suarum clade, absque dispendio suæ integritatis. Hausti etenim Palladis casside, populorum sub vario sole jacentium sitim relevant, neque intereà desinunt in torrentem Phœbi radio exsiccandum. Ite Pactoli ite Hydaspes, frustra vestras procellas, pericula, onerarias absumptura, gemmis et auro involvitis. Majus pretium affluit argenteis lymphis, quibus innoxiis, literariæ Classes vela pandunt, ad optimæ spei promontorium, et ad insulas fortunatas. Quanquam et inter fluctus decumanos illæsæ, inter scyllas, et Charybdes atroces, infractæ, inter aperta discrimina navigarent securæ, Karnkovii Agno, Ursa Lubienii, Gatczynii Ursa majore, propitiis astris dirigentibus cursum inter atticas noctes. O Cæsaris cymbâ feliciora navigia! quæ nesciam mergi fortunam nostram vehitis! O Fontes Scientiarum, liquidò constat, quod non mari mortuo, non stygi continuò exæstuanti in perniciem orbis, sed tranquillo, sed cælesti Eridano multis infami naufragiis originem vestram debeatis.

Multa simul in rem eandem libet congerere. Aquinatici solis occasum nemo adhuc spectavit. Recurrunt dilapsæ Euripi undæ, ne in pelago naufragentur. Astra Mathesis contemplans, illustris et è cælo deducta Scientia; ergo tot inter clarissima sidera, se extincturas umbras despicit. Rotundæ periodi Rhetorum, ita convolvuntur in circulum, ut ambitu suo referant Orbitam æternitatis. Facile Apollinis cythara surdo leto illudit. Divino Entheo fides animatas Lachesis manibus, deæ Parnassi pium ingerunt?

At quis existimet Icari pennis ferri per aëra, ut aliquando præcipites cadant, qui alis Musarum in lucem evolant publicam? Quis non novit, quod fortiorem Minerva hastam intorqueat, quod validiore se muniat clypeo, quam atropos cæco et furo prælia? Desipit, Desipit, quisquis Gorgonum toxica sepiæ credit innatare nihil agit fastis inserendum; quisquis chartarum candorem, mortuali pallori arbitratur vicinum. Scintilla caret ingenii, quisquis sibi persuasit, quod Cleantis lucerna atrum duntaxat fumum alat, busta accendat à Prafficis solis exstinguenda. Equidem grandes bibliothecæ mausolæa quædam augusta possunt videri, sed ignaviæ, sed imperitiæ, quibus ipsi funestus color parentat. Nihilominusque talia monumenta, incunabula sunt literarum. In his vitam auspicatur quotidie eruditio, et paginis veluti fasciis se involvit. Quid minusque quam capita erudita, urna capit? Nonne arctiusque compinguntur angustiæ loculi, quam ut magnos ubique famâ sapientiæ, quam ut totas doctæ mentis exuvias possint complecti? Dicam omnia. Vivit huc usque sibi superstes Aquinas, ultra metam mortalitatis se porrigit nomen Aristotelis, Tullius cum Virgilio desiit mortalis esse, at quod perenni è vita nequeunt, calamo suo debent, literis à se relictis debent. Nec mirum, confundunt legem mortalis Lycka. Enses et cassides, rotas fortunæ, Regum sceptra et diademata, infra tumuli saxum profundius abdere se coguntur, celsique literæ solæ eminent, atque media inter fata, augustis insculptæ pegmatibus spirant, ab ætatibus posthumis relegendæ. Quibus proinde vita displicet, quam breves horæ coarctant, quibus est animus terris non excedere; ut rudis animæ consuevere mortales, adite Palladis adyta, menses et annos dicate scientiis, non vulgaris præmii loco, grande aliquid mortalium sorte adepturi, scilicet vitam non obnoxiam iræ Parcarum.

Ne autem in fine dicendi, eò devolvatur oratio, quæ res vergunt interituræ, se profitetur suada ream immortalis gratitudinis, munificentiæ illi, quæ nostris Athenis opulentiæ se impendit. Principis Theologorum Aquinatis, Principis Philosophorum Aristotelis, Oratorum Principis Tullii, Regii Vatis Homeri pectore circumferendum vellus Regium, ab Agno Karnkoviano accepimus. Victore gladio armatum caput Lubienii, acumen et robur invictum, hastæ addidit Palladis. Ursa major Gaterynii, Umbras illustres Academi, luce auxit, quantam astra magnitudinis primæ spargunt. Ergo Apellem imitaturi scribimus æternitati: hoc est, Minervæ incidimus clypeo, nulla delendam oblivione, à nullis ætatibus obliterandam, in literas prodigam sui Beneficentiam.

AD M. D. G. B. M. V. M. I. S. H. S. A. C. SS. A. I. I. N. O SS. TT. G.

Periculum
Opum Amittendarum
Valetudini pereunti proficuum remedium.

PROLOGUS

Ejusdem

Ita quondam Opimium liberalior sors ditaverat, ut vel ipsum indigentiæ nomen
vix nosset. Ne se autem fortunæ munificentia aliquando destitueret, tenacissimus
fuit opum. Sed cui felicitas adhæserat aurea, parum abfuit, quin desereret vita
auro carior; nisi innata sibi parcitas, vim Parcarum elusisset. Nam alto eoq[ue] fata:
li somno obrutus cùm apud inferos non nisi evigilaturus crederet[ur], cùm media in:
ter fata securius quiescentem, vigilem reddere artes nullæ medentium possent num:
mis refertæ crumenæ, tumida auro gemmisq[ue] [et] adamantibus scrinia, ac opulentà
omnis supellex in conclave sunt allata, quasi cessura in spolium famulitio Domi:
ni animam jam agentis. Tum non nemo propius ore admoto, decumbentis Opimii
auribus, eum voce elata admonuit de infelici suarum opum jactura, nisi quàtocijus
rerum suarum incurium excuteret somnum. Ephebi intercà, quotquot aderant,
diripiendo argento et auro inhiare, ad pretiosam supellectilem manus extende:
re, harpyiarum in morem velle omnia rapere videbant. Ad hæc tandem Opi:
mius, quasi ad Cœli tonantis fragorem expergisci, se è lecto proripere, iam multa
Ephebis minari, jam iisdem supplex fieri, ut se adhuc superstite, parcerent ga:
zis à se collectis. Arte hac sæpius repetita, omnis demum depulsa est subitò æ:
gritudinis insolentia, hominem somno sepultum, jam jam urnæ illatura.
Opum amittendarum pericula Opimio magis profuère, quàm alioqui saluber:
rima pharmaca, et valetudini restituère velocius, quàm mederi Antonio poterant
uniones Cleopatræ. Jam dum Opimium multo somno indulgentem exhibe:
mus, ne dubita Auditorum Humanissime, q[uo]d ad Tua obsequia vigiles semper
excubamus.

Opimius letargo correptus cùm à Filiis, tum ab amicis in cassum excitatur,
variis adhibitis artibus.

Filius 1mus. Jam tandem mi Pater expergiscere! quid noctibus dies commu:
tas? Expergiscere? Filius 2dus. Totus occumbes mi Genitor, si diutius sic decum:
bes. Filius 1mus. Heu nos! Filiorum Patrem amantium vocem Pater non intelligit!
Famulus. Experiamur num tinnitu campanæ somnus non possit propulsari. In
Ædes sacras, ad Numinis cultum, nolæ sonitus evocat! quid stertendo moras im:
probas trahis?
Filius 2dus. Pro dolor! Actum est de Te, actum est Genitor! omnem probitatis
veteris sensum amisisti. Dormis, et Dormis, Tui et DEI totus immemor.

Hospes 1mus. Quid domi vestræ funestum agitur?

Hospes 2dus. Quæ luctus acerbi est causa, quod lacrymas elicit triste fatum?

Filius 1mus. Lacrymas provocat vigil dolor, quod Pater iam 3tio die noctibus
totidem juncto ~~totidem~~ dormiat. Ah dormit, et placidus somnus est letalis.

Hospes Imus. Opimi, Opimi, amicissimos Tibi habes in laribus Tuis. Urbanitatis leges jubent, ut illis assurgas recipiendis.
Hospes 2dus. Adsumus veteri amicitiâ Tibi conjuncti, Tuo aspectu nos dona, et consortio frui concede.
Hospes Imus. Num animam agis! placida etiam quies officit, certo nisi tempore se metiat.
Hospes 2dus. Jam affulsit meridies, lucem odit altus somnus, hora prandii adest, non quietis.
Hospes Imus. Operæ pretium erit, si quispiam fidibus occinat. Hilaris musices concentus, valet ad animum somnolentum excitandum.
Idem. Opimi, Festivus insonant plectra, in pedes Te erige. Sic jacere probrum puta, dum ad choreas Musica agiles pedes deposcet.
Filius 2dus. Surdis auribus frustra vel ipse accineret Orpheus.
Hospes 2dus. Tympana pulsent, tubæ edant clangorem Martialem, et aciem belli conclave hoc referat.
Filius Imus. Hostis instat mi Genitor, cædimur, vulneramur. Filius 2. Ruimus, Filius I. Juva, fatis ultimis eripe. Filius 2. Maxima Parentum impietas est natis periclitantibus nolle succurrere. Filius I. Media inter pericula Tua et nostra, quid in aurem utramque dormis? Filius 2. Tibi et nobis consule intereuntibus.
Hospes Imus. Siquidem nullæ à nostro profectæ ingenio artes succedunt, quæ malo præsens remedium afferant, medicorum peritissimus invitandus, atque ex illius sententiâ accuratè agenda erunt omnia, ægro opem allatura. Vos interea dum Pater jacet lecto affixus ne succumbatis mæróri, qui vos premit, multus hortor et oro. Optimum Numen Patrem pristinæ valetudini, vos pristinæ reddet felicitati; si Cœlo supplices manus tendetis.
Hospes 2dus. Casus funesti casibus ne succedant funestis. Ærumnæ se ipsæmet multiplicant, hinc augeri à vobis non debent. Patris valetudine periclitante, saltem Filii optimè valeant.
Filius Imus. Patre infirmo, nequit animus filiorum non languere. Medicum adi, morbum Patris illi expone, pete, ut non cunctando, lares nostros invisat. Dic quod rerum pericula minimam etiam moram detrectent.
Filius 2dus. Evigila tandem aliquando, oculos somno graves tandem attolle; et tuâ causâ miseros natos intuere, ne amplius miseros videas.
Filius Imus. Inertiam nobis vitio vertis, quid ipsemet ignavus decumbis?
Medicus invitatus nonnulla præscribit remedia quæ allata nihil juvant infirmum.
Ephebus. Jam medicus domum subintrat.
Medicus. Intellexi, quod meâ indigeant operâ, præsto igitur sum ad omnia obsequia à me præstanda.
Filius Imus. Nos immortalis Numinis beneficio, animo tantum dolemus. Sed Pater letargo correptus languet, et forsitan ne somniat se languere.
Medicus. Hæc morbi malacia respective omnis tempestatis est gravior. Arteriæ motum explorat. Vivit, et est vitæ nescius ipse suæ. Indemne jam tam altus sopor se invasit? Filius 2dus. Jam dies elabitur 3tia.
Medicus. Jam nudius 3tius? Ut candidè procedam, ajo, quod res sanè manifesto non caret periculo. Nullâ morâ interjectâ acciri debueram, secundum vatis illud monitum: Principiis obsta; serò medicina paratur, cùm mala per longas.

invaluere moras. Habentne aliquomodò perspectam ægritudinis causam?

Filiꝰ 2dꝰ. Planè est nobis ignota. Somnia etsi in tempus longum producta, inter valetudinis initia, juvenes non recensent, neq; blandum advertunt malum.

Mediꝰ. Ita prorsus evenit. Sed omnino necesse est ut aliqd recipe præscribam, valetudini quantocyus recipiendæ peropportunum.

Filius 1mꝰ Maximis votis eam deposcimus gratiam.

Medicus. Ad fori dextrum latus Pharmacopæius habitat respective aliorum ejusdem professionis præstantissimꝰ. Hic è præscripto meo satagēt benemereri de vestri Parentis salute, dummodò, cum hac schedula, aliquis ex ephebis se conveniat. Intra brevissimum temporis spatium omnia potent expedire. Oro autem ut me deinceps faciant certiorem de omni rei successu. In præsentiarum, quod ampliꝰ agam non occurrit. Bene valeant, minꝰ sollicitj de afflicta Carissimi Parentis sui salute. Faxint Superi, ne opera mea diu indigeat.

Filiꝰ 1mꝰ. Jam voto faustissimo, quàm curæ impensæ amplissimas deferimus gratias, easdeinde una cum reddito valetudini Patre, sæpius repetituri.

Famulꝰ. Si acerꝰ manꝰ vellicarenꝫ, vel acubꝰ pungerenꝫ, aliquantò audaciꝰ, forsitan quies dormientem destitueret.

Filius 1mꝰ Ergo da veniam Pater, qd in Te filii desævimꝰ, quòd in manum Paternam, telum exerimus nati.

Filius 2dꝰ Impii esse præeligimꝰ, quàm plorare exanimem Patrem.

Filiꝰ 1mꝰ Carissime Genitor. Filiꝰ 2. Pater mi optime, vide quid in te audeant filii! Filiꝰ 1. Filii te lædunt. 2dus. Filii tibi altum vulnus infligunt, necesse est, ut hoc sentias.

Filius 1mus Pro dolor! nequidem filiorum impietas Patrem tangit!

Ephebꝰ. Emplastrum fero, et alia non nulla remedia.

Filius 2dꝰ Utinam omnia profutura. Filius 1. Applicentꝫ jam singula. Filiꝰ 2dꝰ. Applicata ut bene adhæreant, non levis momenti est negotium.

Famulus. Ita adhærent, ut melius nequeant.

Famulus 2dus Ad suffitum molestiorem idonea, acerræ nunc injiciam.

Infirmꝰ oculos attollit, et brevi post iterum demittit. Filius 1mꝰ. Ubi terrarum fuisti mi Pater? an in extasim raptus, orbem terrarum invisisti?

Famulꝰ 3tius. Iterum oculi dehiscunt, et se ad solitam componunt quietem.

Filius 2dus. Siccine destituere viso Pater, à Te Genitos ut Te orbati omni expositos infortunio nos sentiamus?

Medicus infirmum invisit. Nihil profecisse remedia à se præscripta, cognoscit. A Filio deliquium passo, adustione pedum prohibeꝫ morbum extinguere. Post remedio ingenioso utꝰ et infirmum sanitati restituit.

Mediꝰ. Jamne tandem abacto somno pro valetudine sua conservanda, Genitor vester excubat?

Filius 1mus. In Cassum remedia omnia abiere, vitam similem morti, hucusq; infelix Genitor trahit.

Mediꝰ. Periculum faciamꝰ, num accensi cerei flamma, plantis admota ægritudinem non extinguet?

Filiꝰ 1mꝰ. O nimis sæva remedia! Flammis Pater addiciꝫ, ne suæ vitæ luxocci: dat. Odi pharmaca, nihil pænis absimilia, quibus Cælesti torquenꝫ.

Medicus. Superi boni, quid tecum agiꝫ? noli animo linqui!

Filius 2dus. Ah mi Frater amandissime, quo deliquia spectant inopinata? cur te interimis, et me tecum?

Medicus. Asperrimis Tuo judicio medicamentis, (quamvis alioqui experientiâ multa constet, quod juvent,) iam non utemur, noli mente concidere. Sic procedo. Edoceri à vobis percupio vehementer, cuinam rei Genitor vester adhæserat animo, quid maximè illi fuerat cordi, dum incolumis degeret?

Filius Imus. Studium opum colligendarum, et retinendarum, quas collegerat, totum animum Patris vendicaverent sibi.

Medicus. Igitur sic agendum statuo. Referta argento marsupia, auro scrinia; gemmis et adamantibus plenæ gazæ, atque omnis dives supellex, inferatur conclavi sine mora. Iamne importata sunt omnia?

Famulus. Omnia, quæ inferri commodè poterant.

Medicus. Abunde factum est. Spectabimus brevi (ut opinor) lepidiusculam scenam. Verum consilio meo, ut morem geratis, magni refert. Unus vestrûm stentorea voce dormientem compellabit: Opimi, Opimi, ni expergiscaris, omnia Tibi auferent. Tum quotquot adestis, in marsupia, in scrinia, et in omnem supellectilem involabitis, protinus omnia ablaturi; ac si jam Domini saturnem postremo ad Ianuam essent. Sic planè prodigioso eventu, hominem sibi ereptum, sibi restituemus. Aggrediamur iam opus.

Ephebus. Opimi, Opimi, nisi expergiscaris, omnia Tibi auferent. Idem repetit.

Opimius caput attollit, et iterum ad capiendam quietem demittit.

Medicus. Initium scenæ ulterioris, habet satis fortunatum successum. Idem geminatis vicibus agite.

Ephebus. Opimi, Opimi nisi expergiscaris omnia Tibi auferentur.

Famuli, opes Domini revelle auferre fingunt. Opimius somno excusso, famulorum opem deposcit, et iterum ad quietem se recipit.

Opimius. Ubi estis famulorum fidissimi? domui meæ immissos prædones, comprehendite, conjicite comprehensos in vincula.

Medicus. Annuentibus superis, iam meliusculè procedit scena. Ita agite, quæ egistis.

Ephebus. Opimi, Opimi, nisi expergiscaris omnia Tibi auferentur.

Opimius è lecto se proripit, ferrum è vagina educit, Filii, medicus et famuli prædâ relictâ, se in fugam conjiciunt, nec multo post redeunt profugi.

Opimius. Vindicem manum scelus sensisset, quod diripiendo auro meo inhiavit, nisi properâ fugâ elapsum, bene sibi prospexisset. Vobis superi debeo gratias immortales, quibus debeo integritatem meæ fortunæ conservatam. Quo Filii abiistis, quo Ephebi, quo Famuli? adeste, adeste! Licuitne Patris fortunam, et vestram, vitam Patris, et in hac positam sortem vestram, non ultimam ultimis fatis objicere? Patrem tueri neglexistis? O impiissimum scelus! nescio, quo levis fuga vos abripuit, cùm gravissima inter pericula, auxilium vestrum deposcerem: O ignaviam! o improbitatem, pœnis millenis afficiendam!

Filius Imus. Pace dixerim Tua, actum erat de Tuis gazis, actum erat de Tua incolumitate, nisi furum, nisi hostium manum abegissemus ere: pturam.

cum opibus vitam. In suppetias venimus sine mora, ut Paternæ fortunæ et vitæ laboranti succurreremus. Intrepidam compulimus fugam prædones, dum vinctos ad Te pertrahere non possemus. Nocti debent id beneficii, quod evaserint nobis incogniti.

Opimius scrinia reserat, omniaque diligenter perlustrat, nunquam sibi ereptum, non amiserit. Tum Filius natu major omnia indicat, quæ evenerant.

Filius 1mus. Dicto et facto da veniam Pater. Prædones, quos Tu expaveras, Filii Tui, unà cum Tuis Ephebis eramus, sed duntaxat, ut esse videremur.

Opimius. Ergo Patri illudere, citra metum grandis piaculi committendi, ausi estis?

Filius 1mus. Ausi sumus, et piaculum intra grandem stetit fortunam. Perieras Genitor optime, nisi omnium amittendorum injecissemus Tibi metum. Alto enim diuturno somno deditus, inter lenta respiria, ad exitum vitæ aspirare credebaris. Non flebili voce, non tubarum clangore, non ullis demum remediis, quies noxia poterat interpellari. Quid igitur egimus, ne Tu ageres animam? Prædones mentiti, ut nos Filios Tui amantissimos exhiberemus, ad Tua ærana extendimus manum, ut intactis fruereris, incolumitate jam fracta redintegrata. Et dolus successit innocuus, convaluisti ô Genitor convaluisti! et dicere audeo, à Filiis vitam accepisti.

Opimius. Fabulam narras. Filius 1mus. Non fabulam. Testes adstant digni fide licet domestici; si his non credis, cordi crede quod appello.

Opimius. O nati mei, beneficium Patri præstitistis, quo majus non poterat a me vel desiderari. Vitam meam vos abhinc compellabo. O Famuli in numero Mæcenatum meorum deinceps habendi. O Nummi fortunati non piget me vobis colligendis, omnes conatus impendisse, postquam metus amittendorum, me totum mihi restituit. Cleopatræ Unionibus, scilicet Antonii Pharmaco mihi estis cariores: Nunc demum credo, quod pecuniæ obediant omnia, dum opibus meis paruit morbus depulsus exesse. Quod auro sonante gens omnis aurita est, nihil dubito; in utramque dormiens aurem, non prius iterum bene audii, quam tinniret argentum. In vilibus saccis, in ferreis scriniis opes abditæ, meruistis, ut meo in corde vos depositos abhinc geram.

EPILOGUS

Nulla est quies longa opulentis, qui toti incubat auro.
Curas adducunt insomnes, collectæ divitiæ,
Amittendarum metus fovet.
Prodigiosa non nunquam est tenacitas,
vitam detinet fugitivam.
Hinc plena ærana, vitæ Opimii renascentis
plusquam regia incunabula exstitere.
Mira fuit vis adamantum, mira gemmarum,
leti ferrum hebetavit.
Prô quantus opum fulsit splendor!,
Qui umbras exstinxit mortuales?
Discimus hodie
Quod regina pecunia non immeritò appelletur
ita regnat; ut etiam imperet fatis.
Addiscite universi
pessimè vivit, qui auro licèt optimo vivit.

Funera Deliciarum Poliarchi, lacrymis risu dignis Deplorata.

Eundem

Prologus

Aelianus, et Pontanus referunt, eo dementiæ Poliarchum Atheniensem pervenisse, ut columbas, ut Gallos gallinaceos, ut porcellos, et anseres, quos habebat in deliciis, deploraret extinctas, et efferret luctu publico. Evocabantur ad inferias, acerrimis triste obsequium, sanguine et amicitiâ juncti Poliarcho, urnæ inclusa, collocata in feretro funera, non absq; pompa, non sine planctu acerbo deportabant, funera, leviori joco et risu excipienda. Ubi verò tristes exuviæ solo essent mandatæ, erigebantur columnæ, quæ elogium funebre, et posthumam gloriam deliciarum Poliarchi sustentarent. Congruus tempori videtur hæc scena, quæ domesticas volucres, infert tumulo, dum jam Sacri jejunii imminentis admonemur.

Oeconomus nuntiat Poliarcho, delicias suas columbam vixisse. Ut prologus docet, geruntur oa.

Poliarchus famulum alloquitur. Gallinarum, earumq; pullorum, anatum atq; anserum, intellige numerum, et mihi denuntia.

Oeconomus. Acerbum nuntium ago.

Poliarchus. Quod iterum genus calamitatis in rem familiarem desævit?

Oeconomus. Columba tuæ deliciæ, inter ungues accipitris, fato immani correpta vivere desiit. Ereptam posthac, sed jam exanimem fero.

Poliarchus. Volucrum innocentissima, quo meruisti, usq; adeò ferox letum? O accipitrem, omnium avium rostris, omnium unguibus dilacerandum! Alitis mei pulcherrimi non tantum plumis, sed ne quidem pepercit vitæ. Paretur quantocyus elegans urna dignam tam nobili funere; Tu stylo non humili, conde volucri elogium funebre. Tu quotquot amicitiæ nostri mihi adstrictos, et sanguinis fœdere, ad lugubrem scenam instituendam invita. Cur mi ales, in Domini sinum te volatu celerrimo non recepisti, cùm tuæ genti hostis infestissimus, ut te raperet, ut te perderet, in apertas insidias, alas extenderat, cùm exitium ungue sævo minaretur? tuta, invicta, latuisses meo in gremio avis imbellis. Ah! debeo te conqueri natura cogor; quod magis agiles pennas, volucri meæ non dedisti, ut se consequi fata nequivissent.

Ephebus Imus. Aderunt quos invitasti?

Ephebus 2dus. En urnam, volucris adamatæ, caras exuvias complexuram.

Ephebus 3tius. Elogium habe, quod mœror efflevit, et expressit mœrori concolor sepia.

Poliarchus. Reserate urnam. Advolâsti hora infelix advolâsti, quâ meis manibus cogor volucrem meas delicias tumulare. Pisa urnæ injiciuntur.

Hospes Imus. Ad Tua obsequia adsumus, ad tristia equidem nihilominus Tua.

Poliarchus. Heu fatum crudelissimum! columbam in paucis mihi carum, Accipiter longè immanior illo, qui Promethei pectus rodit, unguibus feris corripuit, nec mille gemitibus mortem depscanti ignovit. Favore Superum constitit, quod per:

culsus

valida voce se inclamantium, jam correptam reddiderint, sed heu vitâ spoliatam. Oro vos proinde, ut inferias lugubres mecum agatis.

Hospes 2dus. Imperio tuo, nunquam inviti motum gerimus, at solatii afferendi causâ postulant, ut nutibus etiam Tuis pareamus.

Poliarchus. Jam igitur mœsto muneri propria agamus?

Funus deducitur ingemiscente Poliarcho.

Ah mea volucris, mea inquam, non abiisti è vita, sed volasti; quo te prosequar luctu!

Tumulatur Columba.

Poliarchus. Elysii Numina commendo vobis, mihi carissimum nuper aliten.

Epitaphium.

Sta viator,
ubi volucris aërinata, humi iacet sepulta.
Alibi acceptam,
inter ungues accipitris subitò amisit vitã.
De non humiligente alitum fuit.
nam Paphiæ Deæ sacrorum.
Columba vixit sine felle,
nihilominùs fato amaro occubuit.
Prima in deliciis erat Poliarcho
atq; is ultimas posuit sibi has tabulas,
monumentum doloris non postremi.
Favete Elysii Agri Numina!
volucri enutritæ inter blanditias,
pisa dulcia nonnegate.

Poliarchus. Justa persolvi meæ volucri; nihil æquius est, quàm ut memorem me futurum profitear; memorem inquam vestræ benevolentiæ, nulla unquam oblivione delendæ.

Hospes 2dus. Volucrum instar nos existima celeres ad Tua obsequia.

De Gallinæ obitu certior redditur Poliarchus. Ergo funus priori simile jubet apparari.

Œconomus. Non minùs feralis tragœdiæ, iterum se offert materies. Gallinarum venustissima, domesticarum avium gloria concidit leto inopinato.

Poliarchus. Me miserum! ut me dolor conficiat; luctuosissima funerum se multiplicant. Quæ antè muneris vestri fuêre (ephebos alloquitur) eadem nunc vobis incumbat.

M. ex P. Knittel. Gallinula, plumosula, nitidula. Gallinula, formosula, perbellula, Reginula Cristata! Cum opimis dapibus mensæ te maluissem inter visceribus meis tumulare, quàm ab humo depascendam, committere tumulo.

Hospes 1mus. Quas iterum celebrandas exequias, dies infausta indixit?

Poliarchus. Gallinarum pulcherrima blanditiæ meæ fatis cessit. Volucres quotquot Phasis educat, gloriæ sibi innatæ nihil retinent, illi si conferantur. Heu simul interiit cristæ forma, rostri venustas, et plumarum varium decus. Heu informe squallet cadaver, volucrum pulcherrimarum prodigium, et nihil jam superest, nisi ut justa sibi deferamus.

Hospes 2dus. In partem doloris à Te trahimur, nec difficiles imus in Tua obsequia.

Funeris pompa continuatur.

Poliarchus: Molliter cubes mea voluens, Tuas inter plumas, durent h[illegible], quousq durabunt ossa.

Epitaphium

Viator
lege, et luge.
In hac urna, mensarum lautitiæ
gallina condit.
Avida mors lautius e natura,
omnes delicias Poliarchi
in alite una absumpsit.
Matris fata pulli quantum luxêre,
pullatum edocet nomen.
At
Poliarchus sic flevit defunctam,
ut Phœnicem deplorâsset exanimem.
Si posset vitæ restitui
integram messem alendæ impenderet.
sed
quæ morti semel in bolum cessêre,
insipidq cinis non desinent esse.

Hospes 3tius. Utinam post tot funera iam elata, ab omni luctu aliquando respires.
Poliarchus. Facilè reviviscunt mœroris causæ. Dolori unq non sufficit tumulq, in quo suprema repetat fata.
Poliarchus, Domum redux tristem accipit nuntium, de obitu porcelli, quem pariter, non absq solita pompa, sepelit.
Poliarchus famulo imperat: Vide quid in caulis, in haris, in stabulis, in prædiis agit.
Oeconomus: Jubesne, ut referam, quæ calamitas pessundatum iri vult tuã felicitatē?
Poliarchus. Iterumne adversi aliqd in me est causa, irata fortuna?
Oeconomq. Ab inferiis mœstus redux incidi in tuum porcellum, cum fatis supremis dente adhuc imbelli frustra colluctantem. Succubuit miser, graves inter anhelitus, animam compulsus efflare.
Poliarchus. Ob tuam incuriam non levi fuste mulctandam, rerum mihi carissimarum fero iacturam. Occubuisti porcelle, occubuisti fato immaturo! metuisti forsitan, ne posthac indecoro vocabulo sus diceris. Jam didicistis, quo officii genere vobis conveniat, ut de me bene mereamini, tantis in malis. Expedit, ne vestro in mœstudio et nunc desitis. Occidit Dni sui voluptas, nihil nisi acerbus pulvis futura. Ad umbras migravit, inter astra sibi cognata animal referendum. Pro dolor! amplissima olim dignus hara, in loculo arcto jacebis mi porcelle.
Hospes 4tus. Convenimq denuo tuos in lares, quos mallemq non invisere, quàm atratos adire.
Poliarchus. Nescio, quâ Superûm irâ evenit, qd continuæ mœrendi causæ postes meos subintrent. Denuo ultimum diem clausit Porcellus, Domini sui lepos et amor. Qui cum grunniret (: ut reliquas egregias dotes ipsius taceam:) qui cum inquam grunniret, nemo non putabat Acanthidem canere, vel alaudam. Sed nunc æterna silentia lethes habet. - Vos igitur supplice obtestor affectu, ut planctibq meis vestros addatis.
Hospes 5tus. Nihil dubita nos venisse in luctus consortia, qui ut mitior in Te fe rociat, per omnium amicissimorum Tibi, se dividet animos.
Poliarchus. Nec plura à vobis possum deposcere. Periisti bestiola mea, periisti!

iam nulla Te mihi restituet dies! Sit tibi terra levis, quam gravi pede nunquā pressisti!

Epitaphium.

Toto Prosna deplorandus
hic jacet porcellus,
illecebrarum Poliarchi grandis strages.
Humum coigit rodere,
qui dente, utpote adhuc imbelli
neminem laeserat.
In quem cultro saevuit ferocire gula,
huic non pepercit mortis ferrum.
Forsitan Erymanthii apri, mors putavit progeniem,
dum in se Herculeo magis timendum evaginavit mucronem.
Heu! pascit iam orci famem porcus!
Fallor!
inter elysias quercus pascit!
Viator precare!
Ne sua lupi jejuni ossa eruant.

Poliarchus. Plurimum amicitiae vestrae debeo, quam toties mei doloris experior comitē.
Hospes 6tus. Umbram nolumus imitari, quae serenum duntaxat solem sequitur.
Poliarcho innotescit, quod sibi, fatorum suprema anserem abstulerint, cui simili modo parentat, quo ante porcello.
Poliarchus. O quanto hunc afficerem praemio, à quo certior fierem delicias meas revixisse!
Ephebus. Res contigit tragica, anser ille canorus tibi gratissimus clangere et vivere desiit. Oeconomus vero cum sedcirro suo metuat tergo, se in pedes conjecit.
Poliarchus. Quid infensa agitis Numina? nihil restat, quàm ut continuae deliciarum mearum cladi immoriar. Supplices iterum convenite necessitudine veteri mihi conjunctos, multis petite, ut afflictis rebus pressum solatio levent. Tuā verò intererit funebris apparatus. Clangere atque vivere ales facundus desiisti, et tua alta silentia eliciunt gemitus pectori, et auribus graves. Minus te lugerem extinctum, si praeceps in undas lapsu Icari, lucem amisisses.
Hospes 1mus. Maesti redimus in Tuos penates, quod necdum ab his letum exulet.
Poliarchus. Nescio quo facinore, Parcarum furorem in me exacui, quod meis deliciis nolint parcere.
Hospes 2us. Tenue est vitae filum, nihil eo facilius rumpitur, nihil praeciditur.
Poliarchus. Supplex rogo, lacrymis meis vestras affundite, et mihi ora naufragii animi reddite.
Hospes 9nus. Exundant faciles lacrymae, dum amici calamitas flere jubet.

Funus effertur.

Poliarchus. Heu me! assueta dulcibus fluviis, laetos amnes amaros, iam volucris bibit.

Tumulatur Anser.

Poliarchus. Multo fessus volatu, placide hic quiescas.

Epitaphium.

Agite calami!
Vestri alitis obitum nigerrimā sepiā deplorate!
Hic Poliarchi jacet anser!
innatate consanguinei anseres lacrymis,

Clangore ferali omnia permiscete;
tacitos luctus dolor odit Parentalis.
Pangat quoq; funeris cantator cygnus,
ales sibi cognatus vixit.
Imò
Romanum capitolium lugeat!
quâ olim vigili stetit
volucris cecidit.
Heu Anser obiit!
ad nuntium leti!
anates trepidate:
o præpropera mortis tela!
celeri ictu etiam alites assequuntur.

Hospes Tomus. Liceat fortunata auguria, ex anseris tumulati urna eruere, ~~Scilicet~~ pennâ emortui, proscribendam Laribus Tuis, omnem leti ferociam.

Poliarchus. Utinam secunda auguria non prolabant in tumulum! Supremum iterum vale tibi precor porcelle, Anser vale, gallina vale, columba vale, Jacetis exanimes, at vivetis meo in animo. Plura dicere prohibet dolor.

Epilogus.

Si de fatis volucrum Poliarchi, nihil ab expedito profectum ingenio, etsi nihil delicatum de obitu porcelli protulimq, parces Auditor Humanissime. E voto nobis cedet dictio, cedet actio, si Poliarchi planctus ridebis.

Ejusdem

Rex Regum
Christus
sui profusus
ad
calicis venenati
conspectum;
Prodigus vitæ,
inter
arma sanguinolenta
apparitorum.

PROLOGUS.

Præter ferales tragœdias omnia displicent, dum conjectus in vincula, cæsus flagellis, actus in crucem, enectus q;, tragicum aperit DEUS theatrum. Igit Mithridatem Regem Ponti, in lugubrem scenam deducemq. Mithridatem, qui à populo et filio hostibus, dum saluti metueret suæ; frustra eandem naufragari in toxico voluit. Immissum deinde percussorem, vultus regii majestate perterritum animavit ad facinq; quod metus vetuerat perpetrare. Trepidantem manum percussoris adjuvit, ne irrito ictu ferociret, ne à meta, id est regiô pectore aberraret. Itaq; Mithridates occubuit, ab illo occubuit vulnere, quod sua sponte admiserat. Sed tragœdia, quamvis satis luctuosa, in comœdiam pene degenerat. Si funestissimo actui conferatur, cujus theatrum olim fuit Hierosolyma. Rex Regum Christus, tot hostes nactus

quot Solymæ Cives, imò quot homines, venenatum, et plusquam letale ebibit poculum in Gethsemani horto, metuentium furori satellitum se objecit, vires addidit manui imbecilli, ut interimere, ut se perdere potuisset. Jam usq̃ adeò lugubri scenæ, ut Auditor Humanissime, non tam aures concedas et vultum, quàm potiq̃ animum à Te poscimq̃.

Protasis.

Mithridates à populo seditioso obsessus, in cassum, veneno se tollere conatur.

Mithridates. Prælio victus à Pompeio infelicissimus ducum, à populo seditioso tutus nullibi, infaustissimus Regum, ab impiissimo filio vitæ meæ continuò metuens Pater miserrimq̃, in cassum nitor me perdere, ne perdar; frustra conor enecare, ne trucider. Heu ne quidem venena meam extinguunt salutem! Tuta innatat sanitas mea poculis, quæ aliis certum propinant exitium. O toxica parcitas vitæ meæ, et dum parcitis, toxica esse vos sentio. Furit Popularis seditio à Pharnace filio mota, o genus calamitatis, cujus vel ipsa recordatio, omni morte est acerbior. Perimus antequam perdimur, prò grande funus sumq̃! quamvis nondum enecti.

(: Ephebos alloquit :) Abdiți loci beneficio, secum videte, qd rebellis populi furor moliat? Mithridates nihil iam Regium ut pote ne quidem regios lares retinens, quid reliquum habeo, quod amittam, præter me ipsum? Ah sero nunc odi pharmaca! interfquæ; nociturus mihi vires, perdidit virus. Oro vos Superi immortales, tandem noceant toxica, nihil perinde quàm exitium suum amanti. Immortalis beneficii loco dabitis, mortis geną, quod à vobis deposco. Miser nondesinam esse, nisi ut volo inteream misere.

Sicariq̃ metuens interficere Mithridatem, ab eo ad facinq̃ perpetrandum animat.

Facile conjicio, qui adsis. Gradum revoca, macte animo, aude intrepidus, quod fata volunt infesta, ut audeas. Quid hæres, quid concidis animo! quid in mortem piscis trepidas? telum exere, et impavidum pectus, manu trajice imperterritâ. Fulciam metu lapsuram ad mea pericula dexteram, dirigam si aberraverit, reluctantem impellam.

Hoc dicto Mithridates interimit.

Apodosis.

In elogia Mithridatis, si calami vastè exundant, quod perinde se proluere toxicis poterat, atq̃ alii mero, si à lingua laudari non imbecilli merent Invictissimus Regum Ponti, quòd invulnerâ, non concidente animo ruerit, quòd à metu liberaverit manum formidantem, se interimere, et alacrq̃ admiserit necem, quam inferri sibi poterat; eloquentiæ fontes, in quæ Regis dolorum encomia, se diffundent! quàm robustam virtus Regum Potentissimi suadam exigit! In Gethsemani horto, uno è poculo, simul omnia ille exhausit venena, ut saluti mortalium periclitanti mederet. Et profectò è calice venenato emersit facilius salus Orbis, quàm naufragari in Gorgonum cyatho, Mithridatis incolumitas poterat. Jam, infestum Solymæ agmen terrore prostratum iacuisset exanime, nisi DEUS exercituum, cui sua placebat pernicies, animum turbæ hostilis erexisset, nisi languidum metu robur; par ausui reddidisset immani. Perire mundi Servator voluisti, mortifera, ore toto bibisti aconita, ut humanum convalesceret genus. Vindex nostræ libertatis, ad injicienda Tibi vincula animâsti effrenem cohortem Satellitum, vitæ nostræ assertor, Te, interfecturam.

animâsti sacrilegam atrocitatem, mille fulminibus exanimandam. Tantum abest, Auditores Illustrissimi, ut Regem Regum sui profusum, ad calicis venenati conspectum, prodigiam vitæ, inter arma sanguinolenta apparitorum demonstrem. Utinam interea, alveo sic liberali manet suada! ut e Divini corporis venis, sanguineus Sudor procurrit.

Gethsemani hortum Rex Regum adierat, non ut coronis imperialibus sese redimeret, sed ut inter humiles violas, Majestas suprema, humi abjecta, se totam admitteret, expallesceret inter lilia, cruento sudore inter rosas rubesceret, at hostibus suis, ultro herbam victricem porrigeret. Vix deliciis Floræ constitutum attigerat solum, vix amœnitatis ipsius theatro se intulerat, cum ecce innumera periculorum occurrere, mœror gravissimus obruere animum, dolorum exercitus fervescentes, pectus obsidere, tedium asperrima cor laniare, fataque millena, prope enecare Deum Hominem. Ergo ut etiam inter flores innoxios se non tutam latere innocentia crederet, metus persvasit, somnum abegit vigil sollicitudo, at solatia omnia interdixit, vel inter floridas horti illecebras mœror solas obtrudens ærumnas. Heu me! tanta vis undique irruentibus malis inerat, ut robur Herculeo majus fregerit, ut Invictissimum Cœlestis Principem alliserit terræ. Procubuit casu violento dejectus, procubuit, tanta oneri fuit sibi calamitas, a levibus etiam noxis mortalium nata. Prociduum Gentimani brachia frustra ausa fuissent succollare, ita se pondera sufferenda multiplicarant. Nec mirum: crater toxico gravis, propinabat procellassimillimas aquis, sub quibus gemunt gigantes. Fluctibus minus timendis, Circes pocula despumarunt, Danaidum urnæ mitiores diffluunt pœnas, mitiora supplicia undis innatant, quas Tantalus sitit. O craterem! cui sese infuderat toto pelago, quidquid myrrhæ aliquando exasperavit palatum, quidquid fellis viperarum, coquunt viscera, quidquid tabi, secum devehunt stygii fontes. Quæ proinde non cruciarunt fastidia, assvetum deliciis Cœlestibus animum? quis horror non torsit? sanguine artus Divini sudarunt, ut hic temperasset absynthia. Cernitis jam universi, Regem Regum sui profusum ad calicis venenati conspectum. Avidus sanguinis profundendi, vulnera aperit, antequam reseret barbarus furor, priusquam flagella et vepres, clavi et hastæ patefaciant. Ut mortalium fœda eluat crimina, sudorem cruentum ab innocenti corporis venis exigit, et nullius tenax guttæ, liberaliorem se exhibet mundo, quam Antonio sua Cleopatra, dum unionibus pretiis Regni non parceret. Non tantum manasse, verum etiam decurrisse celeri impetu, latices constat anidæ humo beneficos, ne quia tardior, tenacitatis periculo obnoxia esset munificentia.

Magnis itineribus, at nondum armis petebat Italiam Annibal, cum sanguine ferrea et ahenea Romanorum scuta sudare, et pene liquescere, atsi non viri tantummodo, sed etiam arma, hostis adventum sentirent. Quid aliud cruor diffusus, exercituum Domini toto corpore, quid aliud inquam portendit, quam Erebo duce quod funatia solymæ castra instarent? Neque irrita diffluxere præsagia. Prorupere e stygiis antris efferati exercitus, a furiis orci, non in lucem sed tenebras editi, auxiliaribus Cœlestibus copiis destitutam circumstetere sanctimoniam, sed circumstetere, ut ruerent voce sola dejecti. Nec Antæi immerem, Solymæi Gigantes, validiores post lapsum constitissent, nisi Dominus terræ et Cœli, intra gloriam reposuisset, indecorum suum exitium. Hæc illius triumphantis beneficio, sacrilegæ acies fusæ, pessundatas vires sustulere, fractæ, prœlium denuo redintegrarunt, et victorem duxere captivum.

intriumpho. Ut verò liqueat, Auditores modestissimi, quàm suæ prodigus vitæ fuerit Princeps terrarum se passus devinci, ad ea quæ referam, advertite animum. Ibat Rex Regum bello captus, ferreis ibat catenis onustus, præda opima hostilis vesaniæ, atque mortis grande spolium. Ibat, gladiis, hastis, et armis, quotquot tantum cudit Vulcania minantibus cædem, et continuo lethis pavor anteibat perniciem. Ibat ad Præsidis Hierosolymæ Augustalia, ad palatia Antistitum, ad regiam Herodis, ad conclavia Judicum, undique migraturus ad necem. Etenim Principum liberalissimus ingenuus humanum nihil contraxerat tenacitatis à manibus sevincientium. Vitam auro cariorem nihili habuit, dum se ferrum constringeret. Raptatus per fora et compita Hierosolymæ, ultro adiit vitæ suæ interitum. O Munificentiam, cui nec Parcæ obstitere.

Cùm vero de Rege Regum ad prodigium usque sancte prodigo, illiberalis duntaxat mihi affluat suada, ea incumbit necessitas, ut dictionem concludam.

Gjudrem

Velitatio Ingeniorum,

secundo ab utrinque Marte inita.

PROLOGUS.

In aciem progredimur, capite conflicturi, non manu. Ad revirescentis anni tempora distulimus bellum, ut faciliùs herbæ mille victrices, et totidem laureæ se victoribus offerant. Medio vere in arenam descendimus, scilicet imitati Heroës. Adrecentes solis ardores, animus incalescit in prælia erudita, et pulvis scholasticus vices aget pyrii pulveris, sed quem nulla succendet fatui ignis scintilla.

Studiis Mercurii dediti, ad ejus delubrum evocantur ingenii decertaturi acumine.

Rhetor Imus.

Adeste non imbellis ingenii Oratores, adeste. Bellum vobis indico, non Gradivo sed Mercurio Duce ineundum. Calamum stringetis non ferrum, sepiam effundetis, non sanguinem. Triumphalis erunt supellex volumina; armamentarium, unde tela in hostem Capitalem depromatis, ingenium erit. Vobis prælii causas dabunt problemata, iam vobis encomiastica objurgatio, et encomium objurgativum; vobis autem: Inscriptio Athenarum Calissiensium, et campi, in quo Juventus literaria genio suo indulget. Agite iam, tentate belli fortunam, laurus et palmas relaturi, quales nec orbis victores meruere.

Præmittitur Methodus scribendi Problematis.

Rhetor 2dus Commilitonem ita lacessit. Sic te aggredior. Quid censes, quænam major dicenda est immanitas? num illa, quæ Divinissimo Archipræsuli Adalberto vitam eripuit, num quæ eandem Divinissimo Præsuli Stanislao ademit?

Rhetor 3tius Multorum ferociam, quòd superaverit Prussia, ego arbitror, vel ea de causa, quod non tummodo Præsulem, verum etiam Archipræsulem interemerit. Totius gentis saluti periturae consulentem trucidavit; O gentem immanitatis moribus mille afficiendam. Pectus innocuum hastis trajecit acutissimis, o metus! cui similem non nisi crudelissimus Cæsarum Nero, armis suis destruiaverat, cum ense immiti scrutaretur Matris viscera. Archipræsuleo capiti remum vi omni elatum impegit barbarus furor, et sic attigit verticem ausuum nefandorum. In palo extulit caput abscissum, ut Cælo vicinius emineret sacrilegè.

tyrannidis nefas, alto stygio dignum. Non venalis exuvias animæ, pro posuit in bilance, et iniquissimum facinus suum fuisse ad oculum patuit. Multa vero in compendium. Tanta exstitit parricidii hujus insolentia, ut sub Rosa gentilitia Divinissimi Martyris nullo ab ævo sit habenda.

Rhetor 2dus. In oppositum feror. Trucidavit Divinissimum Archipræsulem Adalbertum Borussia, at Borussia illius adhuc ignara mansuetudinis, quam Christi Cultores decet nosse. Interemit D. Præsulem Stanislaum Polonia, et interimendo, se Christianam esse oblita. Pro facinus erubescendum! Rex Boleslaus Carnificem egit, imò parricidam; hinc atrocissimum scelus quia patratum à Principe grandius crevit, eluctatum, in quoddam fastigium criminum. Non in extero solo, verum Patriæ nece immiti occubuit Præsulum innocentissimus. Quid hac tyrannide ab omni clementia magis alienum, fingi potest? Hostes in caput sensit contribules; ergo vulnera ab his inflicta animum ipsum cruentarunt. Boleslaus non immerito audax nuncupatus, Divinæ clementiæ augustale, quia Numinis sacros penates in theatrum sacrilegæ audaciæ vertit, et sacrilegii scelus auxit. Mystam Sacerrimum exuit vita, dum Sacris operaretur, atque tanta sævities, non omnem duntaxat humanitatem, verum etiam pietatem deposuerat. Exanime corpus Integerrimi Præsulis, heu in frusta millena dissecuit feritas, qua si frustra alioqui desævisset, nisi omnes implesset tyrannidis partes. Spectavit Rupella, spectavit enorme parricidium, et admiratione defixa, ac dolore, Niobes instar obriguisset, nisi tota pridem fuisset lapis. Decidite jam Auditores Sapientissimi, quænam atrocitas palmam præripuit alteri cruciando?

Proponitur Doctrina de Objurgatione Encomiastica, et Encomio objurgativo?

Objurgatio Encomiastica accuratam dantis operam literis.

Rhetor 4tus. Qui in Palæstra literaria nihil non agere encomio dignum videris, vituperia incurristi innumera. Ille etenim es, qui ut fide expungeres otium, mille calamos exacuisti, et strinxisti in papyrum insontem. Licuitne sic ferocire in chartas imbelles? Licuitne venustissimum paginarum candorem, erudita fuligine denigrare? Adhæc inhumanis degentium spreto alloquio, cum mortuis inis consortia, quæ in profundam noctem trahis. Jam quæ tua est vitæ ratio? Te hominem esse immemor, tineam magis, cujus instar, continuò te libris pascis, et totus vivis in libris. Talpæ in morem, (dicto parce) Te arenæ insepelis Palladis, Castaliis fontibus, fluminibus Tullii, Stagyritæ Euripo, Theologico mari innatas, ac si eandem cum piscibus hausisses naturam. Satisne istud? inter volumina, pro quot noctes ducis insomnes non absimilis noctuæ! ast ignavæ testudinis passu è Minervæ conclavi progrederis. Mitto sexcenta alia, ne Te vituperiis tantis obruam. Tu expende, quid studiorum causâ agas.

Rhetor 5tus.

Encomium objurgativum literariæ supellectilis, incurii studiorum.

O libros felices, ut pote omni donatos libertate! sed à Domino, qui nihil sapit. O beata volumina, quietem omnimodam nacta; nemo etenim vos evolvit, atteritque nisi tineæ. Tenaces candoris illibati estis paginæ, at quia sic nitidæ, minus decoræ videmini. Pulchrior vos comeret nitor, si inficeret sepia. Jam vestri o Calami, quam me miseret, quòd inertes, pennarum Icari fata pertimescitis à publico sole. Intereà acumine illo estis præditi, quo ne quidem Macedonis ferrum alta vulnera hosti inflixit, sed quia vos nullus eruditus labor hebetat. O supellectilem non indignam tanto Domino, quanto inertia illiterata deservit!

De Stylo Elogiari doctrina præmittit, post conficit Elogium.

Rhetor 6tus.

Elogium Scholarum Calissiensium.

Ruditas ingeniorum procul inde exesto!
Sola incolit hoc Augustal eruditio.
Vastè procurrit tanta Palladis regia,
nec angustæ literæ habitant.
Luttosa in Urbe Lycæa consurgunt pulcherrima,
et
Urbs Lutetiæ Parisiorum, Lycæa Sorbona dici poterunt,
si annuent Superi.
Atsi aliò hinc potissimum exulat fœda ensis:
sies Minervam.
Prosna fluvius sacram Scientiis alluit molem,
atq fontes Castalii, flumina Tullii, Stagyritæ Euripus,
vasto affluunt alveo.
Primorum Poloniæ Principum munificentiâ stetit,
ut
abjecta ingenia è postibus suis longè exulent.
Non invident literariæ classes Jasoni aureum velly,
quia Karnkovii Agno fortunatæ.
Ædes musis dicatæ,
Lubienii capiti gentilitio innituntur;
et
Capitolium esse scientiarum nemo ambigit.
Enim verò;
hic Alvarus construit,
Virgiliq canit, Tullius dicit,
Aristoteles arguit, disputat Augustinq et Thomas,
nemo non absq vulgari laude.
Nullæ tamen scientiæ condent,
par Athenis Karkovianis.
Elogium.

Inscriptio Campi, in quo Juventq literaria studiis fessum recreat animum.

Rhetor 1mus.

Passum hic viator fige,
ubi Juventus literaria subsilit,
Dum quiescit a studiis.
Hic Palladis Comites, lætâ rerum incuriâ occupant,
post otium triste literarium.
Amæniori lusui vacant,
Ludo relicto scholastico
Neglectis viridariis Hortensii,
obvios colligunt flores.
Laureis eruditis abjectis,

quavis frontem redimunt fronde.
Hi pennâ abjecta, volueri pilæ manum accommodant,
eâ verberant solum,
ut se in cælum efferat,
eâ feriunt hostem vice plumbeæ glandis,
et instruentâ potiuns victoriâ.
Illi Ægyptiis similes pyramides erigunt,
ut subitò diruant,
parva fortunæ victricis trophæa.
Acerrima alii gerunt bella,
et victoribus mille herbas victrices porrigunt prata.
Alii, vertagorum, et leporum instar,
agitant, et agitantur.
Velociore huc illuc feruntur cursu,
ut lapsi fortiùs figant pedem in arena literaria.
Etiam
abi hinc Viator;
Cave autem:
ne te immisceas agmini domum redeunti.

Rhetor Imus.

Certâstis et vicistis singuli; gloria omnes manet immortalis.

Epilogus.

Imbelli fatemur nos conflixisse ingenio. Digredimur nunc ex acie, non solùm non meriti triumphales Colossos, sed ne quidem obeliscos. Nihilominus bellum movimus, dignum herba victrice, id est urtica.

Annus Poëticus 1719. in 1720.

Præfatio.

Arma Virumq cano, Trojæ qui Imus ab Oris
Italiam fato profugus &.

Æneidem aggressuri, in Metamorphosim incidimus, AA. humanissimi. Pacificum quondam tenui modulatus avena - - - - - - Carmen ad Agricolas, jam nunc Horrentia Martis arma Virumq canit Mantuanus Vates, Apollinis Entheum, Gradivi Commutat Animo, Protheus verior, quàm Poëta. Ferri potiùs quàm ingenii acumen expoliturus ad Parnassi rupem, hostium meditatur Cæsuras, non Carminum, arma sumit pro Calamo, et pro suavissimis Citharæ Concentibus Martialia intonat Classica. Nuper Musarum Choris Dux præerat, Militares nunc in Pagina Aciem educit Cuneos, fertilissimi utiq ingenii, Cui tenuis avena in Militares Manipulos, imo ferream Cadmi Segetem degeneravit. Nil molle mere metris blandire Camæna, in prælo fervent prælia, ubi hostilis Cruor intra Margines Paginæ liberaliq se evolvit, quam fontes Pierii. Ergone non, Orbis jam modo Universo Sed vel Mansvetiora olim Musarum Lactea Spirant præcordia Martem. Etiamne Apollineus Sanissimæ furor mentis

A. M. Uzelowely [?]

mentis furor Arma ministrat? Procul illius testudo à Classicis Militaribus
et a Belli fulminibus Laurus Parnassia. Heroicos Musarum pede,
non pedites Gradiri metiatur Poëta. Sidereas non Belli acies, regit Phœbus
ut pote astrorum Dux non Castrorum. Suus illi Sacer esto Corbus,
Corvus, non Victrices Aquila, Contra Chimaeram duntaxat Pegasum in:
vexisse Bella meminit Strabo; quasi nec in rerum Ordine, nec Poëtarum
in Acie, hostilem voluerit Potentiam. Crediderim ego non unam
tantum Lusitania Urbem verùm etiam Musarum Regnum Pace,
esse, ut pote Laurum Patriam, quas etiam inter armatos hostes præten
di, tranquillitatis sit indicium. At enim quisquam ne in media Tyburi
Versari Sardiniam, in ipso pacis Sinu belli Scintillas elici, nutriri flam:
mam, adolescere Incendium Credidisset. Credetis? Jo credite Posteri.
neq Pierium, neq Martium Calorem Vatibus deesse. Est DEUS in
Nobis agitante Calescimus illo. Bella vivimus et Triumphos,
quilibet nobis Mensis Martius erit, et quavis dies Martis feria.
Poëtici etenim Anni Parens Phœbus, in Lechici honoris
Zodiaco proximus, quia intimè affulcet Agno Karnkovii. Quidquid
habent telorum Armamentaria Belli; Aries hic Summa omnium,
addit Cornu Copia, unde Nervi Belli abunde Suppetat, ac eat ad Sa:
cras Nervus uterq manus. Quando nec ad Cytharam, nec ad Ar:
cum Segnis Apollo. Non sane aptiorem usquam Versis Partha:
ne Sagittis nactus es Nervum, quam ad Cytharam; ad Cujus Nu:
meros, innumeris Hostibus illusisti; inter Suavissimos Concen:
tus Triumphalem edormivisti Crapulam, hoste ad Lethalem
prostrato Somnum, non secus Justino teste Atheniensi Poëta
Ductore Victor. Ita nimirum ad Apollinis plectrum, hostium
plectuntur Capita. Sic nostra alludit fortuna Victoria, ut hostis
nusquam non saliat, ad Nostrum genium. Itaq adsunt Nobis
non tam insignia Bellica, quam non dubia Signa Victoria, et Tri:
umphorum Præsagia. At quorsum tantus Belli apparatus!
Quis hostis Collectarum Virium meta,? forte Ligata Scientia Ser:
vitutem expugnatari, pro domo Vestra militabitis Heroica
etiam Poëtéos Candidati; jamq præduce Virgilio Viros et Arma
vocatis, in Bella ruitis, vibratis Arma, prælia Cietis, oculis, non jam
Cleantis flammam, sed fulgura, Ore, non Periclis sed Gradivi ful:
mina, toto deniq Corporis nisu Martem Spiratis non Apollinem. Jamq
Literarius pulvis in Pyrium, Parnassus in Hæmum abiit. Verum
State. Libertati Nostræ minime Consulendum est. Ita ligat Scientia
Nostra, ut simul sit libera, imo dum sic vincit, non Servitutis ferrea,
verum aurea subit Libertatis Vincula. Non aliud jugum Novit Colla
Super humerosq Pindus, quam Parnassi. Nec Libertatis solum
Sed Imperii Secura nitet, quam Aureo insignivit vellere Lechici Coro:
na Regni Supremo Infulati honoris decus, Celsissimus Archianti:
stes, quare metricas etiam inter Compedes, non veluti Hellespontum Xerxi
obligatum, Sed Coronatum Heliconis fontem; Animo Magnitudinis Si:
dere redimitam Poësim humilius stylus Reginam adorabit. Cui ut Sacra:
tior illabatur Enthusiasmus, Pneuma Divinissimum, Quo fiet in Pindo
melior Tiliorum Thalia Vatum.

Non Cyrrhaeas solum inter Umbras, ceu nigra Majestate veren:
dus residet Apollo, Cujq frontem, Nemo præter Palladis Noctuam
aspexerit

In Sole quoq; ad ipsa sese insinuavit folia, aureis Principum Coronis
Daphneas Laurus innexuit, ut Cura Ducum fuerint Regumq; Poëtæ.
Non libentius Diademati Caput quam Aonius mentem sertis adclinavit. Homeri
ană Scilicet Poesi Victor Orientis, hanc ille Regiis versare manibus, huic suaviter
indormire ex hac regnandi, et vincendi Artes, miro Iliadis Magisterio edoceri non
desitit; ita ut Poësi in libro, Homerus in Sua Iliade, Cum Alexandro vincere
triumphare regnare videreh. Sic Coronatæ Mentis Regiam incoluerunt
Musæ, perenne in Principis Capite posuere Capitolium, quo faciliq; coronenh.
Sed neq; illas meritæ destituere Coronæ; plures meruit, quam Romanæ repo:
tarunt Victoriæ: Dum enim modo bella generunt, numeris modo bella coercent
Poëtæ: fortissimi sunt Imperatorum Heroës et Parnassi rupes. Regnorum
propugnaculum. Nusquam firmius assurgit Camenecu ad tuendos
novos Regni limites, urbe illa Cui eruditum Nomen inseruere Camenæ.
Facessat Rupella Suis, cum Rupellis quas vel ipsa Nominis parsimonia
extenuat. Non Soli olim Lithvaniæ Arx à Vernero Crucigerorum
Magistro, ob insigne ac prope Divinum Monumentum, Collis Dei dicta, et prœsi:
dio fuit et Saluti; Non unq, Sed gemini Colles Divini planè: quia DEO non ini:
hospiti firmissimo erunt propugnaculo. Etiamnum non desunt Amphiones,
nec mœnia deerunt Thebanis potiora. Thespiæ Rupes novus in Polono
limite murus, vallensibus muralibus Cingendus Coronis. Sed quid ego
inter Gradivi Tonitrua, Natos in Poësis Coronam uniones Colligo, cum
etiam, ditior hydaspeis fluctibus Hypocrene, vivas Poëtarum gemmas
provehat: Saxa olim rudia ad Orphei Lyram properabant, nunc prosilient
adamantes. Habet Regalem Ioniam Ligata Oratio habet Phœbum, accendet
is Nomen Serenissimum, trahet Solem in Titulos. Nusquam Sereniq
Divum incessit Regina Stellata per atria Juno, veluti Poësis. Cujq; pedibus
Capitis Serenissimi Coronam Submisit Cynthia Siderum Regina. Sic à
Summo vertice Phœbus, ad plantas Rex totq; erat: quando Carmina de
Cœlo poterant deducere Lunam. Magnus, quia par Orbi vincendo Pom:
peiq;, ne metam posuisset unquam laboribus, Cœpit laborare ex pede Conscia
Triumphalium facinorum pes intumuit, proprius fudit Sanguinem è vul:
nere, ut Sitiret alienu. Citrè fludit ab infirmo Corpore Cruor, facilius
Concham deserit unio Rosa Pessum quam ille Principem. Vix in pede
plantã delinearit sibi dolor mentis Regiam occupavit. Sensit Cruris
dolorem Caput, jubet religari Vitam, qua Imperatorium sibi obligavit
honorem, ut Vitam pedi alligasset. Itam nimirum pessime Concordant
Vulnus Circulare, et Capitis Corona. Ligah ulcus diademate, apparebat
Regalis dolor, et Dolorum Rex. Neq; id dedecori accidit Coronæ Herow
Vulnera Salutis publicæ fontem dixerim quidni Coronenh. Quæ Cicatrice
Stringit fascia, non tempora quidem, Sed fames Cingit æternitatem. Subli:
nomen Magni Pompei Satis Assurget Vitta, si plantas attigerit. Jam
Considerate quanti Constitit Integritas Magni, Cujq; Vulnus Regno æsti:
matum. Quidquid Calcabant alii, rosa fuerit, quidquid deinceps
Pompeii Calcaverit planta, Consequeh Diadema. Toto Corpore Vi:
ctor Pompeiq; vincebat enim Consilio Caput, manq; gladio, pes agendi
Celeritate, Cunctis igih Coroneh membris. Talia meruit gloriosissi
mus Imperator, Sed insolita pedis Coronatio Circuivit Capita Seditio
num. Timebah ne atteret Leges, Conculcaret Imperium, et desgstris
pompa incederet, qui Cydarim habuit Suppedaneam. At Poëticos Coro:
nari pedes quis in Suspicionem vocet? non est Ambitiosa Regnandi Poë:
sis. Calcare mitras didicit, omnis ante illiq; pedes excubat Corona Subli:
miq; attolli haud digna.

Posuerant quondam Athenæ in sinu omnium Musarum Diadema;
Deprimebant nanuum palmam pretiosi lapides, imo pretiosissimi; y exeo
etenim cæteris palmam præripiebant. Ne quis simplicem Musarum
Numerum intelligeret, novem deabus addit Cyfra gemmea, nil alias ex-
tra illas valitura. Applaude tuæ securitati Corona! ne pallete, Can-
didati ad honorem Uniones, tutiq fronte Cæsarea, in dextera Musarum
tenete Asylum. Quis tandem crederet grave esse sertum istud, suæ
levitatis conscium, renuit à Musis attolli. Nititur Atlante Cælum, supre-
mi axes firmant Hercule, levi opprimit Syzyphum grande Marmor, quæ
Sphæra Adamantina Innocentes Deas. Ergo plantis advolvitur, preca-
tura veniam quod ambitu dexteræ peccasset. Superbissimum gemmis
deplorat ausum, et pænitentiam agit provoluta in Cinere. Non am-
pliq Musarum frontem, non manus coronare petit, dummodo arcto ne-
xu pedes devinciat. En iterum Ligata Oratio, ex Auro vincula ja-
bet; habent Poëtici pedes Compedem Adamantinam. Imposita est Po-
esi Corona, nec una tantum; plurium ferax est Parnassus.

Memoriæ proditum accepimus, antiquos Regia devotione quotan-
nis Coronam Jovi dedicasse. Hic forte Conjicietis evisceratas telluris
Opes, et fortunæ Cadavera, ereptos Neptuno Unionum grandines, quæsitos
trans Maria Adamantes, ac si natura, et Industria, de Coronando Jovis
vertice Contendissent. Offerebant singula Regiones Aurum; Ery-
thræum gemmas, Oceanus Corallia; quid pluribq universi Compendiū
Implectebatur orbis ille, imo parvq Orbis magno Major apparebat, dum
uni versus Jovi in honorem fuerat. Tantum Materiæ Splen-
dor Artificum fatigabat Ingenia, Convocantur Primates Artis, qui
Aureo Jovis honori Coronæ nomen imposuissent. Fervet opq
alacritate tanta, quasi suæ quisq faber fortunæ esset. Delineavit
Apollo Circulum, quis illo perfectior, qui Tonantis Caput pro Centro
habuit. Sculpsit Aurum Phidias, et Scissuris, atq profundissimis
Vulneribus Vitam metallo inspirasse diceres. Dispositi miracu-
lo varietatis, singularissimi lapides, et quidem Corallia, quasi
honoris Corollaria Cæteris ruborem accendebant operibus; Gemmæ
alioqui pallidæ animabantur. Radiis Certabant Cum Sole Adamantes
hoc solo discrimine, quod Titan nocte dispereat, illi tenebras illustrabant
clariq. Capitale censebatur Crimen, nisi vestes Divinus, plusquam hum-
nq Comeret arte. Talis formata erat Corona, quali non simulacrum
Jovis, sed Jupiter Ipse vellet coronari. Hæc ex animi vestri Sen-
tentiâ protuli parcite tamen, Vatis Licentiæ, nondum Operis Magni-
tudinem Concepistis. Diadema illud, diadema inquam Jove dignum
Parnassi necdebat gramen. Celebrent alii Deorum pulvinaria, Terræ No-
stræ Deus acclinat Caput. Quantum gloriæ prodigium! Sideribq al-
tior, supra Divinam eminet frontem Poëtarum Patria. Juppiter quo-
vis attollat frontem, nondū omnem Parnassi Cernit glebam, Certè specta-
ri nequit quæ supra frontem est. Atlas Cælo Jupiter Parnasso
Collum submisit. O suavissima Montis juga sub quib nec
Tonantem ire puduit. Etiam sublimi Culmine despice hortos
Hesperidum, Semiramidis flores: humanā isti faciem induerant Tu
Divinam. Advertis ex alto ut Aurum pallet! Seipsam erubescit
Purpura! Splendor Adamantes urit, et nisi prius per Naturam.

nunc obrigescerent per Invidiam. Cæterum pauci admodum Apollinei flores Jovi cessere in Sertum: residuo, quantum, quantum est Coronæ Poësis; aut si velitis eadē sub Tonantem, Poësim quoq cingit Corona. Natale Diadematum Solum Parnassus est sed non Solus. Non patiis Arctum alveum late diffusus fons, felicius se evehit quam Hellesponti Latifundia. Sub Italico Tyberio, Germanici Regna, Baltico Mari, Polono Vistulæ; et siqua alias Poëseos Regnum alluunt, Commisit fluenta. Polonos quoq Campos Regnatrici transcripsit Poësi Sarbievius: ubi Carpato æterna Laudum Carmina inscripsit. Huic Vladislaus suas Commisit Victorias, et annulo prodigum in sui predecenia fontem signavit et Coronavit: Ne invideret in Oceanū fere exundans Castalis Venetorū Mari, Polono Vistulæ Regio desponsat Annulo. Cæterum non unus Carpatus, Verum septicollis Roma attollit Poëseos Majestatem. Aoniis etiam Vatibus Roma Vaticanus est. Divinæ Urbani Poësi Supremo scilicet Orbis Capiti, suos Polonus Apollo Sarbievius adjunxit pedes. Nunqm suavius aut dignius Pieriam Cecinisse Cythram Compertum est. Non unum tunc in Latio Regnum invenit Poësis: ubi triplici Corona redimitus Caput et uno minus Numine Nomen pensaverat. Ut Romæ sic Poësi quoq vicinum Regnum est Olympus. Pridem illi infludit, aurea pro fluctibus Tagi, volvens sidera Hipocrene. Sagittatus Apollo pro Meta Cœlestem sibi præfixit Coronam; et Regiam posuit inter Illustres solis Domos inibi regnaturus. Diu jam Pegasus Arctico nequidqm Circulo Coarctatus jubat exerit. Non una intercessit ætas, ex quo Apollinis Cythara, Astrorum auget Concentum: et documentum non Terrarum solum, verum etiam Cœlorum Orbes, in Coronam iuisse Poësi; quam hactenus Reginæ Cultu adorans Stylus. Coronidem imponit dictioni.

CALOR POËTICUS IGNE ILLATO DESUMPTUS. Seu Divinissimo Ignatio de LOYOLA.

Testudineo pede, quia Poëtico, primis insistimus fervoribus, et Tuo Cadimus honori Auditor æstimatissime. Rigidior Cœli Vultus frigidam terris auram, fervidiorem Nobis inspirat Entheum. Illustriores Animis flammas accendimus, quibus inertiæ hyemem fugiamus. Phœbi tamen radios non expetimus, a quibus lucis ac Caloris usuram rudes quoq belluæ accipiunt. Nec in Votis ardent Promethei flammæ, has etenim splendidum licet furtum obfuscavit. Diviniori fomite derivabimus Nostræ ardorem scientiæ, dum Ignem illatum à DEO æternis inseremus affectibus. Dabis veniam Auditor Clementissime, si Cœlestes quoq ignes obscuræ dictionis umbra obfuscatos adverteris.

1.

Longa quies studiis Major post Otia Virtus
Ignavos rumpat somnos: et Corde resumpto
Viribus aggestis, sopitos excitet usus,
Et positos ad facta vocet generosa labores,
Quos meritis Cognatus honos, ac laudis avarus
Urget Amor.

Ad Phœbum pullos aquila, cui Lechia nidus 2.
Provoco. Sole Suos genus hoc testatq honores
Spectatore.
Amusa pierios recitent dicteria Sensus, 3.
Alternis Certate, placent Alterna Camœnis.
Docta Pöetarum, relegat Vestigia quisquis
Aonios ad Summa Sibi velit esse Secundos
Progressus, imitandus erit qui praduco Casu,
Venerit in dextram Vates. Mihi Sorte benigna Eligunt Pöetas.
Venit Claudianus.
Non est imitabile versu Nomen Claudianus nec claudicet ille. 4
Tu non Claudianus, Sed mihi Claudus eris.
Lechica majores Spondent dicteria Claudis
Progressus. 5
— Augusti Sidus Iberi
Faustius allucet, nostris in Carmina Votis Lucanus.
Vertice Sublimi feriens Horatius astra 6.
Annuit ut Lyrico mea Sudat Carmine Musa. 7
Si flaccum teneas non mihi floccus eris.
Lætior arridet mihi quamvis tristis in ipsis
Naso Tomis.
Spondet Laurigeros vel in ipso Nomine fasces Virgilius. 8
Versibus exponat, quod mens opulenta Cuiq Suggerit. 9
O Testudineis Poene consona Nomina Musa.
Gressibus, Impigras, Si metris Pegasus addit alas,
Cur tardo veniunt pede. 10.
Quis mihi torpor inest? Animum quid Stringit inertem. 11.
Segnities; agilig negat fervore laborem.
Pieriis adhibere modis, perit enthea Virtus,
Cyrrhæis animata focis: et Gratia Vultu
Castalias imitata Deas, Hancq Serenum,
Ore Patrem referens. Languet Solertia,
Multis dulce micans oculis, et Circumspectio r argo.
Magnus honos olim Capitis mentisq Serena,
Nunc dolor! ignivomud non jam præcordia Phœbum
Spirant; aut alitos laurô Pindove Calores;
Sed gelidos explosa vehunt, Suspiria Coros,
Egea Comites hyemis; Ceu pectore vellent
Coeliam fixisse Suam. Stant languida pigro
Corda Situ, Sterilesq negant in Carmina ferre venas.

Et lucis me damna premunt et Noctis egestas 12.
Oppositos uno cogunt habitare dolores
Fata Sinu: justas lacrymis ciet ira querelas.
Non etenim rutilum mentis clarescere dolem,
Atq Cleanthea s sinit Ignorantia flammas.
Sed densis Animum tenebris involvit, et Arcet
Ingenii radios, pharias Caligine Nubes
Excedente. Suis utinam recrearet opacis
Attica nox doctam, multo splendore, Coronans
Frontem, y placido reddens horrore verendum
Umbra Nemus: vultum variis imitata figuris.
Quas Laurus Pindusq Sua de stirpe refundit.
Phœbeum capiente jubar. Sed Apolline frontem
Occultante suam; talis non cernitr Umbra.
Luminibus cunctis potior.
Huc age Phœbe Tuas flexo temone quadrigas, 13
Flammivomos huc confer equos, huc fulminis instar
Æthon eat, rapidoq Phlegon velocior Euro.
Ac Pyrois, laxis nil irritatus habenis,
Eöusq ruat, qui torvo lumine vibrant
Fulgur, inexhaustam jaculantes pectore flammas,
Ore suo fluidis rutilantia fræna favillis
Irradiant, totoq cum vehunt incendia Curru,
Pisdis toleranda viris multumq perosa,
Gentibus, in medio Vitas patientibus æstu.
Et quibus ob longos veniunt dispendia soles,
Nocte suas tardante vices. Quid prodiga multis
Sævities in damna furit, deflenda favillis,
Mitior has Nostris donet Clementia flammas
Mentibus, aut tanti si non est copia doni,
Sufficiet depexa Tuis scintilla Capillis,
Quæ suevit telluris opes, ditare, rudesq
Glebas splendentis nomen convertere in auri.
Non insueta dabis; Phœbea lampade, Vates.
Aonios fervere decet; tibi nostra laborant
Carmina; Corycium non fas impellere plectrum
Te sine; quando velis nostras accendere mentes.
Successu meliore calent in Pneumata; frigent
Pindaricis spoliata focis. et pectora solis
Uruntr rotis.
Siccine tardus ades! nostris neq tangere curis 14
Quid prohibet tanti committere muneris usum,
Si desiderio nolis succurrere; Nondum
Desunt optatis pronissima Numina rebus.

Difficiles in Vota Deos! non Phœbus et Evan, 15.
Sed meliore meam Divus Lojola Calore
Accendet mentem, præsagum, muneris hujus
Nomen ab igne gerit
Ite Dii veteres Mendacia Numina posthac. 16.
Delusos vester non sollicitabit Amores
Pindus Apollineas recitans dictante Poëta
Laudes, cum melior Nostris Ignatius annis,
Allucet Phœbus; Cui prono Sidera Cœlo.
Submisere faces, et majestate profunda
Totus in illustres exarsit Olympus honores,
Quod Solem nosset; qualem Titane relicto,
Posceret in Divas sibi participasse favillas,
Vesta, nec extinctas unquam pateretur; et istis
Longævos Phœnix radiis exstingueret annos,
Ut nova regressam nesciret vita Senectam,
Sed Juvenile calens. hic ergo Phœbus, Origo
Vaticinis fiat flammis. illius Amores
Semper agent Nostris incendia Cordibus.
Non quæ Pegaseæ lacrymatur verbera plantæ, 17.
Non quæ Castalium Sublimi gurgite nomen
Unda vehit; largos vati decrescet in haustus,
Nec Cui præcipites helicon sinuatur in Amnes,
Excludet Pimplæa Sitim, fallatur ab istis
Tantalus, et fugiatur aquis: quas ipsa Sequatur
Fabula. Cœlestes meus ardor anhelat ad Undas,
Et quales, nimiis lacrymatus Lojola fluentis
Elicuit ex Oculis. vultus hoc fonte lavatos,
Nollet Acidaliis perfundere Gratia rivis.
Et Cabaræ fluvios Sprevisset Juno, nec illis,
Præmia Thermarum, latos Conferret Odores,
Quos Syrius miratur ager; Narcissus Eodem
Fonte Suos vultus et Visæ Munera formæ,
Cerneret attonitus, Casti Crystalla liquoris,
Esse piis dignos, lacrymis, gauderet honores,
Ite decus. Iste meos fluvios submerget fluviis Amores
Ac Servituras Animis in Carmina venas
Injiciet. Si Musa Sales, si pondera Vocis
Exigat, his poterit Succurrere lacryma rebus
Lojolæ Complexa sinus. Parnasse superbum
Pone Supercilium, Majestatemque bifrontem.

Et De sublimis tentans Confinia Coeli
Altum Pinde Caput submittet Celsius ibit,
Colla super humerosq; Pindi suos et Nomen Olympi.
Surgens, ex Atomis Lojola Culmen, et ipsi
Contiguum Coelo. Non solus Horatius Astra
Vertice Continget: Nos Celsior Entheus urget,
Dum Lojolaeis flammantia Corda favillis,
Inserimus, Vates; hic Noster Apollo;
Et Parnassus, Amorq; fides, ac Omnia totum,
Unq; Votorum fiet Lojola meorum.

Summa

Orbis angustiae non Capientis
Divos Ignatium et Xaverium
Prologus.

Styli Majestatem Vestrae addimus Coronae Auditores.
Ducale genus Elogii. ubi pro Oratore, et Brandeburgae, et Eloquentiae
Principem, pro Theatro Augustal obtinuit, Ignatii et Francisci effigies.
Brevi stylo absolutam Divorum Panegyrion Polonus audiit Mercurius;
attonito, Divorum Icones, excaecata etiam haeresi, in honoris respectu habi:
tas Brandeburgae Dux asseruit: Ignatium, et Xaverium Viros esse, quos,
Orbis non Capit: Geminos potius Soles dixisse debuerat.

Dux ad Aulicos.

Lustrator Nostras oculus vibret in aedes,
Ac Aulae decus exploret, percurrite visu,
Singula, quid placeant animis, narrabitis. Aulicus.
Aulae Concipio pretium dum Cerno quod istum,
Sit Complexa Ducem, qui Cunctos unus honores,
Ac Virtute decus superavit. Sic vernat honore,
Perpetuo, et multos Nemee Sylvescet in Annos,
Latonia possessa Deae; Sic Concha valoris
Auget Onus, binae pretioso pondere gemmae
Insignita, trahit magnum diadema decorem,
Ex Adamante, Polus rutilos metit honores
Titanis radio; Claros quid Apolline Delphos,
Divinoq; Canam Celebratas Nomine terras,
Annos Complevit multos, illustrior olim,
Creta suo Calcata Jovi; Cunabula Cujq;
Et Centum vidit regnantia Sceptra per Annos,
Talis honos surgit Aulae; decor Omnis ab uno
Promanat Duce.

Si quis Apellëis Splendor promanat ab umbris, Dux.
Ac Artis referat laudes, attenta requirat
Palpebra. Aulicq 2.
Nil juvat attonitos per tot miracula visus
Ducere; Sollicitant Oculos, mentemq fatigant
Tot Spectandarum Solatia plurrima rerum.
Huc Oculis, huc mente trahor; novitatis avarus
Ardor, et innumero variata Colore venustas
Exactos prohibent Visus: et Singula plenis
Delibare oculis. Vix hunc palpebra decorem
Attigit. aspectum retrahit diversa voluptas.
Sufficit haud geminos per tot miracula Visq
Ferre pares oculos si frons Aspectibus Argi
Explicet: attento nullas examine formas
Explorasse dat. Longum narranda Voluptas!
Omnia naturæ vires non largius usquam
Ars dispensavit. Quæ gaudia mente reporto
Dum vagor aspectu, varios quæ forma Penates
Induerit, quam pulchra viros mendacia vivos
Assimulent. regnatq toto Simmetria toto.
Proquam viva genas attemperet umbra; Serenæ
Ridet ad aspectum, oculosq retorquet Imago,
Atq Oris lusisse parat. 3tig.
Haud similes poterat Zeuxes appingere ceras,
Et Nec Apollineæ poterant animare figuræ.
Istam nec momus Censor damnaverit Artem.
Huc Zeuxes; artiq suæ Celebratq Apelles Dux.
adsit.
Adsum. Pictor.
Si Lojola, Fuit, alterq Xaverius ardet Dux
In ceris, dignum pensabunt justa laborem
Præmia. Pictor.
Nondum lingua Ducis, votum, mea dextra peregit.
Præsto adferam.
Præmia Compensent Condignum justa laborem. Dux
Legatus Lechiæ, Ducis, e vicinus ad Ædes, Aulicus.
Expecto Venturum. Dux

Legatus Polonus Duci.

Non invidendam Sceptris Majestatem, Serenitati Vestræ deferimus,

Cum hæc et Nostratem Poloniæ Solem deceat, et Te Principem
Elector Serenissime. Illam Serenitatis Tuæ Sedem attigimus, ad
quam Nos Patriæ Colus destinaverat. et Ad Caput Urbium Majestatis
Tuæ devenimus, quo nos Frons Senatus Sui rerum Agendarum
Status provocaverat. Si tandem Reipublicæ Polonæ, et Senatus
Consilii Vota pensas ex me Collige, a Cujus etiamnum ore, totus quan:
tus universo patet Lechicus pendet Orbis. Se Regis hoc est Patris
Patriæ Meæ, Magni Ducis Lithvaniæ Samogitiæ Russiæ Prussiæ
Mazoviæ et quæ Se pariter extra Principatus Sui extendit terminos
Lechica Amplitudo, regnat erga Tuam Principem Majestatem Prin:
ceps Amor. Et quia amicitiæ ac unionum fœdera Coronæ Lechicæ in:
penda audiunt; postquam diviso Principatu ac Regio Animo in Integri:
tatem Sarmaticam Conspirare, Armis libertatem Nostram prostitu:
ere Proceres Tui Contendissent: Crediti's nondum Sarmatico Achil:
li vires Concedêre, toties Stetit in aperto ne unquam Caderet; pugnavit
quotiês, et dum ferrum Strinxisset in hostem, Solas non nisi demessu:
it Laureas vel pacis Oleas. Ipse Polonus Ales in Belli Fulmina
educatus, grave exitium intentat iis, quoscunq Gradivi Ardor ad Polo:
ni Sanguinis Sitim accendit. Huc proinde ad Regnum Serenita:
tis Tuæ, non Spe incitandi ad bellacissimos Ignes nuncius cum fama
venio; non Causa provocandi ad belli aleam, utroq Casuræ Marte, verum
Legatus à Latere, idest à Clementia Serenissimi Nostri, a Reipublicæ Cor:
pore, una pars Linguæ, et imo tota Lechia integritas ad Tuam Majestatem.

Cancellarius

Obstupui Sane Eloquentiam Vestram, neq tamen vox ~~faucibus hæret,~~
ad responsa. Laudat Princeps tam Suavem Auribus Nostris
Eloquentiam, quam dictionis melle demulcere, Verborum Spiculis Cul:
tello Ingenii acuere voluisti. Ego vero pro modulo meo prosequor
Oratiunculam: quod ad Vota et desideria Reipublicæ Polonæ, ut Regia
patuit in Accessum Magno Legato, patet et Cor Principis. Omnia
respective exequi paratas, quæcunq lato Vocabulorum tractu res nostras
attigere.

Si Placet Scamnet Se.

Licet me Tempus avocat ad Solem domesticum, detinent Legatus
me tamen Ducalis Aulæ decora.

Si placet, omnia respective Scrutabimur. Hic Avi pavis Cancellarius
Pripis. Hic Vestri Sancti Ignatius et Xaverius.

Legatus Duci

Illustriorem effecisti Regiam Princeps, quam Ignatii et Xaverii Ceris
adumbrasti.

Dux

His Sunt Viri quos Orbis non Capit
Lechica Laudandos Capiant præconia Divos. Legatus.
Quos Orbis Capisse nequit.

Elog. 1.

Empyrei Lojola Coeli, fideiq serenus ~~Splendor~~
Splendor, et obscura Lux dimica Stygi.
Postquam tenariis: dempsisti Noctisq orbem,
Solis Te dignor Nomine. Habe Pater.
Et Tibi non alium resonant encomia Nomen.
Xavier Coei Solq Dies Coeli.
Non miror quod vos unq non caperit Orbis
Cum Sol non possit binus ab Orbe capi.

2

Annulus est Orbis, puto grandior inde quod illum
Indutum digito triplice Numen habet
Non tamen ille venustus erat sine Divite gemma,
Franciscus Dives, nam Sibi gemma fuit
Unio Divus erat, sed magno Major ab Orbe
Hinc nequiit parvo Major ab orbe capi.
Flevit tam pulchra mundus dispendia gemmae,
Ex hinc, orbis ero dixit et Orbus ero.

3

Fleverat; et Lacrymis viduum Solatus amorem
In Sensus votum jussit abire pios
Mancipium, sim Dive; Qui captivus habebor.
Tu licet a nostro non potes orbe capi.

4

Retia nectentem Nuper conspeximus Orbem.
Et plus fallaci (qm solet) arte modos.
Regna, plagas veris fuerant. oculatior Argo
Iverat, in praeda palpebra cauta viam.
Auratasq iterum casses fortuna tetendit,
Nec somni protunc lusit Imago mei.
Et simul in laqueos filum sinuat honoris,
Franciscus mundi praeda futurq erat.
Viderat haec Caelestis Amor; cassesq locatas
In cassum ridens talia Verba dedit:
Cum Te diverti, capiunt Magnalia Coeli
Non potes a toto Xavier Orbe capi.

5.

Magnus Alexander, magnus Pompeiq habebi
Et Carolus simile Nomine magnus erat.
Sed tamen immensi cui sint compendia Mundi,
Non magnus Mundus, sed nisi parvicq erant.
At Tu cum toto non possis Orbe prehendi,

Non potes orbe capi Xaveri, magnus abinde,
Mundus, non magnus, sed quoque parvus erit.
At cum toto non possis orbe prehendi,
Xavier immendi [illegible] instar eris.

Non potes Orbe capi superat encomia Dive,
Major est Aoniis quam celebrere modis.
Excedis licet ingenium, tamen ista prehendant
Te, quod perpetuus Corda dicavit Amor.

Anthæus, post casum fortior
seu
Amarallus abjuratæ fidei Catholicæ ad sanguinem propugnator

Argumentum

Adolescens Ægyptius Amarallus nomine Religione orthodoxus, ubi se aulæ Amirani Principis Saracenorum devovit, Christum ejusque fidem abjuravit. Ad quam Paterna ope adductus, ab eodem Saracenorum ac Tyrannorum Principe, plexus, post casum fortior stetit. P. Rader

Prologus.

Anthæum in Amarallo, et Amarallum in Anthæo redivivum facimus, Auditores Humanissimi. Post casum ille surgebat fortior, hic, post abjuratam Christi fidem Christianus fidelior. Lenocinio voluptatum abstractus a Numine Adolescens, vitam emendavit in melius, dum Religionis asserendæ studio perdidit. Capite plexus habuit quo coronam reciperet. Dabis veniam Audi: humanissime. Si non caput in carmine, sed pedes invenias.

Inductio 1ma.

Amarallus ad aulicam vitam expediendus a Parente, admonetque constantiæ in Religione.

Pater consulens Amicos de statu Amaralli

Fidum cor vestris affectibus alligo, mentem
Consiliis; dubios animo depellito sensus
Arbitri; invictis digni superare Catonem
Ingeniis, quibus ancipites committeret aures
Græcia, Nestoreis non fidens sensibus, et quos
Numinis officio fungi longæva vetustas
Vellet, adorati persolvens munera Consi

Amicus. 1. Arbitrium quæris nostrum? Te consule
Quidnam decernas; quæcunque Tibi Sententia Sedit,
Hæc animis residet Nostris; pendemus ab ore
Consilioq; tuo.

Parens Patria Sollicitis flagrant præcordia votis,
Ne proavis vacuos ducat virtutibus annos,
Sed pulchra teneras exerceat Indole vires
Progenies, Juvenemq; rudis, sic instruat ætas
Genti ut infractæ fulcrum, Patriæq; ruentis
Sit columen. Verum miscet formidine curas
Nescia mens, quânam juvenis nutriverit arte
Spem Patris.

Amicus. 2- pro Marte. - Messis clypeata Virorum
Spem Patriæ nutrit bellatorumq; manipli.
Progenies, Patris imponet gladia curis
Si marti dederit nomen.

Amicus 3 contra Martem Marti concedet nomen? eodem
Quod stringet, ferro jugulabit vota Parentis,
Et Patriæ felix omen præscindet.

Amicus 4 pro Marte. Fortes bella pavent animos; Nam ipsa recusat
Sæpe, viris, pulchrum famæ recludere callem.
Quos amor in Patriam, magnæ facit esse capaces
Mortis, et egregii stimulatrix gloria Lethi;
Si morimur? nostris splendor promanat ab umbris
Ingens in Patriam; nemo felicius unquam
Succurrit Patriæ, quam dum procurrit in hostem
Et contra Patriam vibratos detinet ictus,
Obvia projectis opponens pectora telis,
Fortius haud quisquam Patrios fulcire penates,
Quam lauro victrice potest; dum victor ab hoste
Patria, non unam confert in limina, Lauram.

Amicus 5. Contra martem. Victrices quærat Lauros in martis arena
Fortunæ metuens adversæ fulmen; aut quem
Omnis fortunæ favor exuit, induat arma.
Quos exambit honos crines redimire corona,
Quis galeis oneret? pudeat discrimine magno
Congenitos sibi splendores conquirere. Turpe est
Tabo sordere hostili, quos sanguis avorum
Purpureo facit esse pares, aptosq; decori

Amicus 6. pro Domo. Inter Patritios natum residere Penates
Permittas semper; non fallitur omen, Avitæ
Numen erit Patriæ; summo donandus honoris

Templo; quem Proavis Titulis conjuncta potestas
Majestate Jovem, pro Regno, dulce Loquendi
Pondus, Mercurium facit.

Otia persuades Juveni? frustrane Juventæ — Amicus 7 Contra Domum.
Consumet florem Patriis inglorius Arvis?
Non splendet, fulvum, quod terrâ conditur aurum,
Nec micat æquoreis, qui mergitur unio Thermis.
Nescia privatos virtus habitare Penates,
Patritiis adjuncta focis tenebrisq reclusa
Friget, et illustri potius privatur honore.
Ergo prodeat in Solem. Si Martis arena — Amicus pro aula.
Displicet, immensum Juveni dabit aula theatrum
Ac Notacelsa Domûs, ac sanguinis Originis index
Spectatore sui curant.

Dulce malum, scelerumq Parens, est Aula, charybdis — Amicus. Contra Aulam.
Morum, virtutis Scopulus, Syrenq dolosa.
Proni in vitium, metuenda pericula profers, — Amicus Pro aula.
Egregiæ menti, Locus est securus, ubiq.
Ipsa Sibi virtus, est murus aheneus; hæret
Immunis, Scelerum non frangitur impete; nescit
Extingui tenebris vitiorum.

Si proprias vobis præberet Tullius aures — Parens ad Amicos.
Majestate Sua vos diceret esse locutos.
Fido quod omne meis, valeat succedere votis
Consilium, primum Juveni dabit aula, colendæ
Virtutis campum. Mores hic imbibet, artes
Excolet ingenuas, Proavos, et adæquet honore
Ac meritis.

Votis facili DEUS annuat aure — Amicus.
Aula, precor, Juveni; Summos recludat honores.
Si parere velis, eventus vota sequetur. — Filij admonet constantiæ in virtute.
Prima tibi sit cura DEI constansque paternæ
Relligionis amor, pietas, et quidquid honesti
Esse genus meruit; tum devincire favorem
Principis, obsequio studeas, ac fraude relicta,
Sincerum peragens animum, cumulabis amicos.
Ni dubie suspensus agas, artemq nocendi
Atq dolos cupias blando, prætexere risu.
Ignavos rumpes Somnos; et marcida Luxu
Otia vitabis; nec plus Sermone morabor
Affectq mentemq regat, non blanda voluptas
Sed pietas, veriq tenax respectq honesti

Filius. Faveant modo Numina Nostris
Ausibus, hac effecta dabo.

Inductio 2da.

Princeps Saracenorum Amiramus, Amarallum a Parente sibi recommendatum, recipit in aulicos Ephebos.

Parens Principi. — Nolo stetisse prius magni sub Principis aula,
Quam ad Ducis cecidisse pedes. felici ultima casu
Sternor, ut innumeris, consurgas victor ab oris.

Princeps. — Cui vera manet reverentia Nostri
Hospitis adventus, gratum me semper habebit.
Si quid fama novi tulerit, narrate.

Parens. Principis invicti Laudes, et gloria, famae
Praebent argumenta; novis rumoribus addet
Materiem, referenda mihi Tua gratia nunquam,
Si, Dux, obsequiis, inter tot nomina magna
Addictum patiare Tuis exule Parentis
Nomen, Progeniem Nostram.

Princeps. Ultro danda petis; carus est, quicunque precatur
Ad latus esse Ducis. Si correspondeat acer
Auxiliis Nostris, patrias remeabit ad oras
Spe major, fama melior.

Parens. — — Munere tanto
Gratus erit Titulus, Supremi Principis esse
Servum, cui vellent ipsi servire Catones
Et vellet talem subiisse Fabricius aulam.
Hesperias iam sol ruiturus ad undas
Admonet, ut nostri repetamus jugera terrae.

Princeps. — Reduces fortuna sequatur

Ad Aulicos — Datur Vestrae nova gemma coronae
Jungite concordes in mutua foedera dextras
Me sopor invitat.

Aulicus. — Prompti tua jussa sequemur

Amarallus. — Amicitiae te legibus inscribit par summis animus.
Versabo mente Pylades Orestem, tamdiu Theseus, quamdiu
Pirothoum vita feret.
Festivas laeti impendite Lusibus horas

Aulicus. Amarallus. — Trahit sua quemque voluptas
Aulicus 2dus. Nobis arridet, laetum quodcunque sodalem
Exhilarare potest.

Amarallus. — Vestris conformia votis
Promptus agam.

Inductio 3tia

Amarallus conscientiam, se a luxu aulae removentem deflet ceram Sodalibus a quibus ad deserendam fidem perducitur.

In choreas juvat effundi, cum Bacche theatrum — Aulicus
Laetitiae pandis. Tellus pulsanda choreis
Et maeror plectris pellendus.
Parce Lyrae! nostrum sonus excitat iste dolorem — Amarallus.
Laetitiam fazie proscriptam, cerno, quis in hac — Aulicus
Fronte characteres maerores scripsit!
O dolor! o dirae genus! intolerabile poena. — Amarallus
O utinam Diomedis equos Busiridis aram
Tormenti genus mutare liceat.
Tantum quae fata dolorem. Eliciunt. — Aulicus
In miseram subeunt plectenda piacula mentem — Amarallus
Ultricesque sui promittunt crimina poenas.
Forsitan Aristarchus puerilia vulnera, virgam — Aulicus
Intentat sceleri! quem tu pueriliter horres
— Edissere quis sit!
Culparum metuenda crisis lata!
Discite, quae maneant sceleratas praemia mentes, — Amarallus
Ac finis, nullum peccat sine vindice crimen.
Noveris illud. Si quoties peccant homines sua fulmina mittant — Aulicus
Jupiter exiguo tempore, inermis erit.
Lente licet properent ad poenam numina, pensant — Amarallus
Quodlibet aeternis crimen plexura favillis.
Exprime, cujusnam sunt haec commenta Poetae! — Aulicus
Fabula, prudentis non meritura fidem
Veneranda fides haec dogmata nostris — Amarallus
Mentibus inculcat.
— Fallitur ista fides. — Aulicus
Nunquam fallitur ista fides, cui norma loquendi — Amarallus
Est DEUS, impatiens, falli vel fallere.
— Crudelem potius dixisse Tyrannum — Aulicus
Debueras, non esse DEUM, tam saeva minantem in populos.
Christiculas miseros! post tot jejunia! noctis — Aulicus
Excubias! crebro resonantes Numina laudes
Delicias vitae spretas, post fata timere
Posse, DEUM restat, saevas pro crimine poenas!
Mitius est nobis Numen! non legibus arcet. — Aulicus
Quodquid suadet amor nostri vel blanda voluptas.
Laetitiae metas, nisi sola licentia ponit;
Non timidus dubiis ultra torquebere votis.
Nostram sume fidem Romanum desere Numen.
O ergo jugum Laetitiae, fidei deponimus; alter — Amarallus
Arena DEUS teneat, vitae, quem blanda voluptas
Atque voluptatis leges commendant.
Thitona et Nestori castigatam supercilii modestiam, Catoni inedias, et spontanea tormenta relinque; Juvenem deceat, quidquid intra voluptatis leges continetur. — Aulicus

Amarallus. Intra gloriam stabit Numinis Vestri indulgentia, voluptate duce vitam agere

Principi a Somno redeunti Aulicus. Hilares superindue vultus Princeps. Laetitia pandet nova causa theatrum

Princeps. Quae nova causa meos duxit in gaudia vultus?

Aulicus. Divinos nostris defert Amarallus honores
Numinibus.

Princeps amarallo. Tu Ganymede relicto, alter eris Nostri jungendus Ephestio curis.

Inductio 4ta.

Parens certior de superstitione Amaralli, ab ea illum revocat.

Pater ab amico Epistolam recepit, legit, refert de superstitione filii.
Quam Legi, a fido tibi Littera venit amico.
Haec ne fides aulae? Si fas aliena tueri pignora!
O dolor! o misero saevissima vipera Patri
Filius, indigne, cum negat ore Deum.

Scribit Duci Literas et petit mitti Filium.
Aspirate Dii Calamo! concedite vestro
Pro cultu certare parem

Parens Servo. Ad Ducis haec veniat Littera missa manus.

Servus. Obsequium praestabo celer

Aulicus Principi Posceris, ut redeat Patriis Amarallus ad oras

Princeps. Mitto, brevi reducem venturum

Pater Filio ad se venienti Improba, perfida, degener, inficianda Parenti
Progenies misero Stygiis immanior hydris,
Et si quod majus est! mihi detestabile Nomen
Christiadum ploranda lues. pro dedecus alti
Sanguinis! et potuit tantum Licius se nefandae
Stultitiae in Superos, ut blasphemante negares
Ore DEUM Christique fidem. quo vertitis iram
O Superi! Superi! mihi quod fulmina Coelo
Arcetis! poenas ultrices sentiat atrox crimen

Amarallus. Siste minas! Celsi ferientia tela Tonantis
Non metuo, nostram, totus conspiret avernus
Instragem: Laetam Stygias portabit ad umbras
Credam.

Parens. O furor! o caeco praeceps audacia vultu!

Amarallus. Audacem juvat esse reum, cum nulla saluti
Spes superest.

Parens Macte animo fili! Stygias extinguere flammas
Una potest dulcis Lacryma fusa tuis

Amarallus. Ergo ne Numinibus tam mitis fervor in iras
Et lenire Deum Lacryma una potest!

Parens. Humani Superos nunquam tenis ore furores
Magdalis ac Petri Lacryma fusa probat
Aula ergo subeunda; fidem sermone negatam,
Adscribet sanguis.

Parens Nate mihi spes geminato filius ortu
Cum poteris vera pro pietate mori.

Accipe Christicolam, nivit amittere servum Princeps. — Amarallus ad Terram se projiciens
Quo vesane ruis! nostras fallacibus aures — Princeps
Detectis verbis! temerata meq Olesque
Non metuis spernisse fide! — Amarallus.
Fidemne meretur Quod vovisse nefas. aude quicunq scelesti
Intactam servare fidem, plus perfidus esto.
Quod novi scelus esse scio; perjurus habebor
Verius, infido si nolim pectore, Christi
Constantem renovare fidem.
— Famulam, Nostris si jussibus, aurem — Princeps
Consiliisq dabis, repetitos corde favores
Experiere meo; quin tantum plura sequentur
Præmia servitium; multis comitata potestas
Divitiis, excelsus honos, et quidquid avara
Longævo solvit, præcordia tendere voto.
— Per te mihi volvat arenas — Amarallus.
Pactolus dives, vel splendens Hermus, amorem
Christi, non poteris nostris extinguere fibris
Altneâ face majorem Lipsatq.
Quod non suadet amor, feret imperiosa potestas — Princeps.
— Nec feret imperiosa potestas. — Amarallus
— Hæc est Reverentia Nostri Imperii — Princeps
Vis famulum meliora jube. — Amarallus
— Pone caput vel pone fidem; succumbere jussis — Princeps
Si renues, morti succumbes
Æternam cum morte dabis, cum funere vitam — Amarallus
O Pater, o animi, blande Tyranne mei.
Lictor vindice ferro — Princeps
Diluat indignum profuso sanguine crimen
O utinam liceat millena vivere vitâ, — Amarallus
Millena liceat, sic queq morte mori
Nostras quid valeant, experiere minas. — Lictor Amarallo
Tunc quoq qui stricto minitetur vulnera ferro — Amarallus
Non mihi postremus, Lictor, amicus erit
Cernite Christicolæ! in cervicem quam sit acutus — Lictor
Iste chalybs vestram.
Plaudite Christicolæ, ac Christe! Tyranne feri

Epigrammata in Laudem Divi Martyris.

Intentam capiti recepisti Dive securim
Hac alias suevit parte corona geri.
Gestandum diadema tibi dat Lictor habere
Dum quo gestares, resilit ense caput.
Ad tantos ortum, Dive, ne desit honores
Purpura, erit fusus, quem dedit ipse, cruor.

Annus 1720

In Annum 1721.

Oratio

In Renovatione Studiorum.

P.ris Rychter.

Ad initia autumni dum pridem rosæ, et lilia emarcuere, dum Etiam nominis Floridi majestate unà cum foliis imperiales coronæ amisere, quis censeat posse laureas Theologorum, et Philosophorum, posse flores eloquentiæ, et serta Musarum reviviscere? Auditores Eruditissimi. Vulcano Sacer Mensis September, armis Bellonæ cudendis, non ingeniis acuendis deservit. Sole ad libram expendente suos radios, lites potius Astrææ fervebunt, quam Athenarum Certamina. Enim verò non Lycæis, sed foro, Aristidi non Aristoteli dies affulgent dicandi cum Cœlesti bilance; ut proinde Sub Themidis Signum, non Mercurii, hodie videar evocari. Sed conspecti Siderum Principis Statione, in Zodiaci libra, frustra iniquum Scientiis tempus arguo. Quantum insit pondus literis, Cœlum declarat, ubi ad Studiorum Nostrorum primam lucem, se insignit bilance, at September mensis à Martio septimus favet numero Sapientum. Quis illo exordia feliciora dare posse doctis Conatibus existimandus? Ille ille edit in lucem DEI Hominis Matrem, fortunatoque auspicio excipit tantis incunabulis Musas renascentes, quanta suo vagitu — Incarnatæ Sapientiæ Parens implevit. Ille pronto adorat cultu arborem omni Sylva Dodonæa vocaliorem, nempe Crucem Æterni Verbi, neque Rostra facundiora exoptare debet inventio Oratoria; Ille, in Principem Poloniæ Urbem, in coronatum Vavelli fastigium, transfert sacerrima lypsana integerrimi Præsulis Stanislai, ut indicet methodum, nunquam humilis formandæ Metaphoræ. Satisne istud? Aperit fastos ab Orbe Xstiano evolvendos, nempe calamo D. Matthæi exaratum volumen, receptui Canit Secundo, in aciem Palladis, quia ad Aditum Cœlestici D. Michaëlis, Disertissimi Oratorum Hieronymi saxum, vice primi lapidis ponit, cui novum Musarum augustal perennaturum incumbat Seculisque, quamsi Columnis Herculiis inniteres. Novimusque quoque et meminimusque, quod hic mensis Tullium reducem ab exilio reddidit capiti Orbis Romæ; ut vel eadem causa, quotquot Tullii sectatores censemur, hodie passum, bono omine, referamus in Capitolium Scientiarum. Jam fructibus gravis autumnus, non sterilem operam nostram cessuram præsagit, licet in sola versaturam arena scholastica. Usque adeò properis anni momentis, diem dicunt Eruditionis incurio otio, qui kalendis Septembris

lucernam Cleantis accendunt. Usq adeo florida sua fortuna, ingenia se inaugurant Marcido quamvis autumno. Sed ne tantum non nullorum beatorum dierum illicigani: mos Lechicæ Juventutis reducam in Lycæa, manifestum id reddam: quod Commodis literarum, et integritati, nulla pars anni, quod profectui literario, nullig temporis cursus adversatur.

Aurea ætas interea mihi affluet, dum Auditor Humanissime facilem meæ dictioni aurem concedes.

Jam sui quam rerum invida sunt tempora. Non omnis mensis, ita Heroum felicitati se indulsit, ut in herbas effloruisset victrices, cruento hostium imbre depluisset, et triumphalibq detonasset fulminibq. Ad laurearum et gloriæ Lubenam messem demetendam, raro suam concedit falcem tempus. Decennio integro absoluto, neq hoc annis pluribq perditis, vel paucioribq dicing totum stetisse victoriam, de Troja eversa et pessundata. Verni Soles plerumq et æstivi, Bellatoribq præferunt facem, ut hostium castra expugnant; gelido autem Decembre frigent odia, quæ inadversas exarserant acies, in glaciem pene degenerat belli flamma, et in fumum Heroicq furor abit, qui ad focum domesticum scintillat. Sic illa pars anni desidem attollit antennam, explicat vela, mare edomitum, navigantium impetrio subjicit, hæc, ante jam fractum iterum commovet pelagus, ne pareat remis; fluctus fovet rebelles, despumaturos naufragia, atq frigidum elementum iras edocet, quas multos inter æstus coquit. Pari fato, unus mensium aratro et votis Colonorum humum subigit, alter operam agrestem eludit, ille divitias Cereris solo concredit, hic eripit. Nullq demum sic beatus annq nascitur, nullq occubit, qui spem Coloni, et fruges totus educet, totus pleno devehat curru in horrea adultum laborem, opima messe redimitum. Multa et magna voco in compendium: vel maximorum negotia Principum deserviunt tempori. Sola est tanta Scientiarum felicitas ut illis singuli dies, et horæ, absq ullo discrimine obsequi videantur.

Oriuntur Soles e vaste diffuso capitis eruditi sudore, neq alibi occidunt, ut perinde mane primum, quam vesperam, in pagina Calamq Styli instar demonstret. Quin aurora, Musis amicum sidq fulgeat, nihil prohibet, quod ad purpureos illiq exortus incipiat impallescere facies voluminibus. Modo integer sui meridies lucet, et faciem refert Aquinatici sideris, modo sedimidium Orbi impertitur, hoc est minus serenum, ut se umbris Academi accommodet. Nulla non dies novit lineam ducere, tot oculis spectari dignam, quot altæ noctes in nube raspiciunt omnia. Cornua centena stellarum, num vigilem Sapientum solertiam possunt expungere? an lunæ orbita, ultimam illi ponere periodum? vel certe suo fulgore noctem supremam inducere? Nequit labor, totus Sapientum una cum die simulari, et se universum inter umbrarum profunda amittere. Jam si Anni clementia hilares explicet radios, rosas et lilia Hortensii legimq, si fulminet tempestas irata, lauru frontem securam præcingimq, cum Periele discimq detonare, gemmas proverbiis locuturi. Imbribq augeat flumina autumnus vel æstas, atq simul alveo pleniore Euripus, Tullii fontes, et Castalis in Theologicum mare se devolvat, nihilominq

Classes literariæ tot vela expandunt securæ, quot paginas, et tot remis instructæ, quot calamis, ad boræ spei appellunt promontorium. Nec quidpiam vetat, quin soluta manet suada, dum pluribus vinculis fontes bruma adstringit, quam catenas Hellesponto injecisse Xerxes dicitur. At quid referam de Syrii ardoribus? tantos inter ardores Cœli, sitis quoque Eruditionis augetur, et quo nimios vincat sideris infesti calores, habet fons Sapientis, nimirum docti sudores imbres. Anvero solis defectio, lunæ labor, quidquam funesti, literario choro portendit, aut illud inhibuit aliquando. Quinimo, Cœlo ipsi Mathesis sua permiscet tunc studia, atque inter deliquia astrorum, se maxime vegetam exhibet ars operosa. Porro Minervæ cultores, nemo Damocli pares arbitretur, quasi mentem scientiis pascere, illa metuerent tempestate, quam reddit Cometæ criniti aspectus formidandam. In artes liberales non fili faciendas, etsi suadam non inpexam, haud influunt astra crinem soluta. Tandem neque sophistia unquam sistere Aquinatici sideris, et Peripatheticos cursus, atque in Parnassi fastigia procurrentes vatum pedes, aut demum quoscunque celeres passus, ex arena Scholastica in sapientiæ arduum culmen progressos.

Ut pluribus comprobem, quod se omnia attemperent cultui Palladis tempora, juvat ire per singulos menses, qui annum convolvunt. Dicavit Roma Jano bifronti Januarium, Herculi, et Diis Manibus sacer Februarius cessit, Cypriæ Deæ Aprilis. Majus Maiam, Junonem coluit Junius; Primo Cæsari, Julius nomen debet. Cererem mensis Augustus, September Vulcanum, Bacchum October adoravit. Deinde Novembrem Dianæ, Decembrem Vestæ præsidio, quondam Romani commisere. Ut vero palam Cœli facerent, quod nullus Mensium non militaret Minervæ honori, illi Martium mensem destinarunt. Natæ in Jovis cerebro Deæ Roma addixit caput anni, et mensium Principem, atque illius agit pedissequum, ad Sapientiæ numinis aram, tantus, quantus decurrit annus. Nihil dubita Juventus lectissima literaria, quod Aries ille, Taurus, et Caper cœlestis, qui annuum tempus distinguunt sua luce, se invictimam devoveant Palladi; telum vibret Arcitenens, quale Apollo, calamo sepiam, aureo Tago potiorem affundat Aquarius, et se in nullum temporis punctum dividant Sæcula, quod de integrum non litet Minervæ, se Reipublicæ literariæ utilitati non impendat.

Sub diversis vocabulis se aufferunt nobis horæ, et dies, menses et Anni. Verum quoties circuli instar se devolvunt, Philosophorum argumentandi rationem videntur imitari, Quoties more Astrorum extinguuntur, toties Mathesi de se præbent materiem. Si diffluunt tanquam ingentes undæ, seu Tullii manant flumina, si celeri cursu, aut volatu se proripiunt, Vatum pedibus se metiuntur, et Pegasi alis imitantur. Ita sive se circumagant, sive intereant occidendo horarum momenta, sive hæc elabantur, decurrant vel avolent, à Scientiis nihil agunt alienum. Præterea nullam ætatem Lycæis injuriam credite Auditores Sapientissimi. Aurea Sæcula Aurelios Augustinos, mentis auro ditandæ Aristoteles, aurei oris atque

animi.

animi Chrysostomos et Chrysologos formant; ferreum durum solidioris doctrinæ parit ingenia, et vel ipsa temporum vicissitudo, in gloriam Athenarum consentit integerrimam.

Adhuc operæ pretium erit vultum et mentem intendere in effigiem temporis fugitivi, detenti in tabula à penicillo Protogenis. Senem magis decrepitum Nestore, viridis laurus coronat, et hæc Palladi olim sacra vernat. Alæ utrumque tegunt humerum, alatoque Mercurio haud absimilem diceres. Manuum altera falcem præfert, atque nihil perinde quàm illius acumen, cum Minervæ hasta convenit; nullum etenim ex his telum usus longior hebetavit. Insignit manuum alteram clepsydra, quæ horas dirimit tenuis arenæ flexu. Hæc verò dum limitem facit rebus universis, dum obruit omnia, et sibi insepelit, solum nequit frænare progressum in literis, quod concordi sensu orbis, tempus edocet omnia.

Non postremum dictioni meæ accedet argumentum, si nobilissima Juventus Polona totam studiis literarum te consecraveris. Ad candorem papyri, nullus tibi ater dies perhorrescendus, nullus metuendus nefastus, inter fastos tam solutæ, quam ligatæ eloquentiæ. Apollo, et Sol, qui beatorum annorum lucem spargit, solo vocabulo à se discernuntur. Petitam ab aureo Tagi littore arenam existima literariam, quæ hic, insigne temporis clepsydram implet. Criticos dies nulli crisi obnoxia probitas morum, atque impiger calamus tuus è Lycæis prohibebit. Si alicubi, hic procul dubio fortunatos menses ages, sole continuam stationem figente, in Karnkovii Agno, in Lubienii Uro, in Ursa majore Gaterynii, signis, quibus Zodiacus nulla numerat magis fausta Athenis. Candidi certe ibunt dies, aurei velleris, et innocuo Agno Karnkovii prælucente. Avitum Lubienii ferrum, aurea tempora melius computabit, quàm ferrea, olim clavus designavit Romanis. Atticas noctes sic illustrabit Gaterynii Ursa, ut migrent in dies, Palæstrarum fortunæ ita serenos, ut accendant invidiam. Dicam simul omnia: Commodis literarum, et integritati, nulla pars anni, profectui literario nullius temporis cursus adversatur.

A. M. D. G. B.V.I.C.H. SS.TT.V.

Effigies
Virginis Pretiosissimæ Mariæ Majoris,
Liberalissimum
et
dignum Principe Borgia
munus,
Majoris Poloniæ aris
dicatum.

L. Rychter.

Prologus.

Pulchriora penicilli sui opera, olim tanti fecit Zeuxes Atheniensium Pictorum princeps, ut sine pretio, eoq; nonnisi persoluto nulli fas esset hæc intueri, ut magnæ constiterit vel minima umbra spectata. Liberalioris ingenii, atq; manûs, fuit Pandiæ Princeps Borgia, qui suis impensis adumbratam effigiem Virginis pretiosissimæ, Mariæ Majoris, munus certe augustum, majori transmisit Gloriæ. Contemplamur dum libet ad prodigium usq; elegantem iconem Virginis gratiosissimæ, et verbis utendo, veluti nummis, nihil præter aureas preces persolvimus, quoties oculo toto intuemur venustissimam tabulam. Ibimus hodie in illius encomia, lineam primam ducturi.

Zeuxes arti suæ dat operam. Supervenit curiosus spectator.

Famulus. Nobile juvenum agmen lares tuos petit.

Zeuxes. Et quot à limine abest passibus?

Famulus. Iam tantum non subit fores.

Hospes 1mq. Artis, quâ Te excellere novimus gloria, nos excivit in tuos penates.

Zeuxes. Gratulor eam felicitatem manui meæ, quod blando illicio, Hospitum maximos, in lares meos deduxerit.

Hospes 2dq. Nihil antiquius nobis in animo est, quam vultus Patrum Patriæ nostræ cernere, quos ereptos, vivis coloribq; posthumæ reddidisti ætati.

Zeuxes. Nulla in me erit mora, quin desiderio vestro paream, dummodò id alacri animo præstandum obsequium, certa præveniant præmia.

Hospes 3tius. At quæ præmia? non enim vel aurum tanti facimus, ut pigeat illud profundere, Proavos nostros videndi amore.

Hospes 4tus. Sed quid licitamur? non existimo plus Te à nobis exacturum, quam ultro conferimus. Numerantur pecuniæ.

Repræsentantur Abavorum imagines.

Zeuxes. Obsequor jam liberalitati vestræ, et vultus majorum vestrorum exhibeo, utinam possem animum quoq; eorum demonstrare. Singula oculo diligenti contemplemini, ne minimum artis vitium indicaturi; Id solum videtur deesse, tam vegeto colore expressis, ut vos alloquantur.

Hospes 1mq. O Avi! o majores! factis maximis clari, quantò vobis minores sumus posteri!

Zeuxes. Et tanta est artis meæ felicitas, ut viros ingentes reddat Patriæ, quos hæc morte amissos conqueritur.

Hospes 2dq. Plurimum Tibi debemq; quod nostros majores non sinas totos emori.

Zeuxes. Diu vivite ~~at~~ Avorum vestrorum veræ imagines, nec imagines tantum.

Iterum Zeuxes operi suo se accingit.

Famulus. Hospitum alius proximè adest.

Zeuxes. Meliora nuntiares, si diceres plurimos adfuturos.

Hospes. À publica didici fama, te exteræ gentis, duos Heroes; tam nobili depinxisse artificio, ut videantur spirare; non ingratum spectaculum; me possissimum Recrearet, quem nihil delectat perinde, quam spectare viros fortes vel in tabula.
Zeuxes. Dici etiam milites, nervum belli deposcunt.
Hospes. Quid intendas, facile assequor, nec invitus argentum hoc depromo; ut Heroes, quibus ferreum pectus fuit, cernam magnanimos in tela, ceu in acie.

Effunduntur in mensam nummi.

Repræsentantur Heroes depicti.

Zeuxes. Vide jam, atque æstima opus non postrema dignum laude. Non aliter cursu effreni involabant in hostem, non aliter ad immortalis gloriæ metam contendere, dum viverent. Vix non procurrunt de tabula.
Hospes. Immortales tibi refero gratias, quod passu intrepido olim secutos castra, et non ex arena Martis, verum è Solarvita profugos, revocat nobis in mentem tua dextera.
Zeuxes. Erit tempus, cum similem operam Tuo impendam Simulacro.
Hospes abit. Zeuxes ad Famulum. Tabulam affer, cui manum ultimam nondum admovi.
Famulus Zdg. Lucri denuo spes affulget, nam iterum curiosus spectator domui Tuæ passum infert.
Zeuxes. Utinam sæpius id à Te audiam!
Hospes Imus. Qui te hodie convenimus, ex curiosorum sumus numero hominum, quorum vitæ ratio est, nihil obtutu incurio posse præterire, visu dignum. Nihil etenim dubitamus, quod non ultima rerum experientia, se oculo debeat. Quare à Te desideramus, ut in prætoriam navim, quæ siccis coloribus ita dicitur, innatare; acsi in pelago fluctuaret, nostra permittas descendere lumina.
Zeuxes. Nutibus vestris non decero, si nec vos promptæ munificentiæ, scilicet ut oneraniam vacuam deferri in Syrtes nolitis.
Hospes Zdus. Littus aureum petis. Interea pictam oneroniam, tanto periculo, ut ais: haud futuram obnoxiam, puto.
Zeuxes. Sentias ut libet, ego in contrarium feror.
Hospes Imus. Ut curiositati indulgeamus, liberalitati pandamus vela.

Dantur Pecuniæ

Zeuxes. Jam igitur et vestris ego velificabor impensis.

Navis depicta monstratur.

Zeuxes. Spectate, ut fluctibus mare se attollat, ut ferveat. Spectate navim, cui nihil à peritissimo addi potest penicello. Argo Jasonis, haud pulchrior vexit aureum vellus.
Hospes Imus. Fateri cogimur, quod operi accurato, nullam possimus crisim appingere. Quod vero majus elogium adscribamus, quàm si dicimus Zeuxis opus esse.
Zeuxes: Nullum à vobis aliud deposco encomium, quàm ne dicatis aliquando, frustra à vobis nummos perditos ejus rei causâ, quam spectastis.
Hospes Zdus. Nulla à nobis id audiet dies.
Abeunt Hospites, Zeuxes numeratis collectis pecuniis, arti suæ applaudit.

Id demum artis, id est, tenui umbra, argentum et aurum comparasse pingendoq; non ad speciem nonnisi, opulentum se effecisse. O penicilli, o claves mea fortunatæ, non vilibq gazis aperiendis idoneæ! o tabellam! anathema, fortunæ aris non indignum!

Exhibetur Imago D. Virginis Mariæ Majoris.

Rhetor Imus. A Pela Zeuxis ad Romani Protogenis tabulam, oculum atq mentem avocare, operæ pretium erit. Ingens donum est Borgiæ, supremi Præsidis Societatis, ne minima quidem ærarii nostri jactura comparatum. Tenacitati, qualem Zeuxes prætulit, ne tenuem umbram licet advertere in Imaginum elegantissima. Haud falleris, si putaveris, quod Charites ipsæ efformavere opus pulcherrimum à Cœlo ipso petitis coloribq. Non exhausit nostra Pennia Mare hoc gratiarum, cui felicem immersimq palpebram, nostram auxit fortunam, et huc usq immensis ditat opibq, quoties tantum spectatur.

IIdus. Regiq Persiæ munera subditi conferant: in nos cultui Mariano mancipatos, Dux olim Gandiæ Borgia, atq idem Cataluniæ Prorex, munificentissimq extitit. Persarum Regum, quocunq se moveant, pedissequam agat populorum munificentia; nobis domi agentibq, liberalitas Borgiana remoto è Cœlo occurrit, nam usq è Latio. Et licet Borgiam sola egestas locupletaret, nihilominq, non tantum argento opulentiq, non tantum auro æstimandum, non tantum gemmarum nitorem, atq lucem pretiosam adamantum vincens donum, sed ne quidem ullo pretio rerum adumbrandum à se accepimq, dum Effigiem Virginis, quæ Cœlestes omnes divitias, dum Supremi Numinis Filium in beato sinu gerit. Iconem Deiparæ Virginis, cui Mariæ Majoris inditum est, D. Borgia donavit Calissio, ergo quid majus dono poterat mittere!

IIIius. Aras Templi, quod evexit Celsissimq Princeps Stanislaus Karnkoviq, nulla Iconum venustius poterat adornare, quàm Mariæ Majoris. Purissimæ Virginum, id est ipsiq innocentiæ simulacrum, quibq Ædibq sacris, si non Karnkovii Agno insignitis debebatur? Superum Augustali erecto impensis Vice-Regis Poloniæ, nihil præter Effigiem Cœli terræq Reginæ, nihil inquam conferri accommodatiq poterat, à magno olim Vice-Rege Catalauniæ. Ob probitatem animi, Principum sui ævi miraculum Borgia, ut à Poloniæ Imo Principe conditis Sacri penetralibq, non incongruum munq impertiret, Prodigiosæ Matris Virginis vultum dicavit. Dux nuper Gandiæ, spretis fumosis Majorum Imaginibq, nihil antiquiq in Animo habuit, quàm ut inter Karnkovianæ Primatiæ Illustrissimas Aras, et altarium, tanta radiaret, quanta duntaxat pingi potest Augustissima DEI Hominis Parens.

4tus. Ducali Mitra abjecta, ingenium Principis liberalis, Borgia haud deposuit. Non tantum auro fluentem Hermum, non tantum gemmis despumantem Hydaspem, vel utrumq; Dives flumen, in naufragia egestatis exundans, sed locupletissimum Mare gratiarum, è Latio orbe deduxit in Lechicum. E Cyro amne haustas vola utraq; undas, Artaxerxi obtulerit nonnemo Persarum, ut se cultu profundo adoraret. Longè vastiq; beneficentia Borgiæ, in nos sese diffudit, nam integro Pelago. Huic puriori Crystallo innatat remq; D. Indigetis nostri Adalberti, postquam emersit è cruento Bythrdo. Huic nostra committimus Rhetores, et tot pandimq; vela, quot paginas, ad bonæ spei promontorium appulsuri. Gestiq;, quod ex hoc mari pacifico, et illimi, pluribus Ostiis eloquentiæ nræ fontes profluant, quam Fluviq; Regnator Aquatum Nilq; exundat. Non sic piscariæ fluctis, ditant arenas, quas lambunt; ut nram literariam arenam locupletat hic Oceanq; gemmas volvens, pro aquis.

5tus. Vultum fidè mutatum Isabellæ, avetsatq; Franciscq;, Soliq; Cælestis Imperatricis, suo depictam in animo faciem, in tela Cham Divis expressam colonibq; voluit. Porro qui se obsequiis Caroli 5ti Imperatoris addixerat, ut è muneris antea gesti dignitate, se deinceps beneficum nobis exhiberet, ejusdem Cælorum Imperatricis Augustissimæ Iconem, dignum Cæsarea gaza donum, ultro nobis concessit. Iam ut Principibq; longas manq; eê constaret, eas Roma in majorem usq; extendit Poloniam. At nuper Dux Gandiæ, non destitit Ducatum Regnis præbere, ad debitum Virgini Divinissimæ Cultum, qm adorandam suo in vultu, transmisit Poloniæ.

6tus. In Gentilitium decq; Tauri Borgiæ Cesserit, non tamen illiq; tardam munificentiam licuit experiri. Dignus Sacerrimus destinatum Poloniæ, pennis aquilæ properavit Calissiensem in Urbem. At cifram unam et geminæ, inter innumera Prosapiæ suæ recensens ornamenta, non aliud donum, nisi qd unum, multa complectitur munera, et cujus pretia nequeunt computari, Lechiæ dedit. Nec sphæram suam excedere, Liberalitatis ejusmodi genq; opinatq; est Borgia, nihil retinens opum avitarum. O Beneficentiam Polycratis annuli gemmâ, atq; hoc toto canorem, et quam duntaxat circuli possunt ambire, in quales æternitas fortunata se convolvit.

7mus In vicinis penatibq; sacris, ubi D. Tutelaris Adalberti Gentilitia vernat Rosa, atq; maximam aram coronat, è Francisci beneficio, totus hortus conclusq; efflorescit, et cum hoc Florum Principes lilia, coronâq; imperiales, viridariis Semiramidis invidendam explicuere majestatem. Ubi Martyrum D. Stanislai Simulacrorum, avita pietas cultui Populorum proposuerat, ne inde abesse Reginæ Martyrû vivam imaginem conquereremur, eam aris donare.

Borgia suum esse existimavit. Adde ut Parentum Divinissima, quæ Authorem vitæ mortalium manibus suis circumfert, ibi supplice genu Coleret, ubi Sacri honores persolvuntur magno Antistiti Stanislao, qui exanimem Petrovinæ restituit vitæ, par esse Francisco visum est.

8vus. Borgia, qui aliquando lacte suam pullam tinxerat, et quem niveus pectoris candor insigniverat, ut animo, et sibi toti concolor pignus, Calissiensi templo dicaret, spirantem in Prothogenis tabula vultum Purissimæ Virginis, Mariæ ad nives nuncupatæ, in anathema devovit. Ut vero Studiosæ Juventuti pietati prospiceret, largitus imaginem certe pulcherrimam, scilicet Matris Verbi abbreviati, opus haud rudis penicilli, oculis perinde atque tenero cordi placituræ. Omnibus Musis præferri unam numero voluit Incarnatæ Sapientiæ Matrem, et honorari ficta noluit mente. 6 Jovis Cerebro natæ Palladis cultum emendaturus, Mariam, quam pro Minerva adorat Caput orbis, Poloniæ adolescentiæ literariæ, venerationi proposuit, primus Conditor Athenarum Soc: in Pandia.

9nus. Nihil numero gratiarum deesse passa est Borgiæ munificentia. Tertius Soc. Gnalis, unum et præterea geminum gratiosissimæ Virginis simulacrum, Poloniarum oris donavit. Donavit, et veluti quondam, elamdato auro Agesilaus, cor Apellis emisse fertur, ita ille pretiosissimo pignore, nostrum omnium animos sibi reddidit vectigales. Atsi ex Helena coloribus vivis animata, oculis plurimorum objecta, lucrum immensum collegisse Zeuxes dicitur, quantum Borgiæ debeamus, toties promum est inferre, quoties hanc Cœlestem spectamus pulcheriam. Mariæ Majoris veram effigiem, major accepit Polonia à Francisco; Ergo ut nunquam exiguam illi deferat gratitudinem, tanti exigit magnitudo beneficii.

Epilogus

Si hactenus de Icone Virginis Mariæ Majoris locuti, nihil non humile diximus, petimus Auditor Humanissime; ut nos saltem non accenseas pictis Oratoribus.

Ad M. D Gloriam.

V. M. M Honorem.

Deus Verbum
contagioso Iscariotæ ab ore. acerbissimis fatis, atq; infandis. addictus.

Prologus.

E eloquentiæ fontibus, se permiscebunt venena, quæ nunc amor, nunc odia parre: xere. Ternos aliquando vixisse Fratres perhibent, è quibus unum, postquam scelera effrænata carceri arcto inclusissent, non aliter exiturum, nisi quoq; simul è vita, atq; comite perennaturo Prosapiæ totius dedecore; nihil intentatum reliquit amor, in fratrem, et reprehendæ domesticæ gloriæ sollicitudo, ut tam neci fraternæ immani occurreret, quàm ruiturum domus totius famam sisteret. Cum interim frustra desudâssent, anxia studia, fraterno ut sanguini dudex parceret, neq; alia profutura Consilia, quàm cruenta affluerent, his uti placuit. Adiere captivum fratrem liberi, cum unus in periturii aurem narravit, quàm indecori et atrocis supplicii genere esset trucidandus. Ergo potius mallet clementiore interire, nucemq; conditam veneno, in viscera sua admitteret, ori suo inferendam, inter mutui fraterni affectus signa. Ergo toxico avellanam infectam sumpsit miser, ā subito, sed mitiore depastus leto. Hac tragœdia longè magis funestam, quod insipient Proditor Iscariotes, licèt nosti Auditor sapientissime, nihilominus, ut in scenam deduci permittas, flagitamus. R. Rychter.

Protasis.

Carceri inclusus se miserum queritur.

Arcto detineor carcere, cui sola supplicia me eripient, atquæ, at quanta supplicia, refugit animus nosse. Damno tandem meum licentiam, at sero, nimirum amissa libertate. Fata me terrent, unà cum vitæ integritate, omnem nominis gloriam adempturæ. Cogar sanguinem fundere, [illegible], haud unquam abolendam, Prosapiæ meæ aspersurum. Heu, ita destinam vivere, ut moriar totus, solæ superstitem relicturus ignominiam, eamq; fœdissimam! Quid ante egerim novi, nunc quid agam ignoro.

Fratres inito secum consilio, Judicem supplices adeunt, à quo id nonnisi favoris obtinent, ut captivum possint invisere.

Frater Imus. Qua arte medebimur, fratris rebus afflictis? qua manu sortem illius prostratam erigemus?

x

2dus. Judicis manus, si ense abjecto, protulerit anchoram, portum tenere melior Fratris fortuna, atque vota nostra poterunt.

1mus. Nec alia mihi se porrigit via, quâ fratris supremo infortunio, atque nostro occurramus.

2dus. Adeamus igitur Judicem, utinam eò perventuri, quò spes non dubia promovet passum.

Ephebus Judicis. Adsunt qui aurem tuam postulant.

Frater 1mus. Clementissime Judicum, utinam te hoc nomine non in cassum afficiamus! Supplices tibi, nos sistit, frater carcere angusto detentus. Non eximendum his ærumnis modò possimus; nec magna nimis petamus; atque forsitan non impetranda. Proinde nonnisi flagitamus, ut vitæ suæ velis parcere, plusquam aureum munus; sibi et nobis daturus, si Themidis ferrum, in se non strinxeris.

Judex. Ne omnia Judicum favor possit, leges patriæ vetant, atque ipsa nocentium crimina prohibent. In Judices quoque ensem vibrat Astræa, quo plectat non punituros flagitia.

Frater 2dus. Bilancem Themis manu gerit, ut pars illius altera intra clementiæ cedat. Ergo hac uti licebit, et tibi.

Judex. Licebit, non aliter tamen; nisi ut maxima supplicia meritus frater vester, magna tantummodò sentiat.

Frater 1mus. Ne succenseas Judicum optime, sic barbari miserentur, dum clementius volunt agere.

Judex. Ergo Patriæ jura censes barbara, è quorum præscripto sontes ferio? Sed ne vestri postulatis nihil videar concessisse, annuo: ut mancipato carceri, liberè loqui integrâ horâ possitis. Plura ut deferam nomini vestro, et precibus, Dii criminum ultores, haud sinunt.

Frater 1mus. Grato accipimus animo id beneficii genus, quod permittas, ut misero, saltem è solatiis ultima possimus afferre.

Domum reduces Fratres, consilio iterum inito, statuunt veneno captivum tollendum è vita, veneno inquam nuci incluso.

Frater 2dus. In Æacum, an Rhadamantum incidimus!

Frater 1mus. In utrumque; O ne cruentis quidem lacrymis, satis deplorandam Fratris sortem! O dedecus nomini nostro inurendum Stygio ferro!
Quid tibi occurrit consilii, ne Frater eò deveniat; quo unà secum totius domus nostræ gloriam, vult præcipitem ferri Judicis inclementia!

2dus. Atrocissima, quæ se manent exitia, pernicie blandiore perveniat, sibi inferat manus, mitiores certè futuras, quam lictorum experiretur.

1mus. Sic quoque in spolium triste fati cedet.

2dus. In spolium triste, sed minus cruentum.

1mus. Equidem et ego mallem ita casurum, quam lictorum objiciendum tyrannidi, in Urbis totius conspectu, sed non video, quâ id viâ possit succedere, carceris excubiis aditum omnem prohibituris doloso molimini.

Edus. Modum rei perficiendæ, quam molimur, tempus suggeret, nostriq conatus, non impigri suppeditabunt.

Imus. Toxica propinanda, facilis pugione aut gladio, et omnibq aliis doloris armis, catastam perrumpent, ut inferant necem fratri optandam.

Edus. Multo et sano id ipsum eget consilio, ne irritum abeat.

Imus. Arbitror, sic è voto cessurum. Vacuo nucis putamini, virus committam occultandum, et deinde utrumq ori meo. Post ubi Fratrem convenero, aurì illiq insinuabo, qui cruciatus atrocissimi, quod ferali mortis genus se exspectent, ut è medio tollat, tum rationum adductarum pondere, eò satagam inclinare, ut leviora prælegat fata, ne scilicet toxicum respuat, quod ore è meo, ingerim suo, vale supremum dicturq.

Edus. Periculum faciamus, an operam nostram non eludet infelix eventq. Avellanas tu jube afferri, ego intereà toxicum quæram.

Frater Imq ad Ephebum campanæ sono accitum. Avellanas appone, et ceræ medicum affer. Heu me, quanto sceleri me obnoxium reddit sors adversa, fati: ciidam cogar agere! adest. — — — — — — — — — — —

Ephebus, ad quem Frater Imq. Tuo obsequio interim non indigeo, abeas, ubi tintinnus campanæ te acciverit.

Frater Edus En virg, virus inquam exitiale, permiscendum nostro sanguini. Proh dicere funestum! quo fraterna tractamq pericula, et iri artes, non hosti sed fratri, necisulas dimittimus animum.

Frater Imus. Neq has alienas à fraterno amore opinor. Odissem nisi ita peniturum, fratrem meum et tuum desiderarem. Ori imposuit nucem toxico imbutam. Vide ut secunda omina audendis aspirent. Et nihil jam restat, nisi ut facinq committamus, alioqui nec in mentem admittendum.

Frater Edus. O rem tragicam! tyranni vices obibit amor!

Carcerem uterq frater adit lacrymandus, perpetratq præcogitata.

Captivus. Inania munera infestæ sortis datis lacrymas.

Frater Imus. An decet, ut siccis feramus oculis, nimium gravia fraterna mala!

Frater Edq. Sanguini etiam mistas lacrymas funderemus, si his exstingui possent tuæ ærumnæ, et certa ex his emergere solatia.

Frater Imus. Iuvat nosse, quàm augusto sufferas animo carceris strictam molestias.

Captivus. Tædia, et his severior metus, imminentis exitii, nondum raptum ad supplicia, ita me torquent, ut vix sanam mihi relinquant mentem.

Frater Imus. Quo spectat id genus carnificinæ! nisi forsitan velis, ne te integrum, sed dimidium nonnisi Tui, calamitas suprema reperiat. Aurem tuam, peto, mihi dade.

Captivus. O Cælum iratum, parce supplici, toto pectore veniam à Te poscenti.

Frater Imq. Iterum: oro, Fratrem, Tuam admitte ad aurem.

Captivus. Me miserum! proh solatia, pessimo haud meliora supplicio!

Frater Imus. Ab his diversa nunc audies.

Caphirus. Cæli tandem miserescite, atq; in me ruitura, aliò avertite fulmina.
Frater 2dus. Ah utinam nulla in miseros decidant!
Frater 1mus. Non est longior mora nobis libera; Vale frater amandissime. (Cum caphi:
ri avellanam ingerit.) et ut mitiùs doleas, nostrum Tui amorem, existima, adversa hæc
omnia unà tecum sustinere.
Frater 2dus. Bene, quinimò meliùs valeas, cùm nequis optimè.
Caphirus. Felices vivite, non tamen infortunii mei immemores. Quid tardo prorepi:
tis passu tempore, solita jam currere, jam volare! Fila vitæ, nuper optata longiora, quàm
vos nunc esse brevissima cupio. Rerum omnium linea, in punctum quamtocyus
desine. Immortalis beneficii loco, mortem Superi boni accelerate. Miseræ vitæ re:
medium, potissimum est; posse cito animam agere. His prolatis Caphirus in
terram ruit, et fatis cedit.
Miles 1mus. Quis subitus languor Te dejecit; Pelle metus, needum in Crucem
aut in rotam ageris, imò needum vibratum lictoris ensem vides, quid concidis mente?
Miles 2dus Quid ægrum te simulas; dolus hic tibi carcerem non reserabit.
Miles 1mus. Erras, ut non nos fallat, certamen cum morte gerit.
Miles 2dus Imò jam devictus occubuit.

Apodosis.

In horto proposita Imago Christi Domini, ab Apostolo perfidò traditi, præ:
sentatur.

Minùs crudelia sentiuntur venena, quæ fraternus amor porrigit, ut pareat nocen:
do. Facili ore, toxica etiam admittuntur, dum condiunt mortem. Præstat simul ab:
sumere mitiorum ærumnarum Iliadem, nucleo uni inclusam, quàm ò lento, eoq; tan:
dem sævissimo fatorum morsu interire. Parcimus itaq; parcimus facto fraterno,
quamvis atrox et insolens videatur, ut spectavimus. Innocens vinus fuisse, existima:
mus, licet vitam ademerit. Tonitruis suada libet potiùs detonare in perfidissimum ho:
stem Numinis, dum Amicum Iscariotem. Impiissimi oris fauces, oris veneno
imbuti Gorgoneo, dum blanditiis, libet verbis ulcisci acerrimis, omnibus Rheto:
rum acuminibus pungere, atq; omnibus lacerare. Divinis sacerrimis labiis, tu Mor:
talium scelestissimè admovisti; et sub vultus Amici indicio occultâsti dira odia.
Melle fucatis absynthiis exasperâsti Divinum Palatum, nec una duntaxat in
nuce, aconita latuêre mortifera, verùm penè in tot fructibus, quot Gethsemani hor:
tus protulerat. Felle Stygio fauces tuæ despumârunt, quod vicès infausti An:
tidoti obiit, nam innocuum Orbis Servatorem, immanissimis servivit supplici:
is. Palam id fiet ubi demonstravero Deum Verbum contagioso Iscariotæ ab:
ore, acerbissimis fatis, atq; infandis addictum.

Jam si nulla attica affluat suada argumento Dictionis, quàm nullum
asperiq; imputabis Auditor Humanissime.

Quid Parricidarum Antesignani Iscariotæ, quid inquam osculum fuit, nisi feralis
belli classicum, quo excitæ Sacrilegæ acies movêre arma in Deum inermem, et Devictum
duxere in triumpho, in ferale capitolium, Scilicet Calvariæ montem, unde è vita non ut
leviter proturbarent, actum in Crucem admoverunt Sideribus. Non sic famelici
rictus leonum, et tygridum aliquando sævière, et ferarum, quas tantùm Romanum
Amphitheatrum in mortalium stragem. fovit, aut sylvæ Hyrcanæ educârunt, ut pa:
stum carne Divina, et Sanguine, os Judæ ferociit. Abblandiendo, mores inflexit, nul:
lis horti Gethsemani herbis medicabiles, imò nec rosis ullis et liliis, neque Omnium florum suc:
cis deliniendos. Linguam dolis vaferrimis delibutam, exeruit nefandus Proditor, et lin:
gua haud absimilis fuit illius anguis aculeo, qui Paradisi inter delicias mortifera vulne:
ra generi Humano inflixerat. Non tot jacula vibravit pomum Fenellæ, quot telis in
Deum insontem armaverat mala Gethsemani, Judæ perfidia. Quot verbis, tot aureis torqui:
bus audientium animos devinxisse credatur. Hercules Gallicus! Scelerati Apostoli suada,
in ferrea vincula Libertatis nostræ assertorem conjecit, in funestam catastam, ad iniquorum
Subsellia Judicum, ad cruenta flagella, ad acutissimos vepres, mortemque infamem, et quo
tantùm ferocissimis ausibus libuit pertrahendum. Nec minus pendere à Ducis Impiissi:
mi Ore, visus est improbissimus exercitus Solymæ, dum ad labiorum Enormium nutus, ru:
it ipsum in Numen, unicum hoc, pro innumeris spoliis, atque opimis relaturus, et obtinu:
it hostis barbarus prædam optatam; sed ut perderet. Non tanta belluarum immanitas
in feras imbelles, fero ungue assurgit, atque rabido furit dente, quanta in Hominum Deum
Captivum Hierosolymæ rabies sævit, at rabiem acuerat faucibus Judæ faucium. O Utinam
illas Sisyphi Saxum obruisset, ut Sepultum delituisset Sub hoc lapide crudelissimum
nefas Deicidii! O Utinam illæ Suo halitu pestem afflâssent infestissimo Hosti vitæ Numinis!

Credite Auditores Moestissimi non mitiora pertulisse Deum vulnera, à leniter admo=
to hominis Atrocissimi vultu, quàm ubi Se manipuli verberum Cruentarent, Sauciârent
veprium sylvæ, et Clavorum acutissimi intenerarent. Omnia etenim hæc Sanguinolen:
ta Supplicia, uno in ore immitissimi Proditoris Sunt nata. Quos deinde capita Judicum
Hierosolymæ invenêre Cruciatus, in quas per Dnas immentas irrigandas vesani populi exar:
serant pectora, quâ lanienâ artus Divinos cruciârunt, jam militum, jam Carnificum manus,
et qua horribili nece vitæ Authorem confecêre, libet Simul dicere omnia; quidquid nonni=
si inhumanum, plusquàm barbarum, quidquid à Mortalium nullo ferendum Sustinuit
Deus, nihil sensit illibatum, dum Amicorum perfidissimus osculo se dorâsset.

Cuius Tyranni ita rubuit Dextera, ut copioso tincta Sanguine labia; efferati Deicidæ
maduère, totâ nimirum extinctâ innocentiâ? Quidquid Sanguinis è venis Divinis ex:
haustis profluxit, totum id Iscariotæ blanditiæ extraxêre. O insolens factum et erube:
scendum, amicus, hoste Capitali haud clementior exstitit. Ipsæ nutrient odia, si amici:
tiæ Sanguinem Sugunt? Desipuisti scelus nocendi avidissimus desipuisti, neque ut Sape:
res, amœnissimi horti illecebræ profuère; Carpent te et fastidient Sæcula, quod vernan:
tissimo solo voluptatis, ingratum mœrorem, et tragicos dolores intuleris. Non Sentes ad
rosas et lilia, Te ibi decuit loqui, ut locutos Trajanos Legatos aliquando audivit Grd:
cia, herbam victricem porrigere Exercituum Domino, non hunc velle Devictum; inter
tot virentes oleas, Principi pacis nihil infestum meditari, mel è floribus legere, non
venena letalia Numini a Te dolendo propinanda. Heu me, quàm hæc gravia fuère,

Divino palato, ut aceto post hac elui, detergi spongia desideraverit. Nec iam admiror Regi Dolorum acerrima profluxisse fastidia, e cratere exhauriendo, cum illi odia plusquam Odia Iscariotis perduellis innatare adverteret.
Asperrima innumera alia, profundo silentio cogor damnare, ne alta Xsti vulnera fodiam. Id solum nequeo tacitus prætenire, quod fatis eò magis ferreis se objectum doluerit, Servator Mundi, quod à suo Contribuli, tam funibus quàm catenis, a suo Cliente, verberibus, a Discipulo, laniendi illi Capitis, quo major nequit alla fingi, sedem venispectaret. Proh dolor! hostilem animum texit vultus benevolentia! O effrenis impietas! quod genus peccare, in Supremum Caput Orbis voluisti, O Scenam funestam! Potuerat quondam Crœsi filius adhuc elinguis pro Patre loqui, ne interiret, at rerum omnium Parentis interitum, Iscariotis accersiit lingua! Pro impietatem! ne quidem Oratorum Principis eloquentia satis exaggerandam! Norunt gravius peccare mentes, norunt manus, et facies, nullatamen eum in modum infandum lingua deliquit, in quem, ipsi verbo Æterno insidiata, et quod ultimum sibi exitium attulit.

Dicta hucusque, mœsto revolvite animo Auditores sapientissimi, et constabit, Verbum Æternum, contagioso ab ore Iscariotis, acerbissimis fatis, atque infandis addictum.

Annus Poeticus 1720 In Annum 1721

Præfatio Poëtica

M. Wybranowski

Postquam res Asiæ Priamique evertere Gentem
Immeritam, visum Superis, ceciditque superbum
Ilium.

An declinare casus, superbi Ilii cogimur? an eversæ gentis, Priami ruinas, tanquam Parnassi gradus scandere anhelamus? Sesostrem ageret dictio, si per depressas Regnorum Coronas, doctam lauru decerperet; superbi clademque Ilii majori calcaret fastu; si ad casum Trojæ ascenderet rudissimum fundamentum, quod in colossum gloriæ è ruderibus erigit. Ingentem fragorem strepitumque Dardanidûm in vocales plausus mutare! grandem sapientiæ levitatem superet; quis inter tormenta canere juberet! non arridet auribus flebilisque ars è lacrymis flumina Eloquentiæ

producere. Fulviam non sequimur et dolenti Tullii linguæ acumina addamus. Pulchrum latrocinii genus alienis spoliis gloriari; rubet scelus purpura, quia è venis crudeliter profusum bibit sanguinem; invisum scientiis cœcæ fortunæ, faventi et iratæ, modulari deæ, quæ nisi auferat uni non habitura quod tribuat alteri. Habent propria Athenæ nostræ æraria et pretium merentur; quot docta volumina tot thesauri. Non desunt animi opes omnemque superant fortunæ Cornucopiam; opulentum Sapientis caput, aurum optimum sacra comprobat pagina; expolitum literis ingenium, plus auro fulgurat, si vultus impallescit libris innatum gemmis profert colorem; si umbram et noctes atticas vivimus, amant pretiosa latere; si monumenta eruditorum lustramus; justa exequimur, sepultas animi opes suscitamus, quæ inter miracula Orbis possent numerari. Omnem æstimationem excedunt Scientiæ, ubi cum Aquinate non Astris tantum, sed Principi Siderum supereminent; mare Theologicum, gemmarum est piscaria, Euripus omnes Neptuni concludit thesauros dum agit de unionibus; Scientiarum arbor inter docta folia, aurea profert poma, et frondes in sceptra flectendas extendit. Si cum suis spoliis sub numerum Orbis ceciderit, cyfram forma, universum expressisti; jam scientiarum divitiæ aureo Matheseos colliguntur numero. Oratorum facundia et aurei est Oris Regnum meretur, pretiis eruditionum enutritur, cum Antonio bibit uniones et gemmas loquitur. Plures eruditorum opes humilis stylus nequit ad calculum revocare, ne cum Promotheo radium Soli detrahat, æraria hæc clavi Scientiarum concluduntur, Solusque Agnus dignus aperire; Parnassi inquirimus pretia satis opulenta, dum Castallii altum sub Karnkoviano Jasone dives dicet Oratio.

Patebit tuis oculis Auditor Eruditissime Thesaurus Poëticus, aurem benignam adjice, aurum auro addidisti. Ut nexum dissolutæ vilique dictioni pretium addant uniones, primum vendicant locum: gemmæ Poëtarum. His quælibet adornata elocutio æstimationem meretur et Auditorum auribus tanquam monile appenditur. Inde omnis Orationum nitor fulget; non aliter: ac Solis sideribus, erudita dictio gemmis Poëtarum splendet interpolata. Grande decus, quia onustum victricibus laureis verticem declinavit, Orbis Victor, universi Princeps, Magnus Alexander, tanquam Homeri sententiis annuendo coronam demittebat.

In dubium liceat revocare! pretiosiusne, ~~diadema~~ Coronam, adamantes! an Homeri gemma decorarunt. Optime factum: tot capitibus, plus quam aureis, Regium addit caput Alexander. Si nucleo Thao accluditur, Magnitudini non detrahite unionem, Regno æstimatum, Concha capit. Imò quoties doctum Poëtarum caput, memoriæ sudat Posterorum; toties liquatur in gemmas, id est pretiosum Eruditorū cordiale, quo inunctī etiam post fata vivunt Typis. Insudaverat magno operi Poëtarum caput, a summo lauredtum vertice, Polonus Apollo, Sarbievius, properabat magnis passibus iter et longo post se intervallo reliquit cunctos Poëtas ac Oratores, pedes Principem Vatum demonstrabat; aliquot tantum lapidibus distabat a meta, cum incidisset in sepulchrale marmor, ut aciem ingenii acueret. Invitatur, ex tempore non nihil, æternitate dignum, in defuncti laudem proferat. Itane surda mors Amphionis Nostri Cytharam audiet! ad tabernalem illam dammamus melodiam, discordem virtuti, concordem vitio, ut plaudens, æquô pulset pede pauperum tabernas. Credebatur forte Sarmaticus Apollo vivido Cytharæ spiritu mortuos etiam animaturus. Perplexum fateor magne Vates intrasti Labyrinthum ubi Parcæ filum præciderunt. Hæret meditabundus, diu subsistit immotus, sudat, et totâ perfunditur mente, siccam nactus dicendi materiem, mens tamen eruditis fluctuabat cogetationibus. Proinde caput madicit in fronte verò cruoris guttam, ceu gemmam in littore mentis fluctus posuerunt; quis altum cogetationum Sarbievio denegetur? ad objectum cadaver, publicam indicit motionem, et immersas ingenio eruditas opes, ejicit in arenam mortualem; Gemma Poëtarum Vates Polonus ad lethale sudat venenum. Excute Parnassum Pyrrhi Annule, gutta hæc locò unionis condat, et Sarbjevium pingat pro Apolline. Linquete Hyppocrenem, ingenuosior à capite Sarbjevii fons ebullit; unda hæc pretiosa Pactoli, gemmea Hydaspis, superat flumina. Sudasse Principem Vatum nè miremini! si pluat sudor gemmeus, ubi Pallas nascitur, comparate eruditissimum Ingenii conceptum, cum partu Minervæ, et solvite admirationem. Si sanguinis fundis guttam? benè est, pridem Purpuram Princeps Vatum meruisti, pulchriq hæc proprio pingitur murice. Et quia merito Sanguis censetur esse lac rubram, propinate hunc cruorem Neovatibus, ut addolescant Horatii, Martiales ac Ovidii, affundite illorum arteriis, ut doctiori bulliat sanguis vena. Accurrite Musæ, alligate cicatricem, circumdate aurô, gemmis ponderate, et instar clenodii, Supra Minervæ cassidem.

affigite; æstimate guttam pariorem unionibus, adamantibus illustriorem. Si temporis idem qui Nummorum valor, pensate: gutta Sarbievii decennio constat. Jam noverit Orbis pretium nostri Poetæ, fingite primô montes gemmeos, rupes adamantinas, et quidquid auri fulget in Arabia, ad unum conferte cumulum, omnibus his prævalet gutta unica; Et altum Castalii assurgat fluctibus hanc pretiosam undam immergimus. Cernitis? quantum excrevit, submersô hôc thesaurô, plus quàm Oceanus à projecta fortuna quá Crates demerserat. Ergo date vela secundis fluminibus et sudoris guttas et eliquatæ mentis flumina, profundos argutiarum fontes, affundite: at pleniori navigio, magnis Poëtarum pretiis, Vellus Colchicum adferatis. Sed quàm variis trudimus vela suspiriis, altum Castalii sub Carncoviano Jasone, dives hic, et fluctus pretiosi, et undæ gemmeæ; nec tôt Ganges arenas vehit aureas, quot Pierii fontes collecta cimelia. Non invidemus Eridano, quod diffluat Sydereibus, suoque splendore extinguat pretia illustrissima; Fons Castalius quot undas, tôt splendidissimos numerat adamantes. Vatú Karnkovii quilibet, veluti Ægyptius esset Astra non respicit dum aureæ liberalitatis flumen plus quàm Nilus, quia non septenis tantum in Musis consecratum fontem affundit. Sicubi carmina de Cælo poterant ad pedes Vatum deducere lunam, hic non tantum erraticum aliquod Sydus sed tota Astrorum decora, tota Olympi illustrissimia nomina, totum fortunæ Cælestis æm imò ipsum Astrorum Principem habet submissum, dú quot annis deflectit, ad primæ magnitudinis astrum, Primatis nostri arietem. Spernit rosis stratum Ponti cubile in alto Castalii quiescit ubi pro rosis purpureum substernit vellus, et pretiosi fluctus sese componunt atque suavius quiescat, dulcius Syrenibus Musæ accinunt carmina. Nonnè igitur aurô splendidiorem fecisset arena, adeò sol propinquus? Si casus Icari Icariàs fecit aquas mutavit nomen et addidit, Castalii altum sub Principe Karnkovii Jasone, sumit augem, honoris et pretii. Minus Principe nostro Augustus Imperator egerat invenit Romam lateritiam fecit marmoream dum luteam reperit, extraxit auream Musarum Solium, Primas Regni, alibi Pierios hausit fontes, hic ingentibus coronavit divitiis, Regio Castalium vellere insignivit. Magno igitur superbit pondere, et pretiosos fluctus, tollit ad Sydera grato murmure tantam peroret liberalitatem.

#

Nunquam sub annulo Venetiæ ita altum assurgit Oce=
ani, quàm unda Castalii annulo Piscatoris et primæ ma=
gnitudinis Harnkovii Sidere obsignata, in quam ubi
totum è liberali dextra effunderit ærarium impleœt
magnis privilegiis et astris intulit. Palem nobis inge=
niosa Apellis tabula exhibet, et jam Archipræsulis
annulo veluti Alexandri, nostræ perorationis ora, ob=
signata forent; nisi translatio magni tui Nominis
Archipræsul Maxime ut: sim Piotrovone Stanislay,
ita emortuam animasset dictionem, lucæ dici Pitela=
ris clariorem fecisset Stylum, vivaciusq reddidisset
in encomia ingenium. Quot annis indigetis cru=
pella in altum Cracimontem, et tuam inter co=
gnata arcti Sydera cum omni virtute agimus
Metaphora. Te Prælati Regia Cœli, excepit gau=
Luang. dente Polô, tibi Sydera ab omni cedit jureq tuo
natura reliquit, quis Deus esse velis mutato Sole
in arietem, universum illustrasti. Applauderunt
translationi Camenæ; Parnassus in Olympum
erigit, Eridanus Castalio fonti cessit. Ita primæ
magnitudinis Sydera Soles Serenissimi, norunt a=
scendere, ut etiam pulveres literarios in astra effe=
rant! aurea, hoc regnāte Astro, Vates, ominamur
Sæcula, pretiosi largis fluent anni rorês grandina=
bit gemmis, pluet Cœlum adamantibus; Conde tu=
um Saturne ævum auri duntaxat famem pro=
ritas pœnali Midæ voto plebeas gentes peri=
mis; Harnkovii aurei velleris Sidus ætatem fer=
ream inaurat vatibus, et dies inter gemmas Po=
ëtarum facit pretiosissimos. Hactenus liberalem
Fundatoris nostri manum nunc magni Nominis
Stanislai adoramq Caput, gemmeum normam pru=
dentiæ eruditionis prodigium regiminis optimi
Ideam; Castalii altum extulit dum pretiosos fu=
dit sudores, impressit docta Harnkovia Parnasso
vestigia quæ multis ad honoris alta, iter præ=
buerunt mihi ad submissa venerationem: illud
mihi dictum vatis Thebani: Nec tu Divinam Æneida
tenta sed longe sequere et vestigia adora non sine
nomine factum credite; dum nata confirmataq
Societatem videre n licuit, nisi die Stanislai consecra=
tam sibi lucem, omnibq quotquot sequunt, Ignatiu.

Benè Superi provisum: gratia confirmationis de Praesulea manu accepimus. Simul non tantum indulgentia plenaria, sed annuo gratiae Societati, et Hankoviano Castalio annum auream. Sed quo se humilis effert Stylus, altum Castalii pretium non attinget, eruditissimae aestimationi relinquo. Quis verò auri sacra sitis adurit, ad altum, Castalii sub Hankoviano Jasone dives accurrite, tanquam Midam tetigissetis aurei futuri Poetae.

Lapsus Fortunae Ludorum è Borgiana Mensa Poëtico lusu erectus

M. Wybranowski

Prologus.

Labenti è Borgiana Mensa fortunae aleae manum porrigimus. Si serò? difficile graves eriguntur casus. In altum efferemus? ut graviori detrudamus casu, projectoque lusui illudamus. Fati et fortunae, in Palladis Palaestraque ludum, chartas in erudita folia, Notas eburneae sortis, in candidas voluminum literas mutabimus. Vice-Regio Borgiae actui, Principes Scientiarum addite animum serenissimum.

Borgias jubet adesse Praefectum Aulae comitantibus aulicis, prius tamen de moribus eorum sciscitatur, illosque arguit.

Borgias: Aulae Praefectum totâ comitante catervâ
Advocat, sit jussis protinus ille meis.
Inscia fallacis cognosco pectora fraudis
Atque dolis vultum cerne carere tuum.

Blandinus Cuncta mihi poteris verè Blandine fateri
Obsequiis Princeps mens mea corque patet

Borgias Heu! quod scelusque nefasque nostra commiserat aula?

Bland: Multa tuas aures non tetigisse puto
Nulla dies fluxit magno sine crimine vitae
Quaelibet hora fluens digna nefanda fore

#

Ac annos, menses, numerant per crimina facta
Qui primus noxis, optimus ille dies.
Est scelus, esse pium, sitis sanctumq videri
Vertitur, hic doctus qui sciat omne nefas
Exulat et pietas longè probitasq recedit
Incolit hinc facinus flagitiumq locum
Nox scelerum mater tenebræ latebræq parentes
Vult noxis tempus quolibet esse suum
Commodiore loquor Princeps tibi tempore plura
Jam forsan jussis advenit aula tuis

Præfectus Aulæ: Adsumus ad nutus prompti mandata sequemur.
Obsequiis quisq placere potest

Borgia: Displicet ille tamen qui crimen pronus in omne;
De vestris factis pessima fama sonat
Quaq parentavit sceleri nox crimina velans
Facta est nox omni clarior illa die
Vestræ virtuti regimen commissimq aulæ
Quid sit? quod vitiis obvia facta malis

Præf: Aulæ. Pessima lingua, tuæ Princeps hæc detulit auri
Dicere vera loquens crimina nulla potest.

Borg: Forsitan officio vigilans malè fungitur auris
Si vagus est oculus crimina nulla videt.

Præf: Aulæ ~~Sessor~~ Non sinit officium præsentem semper adesse.
Ac alio semper munera magna vocat.

Borgia: Esse tamen primum deberet credite munus
Exemplis recti vivat ut aula bonis
Hos juvenem decorare Divorum floreat aris
Virtutis spirans amplificetur odor
Prima nec ad ~~patrum~~ fatuum Cypridis fax æstuet igne
Nec sit candori nigra colore nota
Nox primò pateat aditus de limine vitæ
Clausaq sit vitiis sit scelerisq via
Nos iterum vestris oculis committimus aulam
Reddant dicta factaq recta meis

Præf: Aulæ Ad ~~praxim~~ subito deducere jussa studebo

Recedit Princeps Borgia. Præfectus aulæ
Aulicos monet, et avocat a Domino.

Idem: Limite de Domini nullus abire queat.

Principis ad nutus debebit quisq́ manere
Exeat ex Aula qui volet esse Scelus
Avocat hinc alio, me manus vosq; relinquo
Mandatis similes Principis esse volens

Tristes Aulici ob objecta crimina à variis ludis Solatia quærunt.

Aulicus 1mus.

Fictus Aristippi Domino male Sermo locutus
Qui foret ut verus Singula falsa tulit
Quod Scelus ô Socii quæ crimina dicite feci
Audeat ut nostri Principis aula malè

Aul: 2dus.

Unica nox nobis fuerat gratissima, quando
Mens Bacchi vino plena, secrata fuit
Quæ tamen hæc Domino narravit pessima lingua
Talis jam poterit lingua canina fore

Aul: 3tius.

Credite Blandinus nam dum pervenimus aulam
Narravit Domino primus in aure loquens

Aul: 4tus

Quot mala fallacis Blandini lingua patravit.
Deformem Sceleris dum dedit illa notam
Nos quoq; proclives narravit crimen ad omne
Nec sine flagitiis posse movere pedem

Aul: 5tus.

Hinc puto non alia ratione palatia nobis.
Angusti poterunt carceris esse loco
Ferrea nec Monachus tam strictè claustra tenere
Uti ne possint liberiore gradu

Aul: 6tus.

Cur vestram Socii complêrunt tristia mentem
Plaudentes animi Signa Serena date
Exhilarent animum fortuna tessera, lusus,
Et Sortis lætus recreet ipse jocus

Aul: 1mus

Hanc chartæ, sortes, hanc compleat, alea, mensam.
Huc confer lusus cunctaq́ læta loco

Aul: Optimus

Optima de libris Regum et pia cuncta lego
Credite præ cunctis hæc mihi (gemma) charta placet.
ostendens chartas lusorias.

#

Aulicus 2dus Nomina nostra tuæ chartæ subscribimus omnes
Hâc mæstam mentem quisque levare potest

Aulicus ~~versans aleas~~ Incipit ludus chartarum et alearum
versans aleas Credite fortunam per raro hæc alea fallit
Auri cum magno fenore sæpè redit

Alter infelici sorte aurum effundens

Difficilis nunquam fuerat mihi tam alea fati
At modò me dubium fata sinistra premunt

Aul: cui secundo jactu stetit alea
Promissum pretium numera pariterque refunde
Quod mihi sors dederat, tunc negare potes

Aul: alter non habens unde solvat animam venalem statuit
Nil sonat in loculis non auri hic nec (ulla) æris
Umbra nec argenti; tessera cuncta rapit
Auferat ac animam — — — — — — —

Aul: ille cui refundi debebat pretium
— — — — — — — Sed nullus habere venalem
Debet, quam pretio vendere quovè queat

Item in rixas et pugnam

Aul: infelicis sortis
Pessimus hæc Genius tibi non fortuna favendo
Attulit, ex loculis, cuncta trahendo meis

Aul: felicioris sortis
Voce furente sonat qui non valet ære sonare

Aul: infelix
Et mihi surreptum corpore crede dabis

Aul: felicior
Corpore tu solves quoniam non ære valebis

Aul: dirimens jurgia
Desine ne resonet clamor in aure Ducis

Borgeà audiens strepitus inquirit causam rixarum repertos varios ludos damnat ab Aulaque expellit

Borgeà
Quà strepitus fremitusque venitque tumultus ad ædes
Facta silens vobis murmuris aula forum
Forsitan hic ludus genuit certamen et iram
Ac inimicitias ac odiumque tulit

+

Quilibet à nostra lusus procul exulet aula
Grande nefas chartis ludere quisq; putet
Pestiâ damnosus reddit mihi credite lusus
Qui pretium magni temporis omne perit
Et cum perdiderit non cessat perdere lusor
Dum revocat cupidas alea saepè manus
Ira subit deforme malum lucriq; cupido
Jurgiaq; et rixae sollicitusq; dolor
Crimina dicuntur resonat clamoribus Æther
Invocat iratos et sibi quisq; Deos
Nulla fides chartis quae falso picta colore
Ac oculos vetrant ac animosq́ nocent
Postquam perdiderit nummos animamq́ venalem
Reddit, et in lusu brachia nuda facit
Maxima fallacis fortunae damna videndo
Ludere supremum quis neget esse nefas
Cuncta tuum Princeps admisit dextera sensu — Praef: Aulae
Damnosi ludi quisq; repellit opus
Quaerite nunc alium socialia pectora ludum — Aul: 1mus
Qui ~~mihi~~ semper lucrum non mihi damna ferat
Plurima sunt animi recreandi gaudia lusus — Aul: 2dus
Est discus, cursus, lucta, palaestra, pila, — Aul: 3tius
Palladis et scholae ludus, mihi docta palaestra
Hac pretium reddens ingeniosa placet — Aul: 4tus
Linquimus hunc pueris quibus est in pulvere lusûs
Delicium, quae cis litera pulveris erit
Non tamen haec juvenum sic nostra excreverat aetas
Ut posset ludus pulveris esse levis — Aul: 5tus
Saepè solent docto misceri pulvere gemmae
Unio per docti gutta sudoris erit
Palladis est nuper nobis aperta palaestra — Aul: 6tus
Quam quivis cupiens scire, subire potest
Et patet ille locus citharam in quo pulsat Apollo — Aul: 1mus
Hic capiti lusus fert animoq; decus
Insonuit quondam plectro Rhodopeius Orphêus
Plaudentes voces saxa dedêre suas.

#

Junxerunt gratum resonantia flumina murmur
Addidit ad plausus ac nemus omne sonum

Praef: Aulæ Non alios quærant igitur jam pectora lusus
Hi mentem poterunt exsaciare meam

Persuadet ejecto lusui ab Aula conceptuum lusu illudere

Idem. Vos quibus ô socii de pectore spirat Apollo
Applausus lusu nobiliore date
Hactenus illusit vobis fortuna, sed ipsi
Illusæ, lusus in orbe sonet

Epigramma primum

Aul: amus Quod fortuna gravi lapsu cecidisset ab Aula
Non est mirandum non Dea cæca fuit
Borgia fortunæ sortes dum ejecit ab Aula
Pessima tunc fatis alea jacta fuit

2dum

2dus. Quolibet initio sortitur Borgia mensis
Nomina Divorum quæ colit arte nová
Non mirum cur se fortuna recepit ab Aula
Cessit Cælicolis officiosa lares
Dumq́ tibi doctum sacramus Borgia ludum
Ejectus nostro prœbeat ille locum

3tium

3tius. O quoties orbi quod tu sis incola dicis
Inferniq́ tuos asseris esse lares
Borgia de propriis proscribis ludicra tectis
Credis in inferno ludere nempè nefas

4tum

Unde canes tabulæ numquid fortuna Dianæ — Aul: 4tus demonstrans tabulam lusoriam
Hic sensere avidi, scilicet ipsa canes
Dive canes prohibes captat quibus Aula lepores
Ne lepor canibus præda dolenda foret

5tum

Fortunæ ludos crebro latrunculus intrat — Aul: 5tus
Nam caret in lusu vulnere rarus homo
Non est quod spoliet lepores alea mirum
Multus in has sortes latro dolusve venit

6tum — Aul: 6tus

Non mihi Mercurius sed nec celebretur Apollo
Borgia tu medicus sanctior esse potes
Ni tua Dive manus medicans succurreret Aulæ
O quam torsisset calculus iste tuos

7mum — Aul: 7mus

Credite fatidicus fuerat tunc Borgia Princeps
Dum sortes Aulâ jussit abesse suâ
Quid dubiam prodest inquit mihi credere sorti
Certior à Lechis nam mihi Kostka cadet

8vum — Aul: 8vus.

Aulus cede liber fortunæ errata quot in te
Ipse suum numquam viderat Author opus

Epilogus

Non ad gustum forsan Borgianæ Mensæ sales Po=eticos apposuimus? Ignosce A. S. docti gustus igna=ris via ~~nonnum~~ enim primis labris scientiam attigimus.
Projecto lusu restat ut ad plantas cadamus Audit: Illmisme deprecando quod incomptè doctissimæ auri lusimus

M. Wybranowski

Echo vocis infernalis in novissimorum memoriam Adventûs tempore Menstruo Drammate Declamata.

Prologus

Non dissonam Adventus tempori vocem canemus, infernalem; quâ deditâ aliqui Equitum Polonorum. immersi poculis Sanctiorem conceperunt mentem. Et quia iniquo certârunt marte vario in comoediis, felicius Domino Exercituum militârunt. Nos quoque te Spectatore A: S: secundiorem in acie ingenii ominamur Victoriam

Scena 1ma exhibet dolentem non feliciter successisse Martem, Solantur comites alium suadendo modum acquirendarum opum.

Comes Prim: O quanta pectus flamma succendit meum
Mavortis ardeo totus igne; sed deest
Quod possit alere incendium, desunt rogo
Huic, ligna Dodonaea. non sperat favens
Fortuna, ventis aureis, ut augeat
Feroris ardorem, sine quibus non valet
Urere Gradivi feroor intimas fibras
Comes 2dg. Par animus et idem sentio tecum, nequit
Pectus flagrare ardore belli, si gerit ...

#

Pretiosa nulla oscuri, ~~et~~ Nam adauget nitor
Auri, decorem Martis igni; et semper hic
Convicit hostem, qui ense pugnat aureo:
Jam flamma belli sumpsit omne aurum meum — Com: 1mg.
Quodcunq Fortuna dedit; abstulit integrum
Bellona; Patriæ ut salus sit incolumis
Praecisa vena dives est. Cunctas opes,
Gazas, et omne decus Domûs, Patriæ bono
Urbeui, reservans nihil mihi; totum dedi
Quod cura collegit Patris, quod heu cruor
Laboris attulit mei; brevi rapax
Tempore Gradivus abstulit! linquens nihil.
Si quando fecit auream messem seges
Bellum manipulis colligit totum suis.
Vix pauper adfert adfert Kerecus stomacho et Ceres.
Opem latranti, non tegit corpus toga
Decora! nec quidquam sonat loculis opum!
Satiare nulla ~~nusquam~~ maximam belli famem
Pretia valebunt, unda Gangetis sitim
Relevare Martis non potest. Nam quo magis
Potatur aurum maximam semper sitim
Accendit. Ergo jam Gradivo sit vale!
Tractabit ensem dextra nunquam mea. Vale
Bonum dolosum, sed malum patens! Vale
Praedo nefande, vorago inexplebilis opum.
Animi serenum socie quid meseet tibi. — Comes 2dus
Verbo doloris, linque tristes Nenias
Mæstumq gemitu pectus, et fortem Hispides
Frontem, sine mora nubibus quæso expedi.
Injurias perferre forti animo decet
Herois animus quando succumbit malis
Comoedia populi sibilos, risus, jocos
Juste meretur —

Comes 3tius

- - - Marte non victus, miser
Vinceris inermi sorte, Bellonæ aleam
Versa secundiore signo tibi cadet
Alternat hominum cæca sors suas vices
Hodie lacrymas concitat, cras jam jocos
Suscitat, initium triste sæpissime adeo
Pensat hilari fine, et inter nubila
Radiis serenius Phœbus arridet polo
Fortuna mobilis stabiliori redit
Modo, quodq rapuit centuplum reddere solet.

#

Com: 1mq Bellum gerendi nullibi campus datur
Com 3tius. Et nervus illius, Patria refundere
Penetur hoc, quod illius cessit bono
Sin verò nobis benevole nequeat dare
Dabit coacta gladius judex erit.
Com: 4tq Credele ut ensis propria secet viscera
Et huic salutem rapere quae vitam dedit
Jam Nero mitior, benignior foret
Catilina, Domitianus humanior adest
Com: 1mq Periclitetur Patriae salus ut bene, ~~valeam~~
Valeam; ruinâ Patriae reddam meam
Com: 3tiq Si Patria decies suos natos alat
Com 2dq – Quod sua serit egestas nefas credo leve
Major rapina venit alienâ manû
Com 4tq Praebemus assensum tuo voto optimo
Partum id gerendum censeo pluri manû
Pars rapere possit, rapta defendere alia

Scena 2da

Sessengunt ceterum Deputatos, à sene extorquent contributionem

Senex Jam numero septies decem cursus Poli
Nec ego recordor, his fuisse unquam dies
Quietiores, quilibet somnos potest
Ducere jucundos, dum strepitus omnis silet
Mavortis; annis convenit haec pax meis
Nil pace dulcius, jucundius nihil
Pax Regna dilatat, ac opes auget; dies
Facit serenos cumulat aerarià opibus
Loculosq́ gemmisq́ atq́ thesauros facit
Splendere. rebus omnibus pax est favens
Huic ferte gazas munera Deorum, loco.
Et quidquid habent abditae gazae domus
Ut pateat oculis commodum pacis date
Vestri laboris amplius non indigeo
Nunc quisq́ ad aliud munus abeat suum
Ne nisi vocatus adveniat istam domum
quod cernit oculus hoc cupit famuli manus
Isti coniones cordeale sunt mihi
Ex lacrymis coäluerint, et sudor
Frontis fluere debuerat ingens antequam
Meas adornarent manus. Corallia
Guttae cruoris corpore effusae meô
Cur dextra ad aurum contremiscat et stupor.

Fors metuit auferri sibi, avertant Dii!
Probatur è sono optimum argentum, benè
Canebat, abscondi rogat.
Villam est prope numerosa militum cohors. — Puer
Sunt veranè, quæ dicis. Aulam jam petunt duo — Senex
Qui partiuntur militibus omnes domos — Puer
Languore dicito jacere me febris — Senex
Direxit assignatio nostri Ducis — Com: 1mus
Istam cohortem. Tu parata omnia jube
Commoda phalangi sit statim victus merum.
Hiberna contentatio! Si tu negas?
Ipse tibi miles eripiet. Omnia dabit,
Martem sequenti, justa qui negat dare.
Sit peto senectutis meæ et gravis febris — Senex
Respectus aut bona patriæ merita petant
Pro me.
Sonant nil verba si nummi silent — Com: 2dus
O seculum contaminatum! pessimi — — — — Senex
Annique juvenum! nulla merita valent senum
Ætasque prodest nulla longe aliter erat
Ætate nostrâ! cuncta mandati loco
Rogata duximus senum
— — — — — — — — — non disputat — — —
Lex! tuque redde debitum — — — Com: 1mus
— — — — — — — — rapiunt boves — Rusticus
Et equos et omnia milites — — —
— — — — — — — — moveat dolor
Vos pauperum! venena sunt lacrymæ inopum
Herois animus despicit lacrymas — — Com: 2dus
Nefande quousque detines nos? dare
Negas coactus dabis, ego rapiam omnia
Quid cum latrone sit gerendum qui cogit — Senex
Non petit.

Scena 3tia

Obsequium facturi Domino eundem occidunt in venatione

— — — — — — — habemus exitum sortis bonum
Fortuna successit, beneque nobis dolus
Sic arte vivitur, Marte, do omnia
Quæ fata dederant. Et secundus. Imo
Succedat utinam hanc nos probemus aleam
Quid vos ad Aulam adduxit istam — — Dom:
— — — — — — — — — quærimus
Utrum aliquod obsequium tibi Domine dare Com: 3tius.

#

Possemus et Servis tuis, numero fore

Dom: Practastis aliquam vos Palaestram

Com: — Martis. — Sequuntur milites bellum [solitus] fidem — Dom:

Com: Linquunt. Probabimus axioma nec parum

Habere veri! dum tuo semper fidi

Cuilibet obsequemur imperio, Avidâ,

Dom: Mandata spectando, aure. Quod aliud fore

Com: 2dus Serotii obsequium. Sylvis feras,

Didicimus agitare nemoraq, cursu canum,

Captare trepidos retibus capros laqueis

Cervos ligare, fallereq, damas dolis

Dom: Experiar artem quid valeat: et hoc loco

Inveniet in Aula mea vobis; canum

Omnes legentur pars numellis; pars vaga

Mittatur, ut possit fugam sequi ferae

Venationi vacant

Perimitur Dnus.

Comes Est caeteris hac praeda nobilior ferîs

Corpus sepeliendum, latebit et clades

Com: 2dus. Domini, Ego aliud existimo factu bonum,

Linquamus hoc funus peremptum, illum à fera

Dicemus immani, patenti de via

Com: 3tius Removendus. Heu quam sentio gravem animi

Caedis dolorem, conscium mentem Scelus torquet.

Com: 4tus Dolorem laetior mutet modus

Hac praeda fortunae donum est; Uti licet

Bachus serenum reddit animum, dum merum

Affundit hilare cor facit, mentem refert

Laetam, genarum lacrymas siccat Saphus

Com: perem: Alienam lavare sanguinem possem merô

Neq, lacrymis delebo satis unquam meis

Com: 4tus Scelus patratum. Expertus alia tu canes

Peremptor: Miser ego quid agam! comprobo vestrum animum

Quo vota suadent, propero tristitiam genis

Expello, socios fronte laeta arrideo.

Huc ferto vinum, quam fore potest, plurimum

Scyphis corona, affunde calicibq merum.

Annos salutis voce quot guttas refert

Com: 2dus. Calix. Refundo vota tibi, guttis par

Numero, fluant saecula. Fluant auro Com: 3tius
Sine nube. Gemmis quamlibet guttam Com: 4tus
Remunerentur. Jam serenior meum Com: perem:
Subiit entheus animum. gestio sonum
Audire cantus, mulceat vocis melos
aures.

Cantus

Vivat dito dzis pie etc.

Alter Cantus

Duma Hazadka

Ja prepil Hozaki sugdat

An audit sonus aliquis meas Com: peremptor
Aures, sonatne in auribus vestris melos.
Audisse non recordor hanc vocem. Vide
Quis suave concinat. Jucundius sono Com: 2dus.
Pocula succedant. Supplico levent sitim
Omnem revise Civitatis hunc locum. Peremp:
Reperire non possum canentem, vox sonat Puer
Sed non videtur Cantor. haud dubito malus
Genius canebat. Quid loqueris helluo Peremp:
Docebo Domino falsa narrare et loqui scies.
Nec visa quando, nec etiam Mundo fore
Audita: vox sit desit homo, iterum vide
Quis concinat, et huc convoca veniat statim
Nemo videtur ut canat, tantum timor Puer
Et horror ingens.

Scena 5ta.

Audita infernali voce, w Piekle byé varios fluctuant affectibus: sanctiorem mentem concipiunt.

Credo non jocum fore Peremptor
Et me sensibilis horror aliquis rapit sono

Cantus

W Piekle byé etc:

Auditis, heu mihi ferale jam canit Com: 2dus
Carmen. Refellit auris ipsum met tua

Sonus repetitur
Wpiekle byc

Peremp: Iterum repetit an horror artubus inest
Com: 4tus Cor integrum tremit Haud hominem vox sonat
Com: 3tius Cantavit ultimam jam Vindicis Sententiam
DEI, evocat nos erebus, heu Sceleri locus
Com: 4tus Promeritus. Hic est dæmonis vocis sonus,
Spernendus est cantor, hilarem animum n̄ sonat
Peremp: Desine serena canere, me totum dolor
Occupat, et admissum premit pectora scelus
Qui inter anxias canit lacrymas. Dolor
Animi tyranne viscera quid angis? manus
Scelus patrârunt, tange dextras! Heu miser
Quo fugio, quò non fugio me sequitur scelus
Vox clamat Erebi, restat ut ferro cadam
Com: 3tius Vindex mei. Non scelere deletur scelus
Peremp: Nec crimine nefas plectitur. Quid heu geram
Irata sidera, erebus est vindex, DEUS
Foedex, nec homines mea latent scelera
Illos rapina offendit, heu restat nemo
Com: Cui innocens sim. Est ab offenso DEO
Ad eumq placatum via, et Sontes Polus
Recipit cadenti porrigit DEUS manum
Si lacrymis et pœnitentia scelus
Deplorat admissum, serenior Polus
Com 2g Arridet. Et nos pœnitentia evocat
Suadet dolosis ludicris mundi vale:
Peremp: Dicamus. Heu fallax valeat Orbis
Martis nefarida sors, vale, quæ mihi scelus
Suasit, DEO jam militabo, mundo integro
Indico bellum et corpori, hi hostes mei
Sunt maximi, illos vincere studebo
Com: 3tius.
Omnes sequentur vota, qui comites erant
Vitæ scelestæ, erunt sodales et piæ.
(Pia)

Epilogus
Singula expendit verba
W Piekle bydź etc.

#

Głos straszliwy w Piekle bydz z nałogow złych duszy
Iż więc że do poprawy życia nie poruszy
Słapy tępe ostrogą do biegu przymusza
W postępku cnoty będzie tępa ludzka Dusza!
Ach niechay surowości zaostrzona wzbudzi
Piekła, niech Swiat odłądny nie zamraża ludzi
Pamiątka nieszczęśliwey wieczności co może,
Sam ty prenukaiący więcey skrytości BOŻE
Teraz przez Adwentowych dniach każdy niech słucha
Co iest Piekło? niech serce przyłoży do ucha
Tak nie omylnie chybi, złey wieczności Piekła
Gdzie tyrańska okrutność nie ustawa zaciekła
Co bydz w Piekle? niech teraz w życiu dobrze zważy
Wszak na zimno zawsze dmuchać kogo
ogien sparzy.

2dus

W Piekle, to iest w przeklętey potępieńcow toni
Tam męczarnia bez końca męka męce goni
Etneyskie upałami przewyższa pożary
Gdzie dusze przepalaiąc, przemienia w maszkary
Tam zbiór ogniow, upałow, rozżarzona katownia
Pali się z potępieńcow każdy iako głownia
Tam uściśnia padalcow, żmiy, smokow mieszkanie
Tam przepaść w ktorey wpadszy nikt iuż niepowstanie
Niechże w tę nieszczęśliwą myśl wieczność zaciekła!
Nie igraszka rozumi Chłopcow w karty piekła.

3tius

Co w Piekle bydz uważmy iuż tam nie na gody
Dusze potępieńcy lecz niezmożne głody
Nie innego nie słychać tylko wieczne biada
Każdy o bok z straszliwym czartostwem zasiada
Nie insze widowisko, potępieńcow oka
Tylko iedne straszydła, albo brzydkość smoka
Smoła napoiem, szanka ogniste potrawy
Częstuiąc ach ochotą, czart nad kankiem stawa
Szkoszny myślą bądź zawsze, w tey uwadze stały
By ci w Piekle potrawy te nie smakowały.

#

4tus

Przy tych męka katowania by naywiększa mała
Ku męki nad poięcie surowość zebrała,
Ogień który na świecie pali ach iak iest daleko
Od piekielnego, same opowiedzą wieki
Ten samo tylko ciało tam ten duszę pali
W tam tym ogniu iak węgiel potępiony cali.
Odkąd trzeba piekielny gdzie się ogień wkrada
Ten sposob doskonały ta zbawienna rada

5tus.

Ach życie śmierci rowne, bez końca konania
Boleść bez wolgowania bez spania czuwania
Odetchnienia w cięszkościach śmiertelnych nie uzna
Płacz bez pociechy męka bez zastoy prozna
Żye w śmiertelnych katowniach biada wieczna stęka
Pali się a nie zgorze ktoraż rowna męka
Dziw salamandra ogniem życie w nim się bawi
Surowszy ogień piekła bo nikt go nie strawi
Umieray tu na świecie myśląc co iest wiecznie
Konać w piekle, tak będziesz żył w niebie
bespiecznie.

6tus

Piekła wszytkie męczarnie mnieysze by się zdały
Gdyby koniec i termin kiedyś koniecznie miały
Ale lat przeydzie tysiącow tysiąc millionu
Lecz i moment wieczności nie iest umnieyszony
Gdyby BOG z potępionym taką czynił zmowę
Już w mękach dyspensacie rok wieczną osnowę
Gdy tyle też upłynie, ile w Oceanie
Jest kropel, w ten czas piekło może się przestanie
Ach iak by mnieg czuięcy zdał by się szczęśliwy
Tego końca czekał by cierpiąc nie teskliwy
Lecz, ach! poki BOG BOGIEM nieskończenie
Pak kto wpadnie do piekła tam wiecznie (będzie) (zasiedzie)
Lękasz się tego! niechże zwyczaynie gdy trwoga
Bije na cię piekielna, uciekay do BOGA.

Annus Poëticus 1721
In Annum 1722.
Præfatio
In librum octavum Æneidos.

Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, et rauco strepuerunt cornua cantu:
Utq acreis concussit equos, utq impulit arma,
Extemplo turbati animi: simul omne tumultu
Conjurat trepido Latium, sævitq Juventus
Effera.

M. Alb: Dy: Skrzynowski

Pro, an contra Poësim classica, arma, conjurata tumultu auditis fœdera? Conjicite Auditores Sapientissimi. Dicetis? excelsos feriri fulmine montes, quidni etiam Pierium, bellorum fulminibus Bicollem? Sed laureatus est illi vertex contra fulmina; frontem porrigit Poeticis redimitam laureis, ultra fulmineas verticem nubes. Crederem equidem, cum et Alpibus suus sit Annibal, et Enceladus Ætnæ, nec Parnasso suum deesse hostem: ni Divinas Apollinis ad aras Delphica tantum audiret oracula, non præliorum tonitru; ceu post ancile, post Cortinam lateret Securus. Nisi fortè contra Deos etiam, nova moliatur Gigantomachia, denuo in Phœbum consurgant Gigantes ausus: vel alter Darius nostrum telis impetat, obscuret Solem. Totus quantus est Phœbus, caput est, quis ergo in caput hostis? iterum Prometheus? sed luit ad Caucasum, æternum mancipium audaces insidias. Dicerem insuper contra Sylvas Poeticas, ut Statii, alterum insurrexisse Cæsarem, ni Apollinis intactus essent lucus. Si Karnkovius auream dorsô præferret lanam Junosza? dicerem Sacram auri famem Jasonis revixisse, ceu contra Phryxei vellus agni. Quid ergo contra

laure=

atam Poëtarum frontem fulmina? qui se illorum pedibus objiciunt pedites? contra Pieriam testudinem quæ Aquilæ? quis barbarus hostis contra Humanitatem? quod crimen et belli fomes in Vatibus? Licentia Poëtica? sed hoc libertatis est non excessus.
In suppetias quoq nobis tantos, ne credite bellorum motus: nec putate pro ligatæ Poësis libertate hæc auxilia: Vincimur quidem, sed non ad servitutem, ceu æstimanda compede gemma, monile torque aureo. Artis et liberalis et liberæ nodum proponimus; hic tamen nexus armatam Alexandri non poscit manum. Non inglorium Manlio esse Torquatum, nec Poëtis ligatos est dedecori. Etiam libertatis est non semper servitutis, certis adstringi legibus. Nec petimus nostras vindicari cæsuras, nam Poëticis illæ debentur venis, et pulchrum est per hæc vulnera nomen: illis gloriamur ceu et arbor in trophæo, cæsa triumphat. Sed demus: contra Poësim tantos aptari bellorum apparatus, moveri fœdera; non tamen aliena defendi manu, gladio vincere, triumphare prætendit victoriâ: cui propria sufficit virtus. Pari animo magno Æneæ fertur in pericula, ea fortitudine in arenam, qua et Latiâ ruit juventus: quo corde Turnus, eo arripit certamina. Et hoc est quod ultra loquar. Heroos esse Vates, et Poësim ex toto Heroicam. Si vero Auditor Religiose incultam et absq ornatu adverteris suadam, scias Heroum esse, minus curare formam.

Non ex eo imbelles putate Vatum animas, quod nonnisi nascantur Poëtæ: quasi illorum sit tenerrimam spirare vitam, si sit semper puerascere, ipsis suaviari lenociniis, infantili non bellico colludere pulveri. Nascuntur, sed tanquam Cœli partus gemmæ, inter erudita belli fulmina, ad præliare Æneidos tonitru. Exoptent Sardanapali Lucinam voluptatem, molles animæ parentem luxum; Vatum indoles cruda ambiunt exordia: ceu Marte et Bellona, parentibq sati animos ad certamina; ad arcum Apollinis manus, caput ad laureas porrigunt. Vix nati Poëtæ, jam firmis insistunt pedibus, calcant pericula, ceu in Alpes Annibal, in arduum Parnassi enituntur. Non aliis stringuntur fasciarum vinculis Ligati Oratores, vel innodantur nexu, quam ac si baltheô: aut victorerepto Torque Torquates: nectente suadam et animos convictione, Gallicus vinciretur Hercules. Nec Fabulinum aut Cuninam recentes et teneri Vates pro Diis adoramus: vix natam mentem pro cunis agitamq

in clypeo

in clypeo, educamus inter Maronis arma; cum Castrioto et Scanderbego non vitam Pieriam ante, quam gladium prætulimus. Vel si ad cunas recens nati Poëtæ damnamur? sed Herculis, in quibus primus labor fuit victoria. Puerilia balbutire Sardanapalorum sit: ad Sybarithas relegamus infantilem eloquentiam; nostrum est, bella, victorias, triumphos Æneæ loqui, et in his, nosmetipsos: arma virumq canere. Non effœminatum ad cunas audire Pæana, sed Mezentii tympana; classica, quæ rauco strepuerunt cornua cantu. Non puerilibus inequitare lignis; sed eosdem quos Turnus acreis concussit equos, in aciem educere. Quod puer adhuc Annibal ad aras contra Romam juravit: idem nos contra Latium pariter ad Aras Apollinis profitemur: et quod illi in voto, nobis est in praxi: movemus bella adversus Romam cum Ænea, illius prolii triumphorum, posthumi evictores. Majus sub virtutis Heroica Poësis sumit documentum, ab Apollinis ceu Patris laboribus, paribus, imo majoribus Herculeis. Provocarat in certamen Hercules Apollinem nactus non imparem suo robori æmulum; contendit de tripode: sed labor fuit inter gesta victi Herculis, ast Apollinis victorias numerandus. Septem et triginta laborum triumphator, opimæ messis laurearum ante; ubi cum Phœbo certavit, porrexit herbam. Septiceps hostis in caput, Hydra non superavit; non Hesperidum Draco, non leo, non Gigas Antæus domuit; non avernalis Cerberus, non ipse orcus terruit Herculem, vicit Apollo. Ergo ex hoste metimini Heroam, Patrem Vatum; non degeneris prolis robur colligite, fateamini Poësim Heroicam. Auget de Sterope et Bronte Apollinis Victoria fortem in Vatibus animum. Qui toti terrendo sua Vulcania orbi pares erant; quisq illorum unà fulminum, unà propriæ faber fortunæ; adversam tamen hujus belli experti aleam, unius Phœbi cecidere manu. Non profuere Cyclopibus cusa fulmina, quin intactum laureatum caput de ipsismet triumpharet.

Opposuerat se illi quoq ipso timendam vultu, Lernææ non absimilis, hydra, sed invenere monstra Herculem; è pharetra trajecit telo colubrum, fecitq suo ex arcu triumphalem. Ergo sic Heroam Patrem, sic Ducem, ut et non abortivam illius putate prolem. putate Phœbum, bellicis amicum Aquilis, ministris fulminum. Totus, quantus est, caput est, nec acuminibus vacuum, nec inerme;

tot poli:

tot politis riget telis, quot radiis; seipso sibi trophæum exhibet.
Vide orbis tui domitorem ipso nomine magnorum virorum et fortitudinis mensuram, Magnum Alexandrum; recense annos, pericula, labores, computa, priusquam una manus Orientem, altera, tenuisset Occidentem. Ast vatum Phœbi, colligite quæ potestas, quæ sit potentia; cum uno die teneat Orientem et Occidentem. Dicite Apollinem sane Capitolinum, non tam quod sol totus caput, quam quod Heroo animo, et triumphis meruerit Capitolium. Sic Phœbi, sic vatum pectora, non tantum Poëticum, sed et Martis spirant enstheum: ac si belli flamma arderet præcordiis, dum fervet Calor Poëticus. Non inconsonum nostris Lyricis præliaria occinere ballistea; et Aonio Musarum Choro, si Gradivi concentus insonet. Sic intensas credite nostræ testudinis fides, ut non deliciosis tripudiet choreumatis; nec Elegiacum, aut Tristium nunc gemat harmoniam, sed epos moduletur triumphale. Tantum Poëticis Cytharæ nervis inesse robur, ut ad pulsum Orphei, ceu classicum daretur ad victoriam, saxeæ diruantur rupes, lapidei scindantur muri, tota demum, ipsorum manu Deorum, fundata munitio expugnetur; ac si millenam oppugnationi admovisset manum, quando pollicem plectro Vates. Ut rupei colles, elata flecterent colla, juga darent sub jugum; non tanto opus erat nisu Orpheo; quanto contra Alpes Annibali. Sufficit barbiton tetigisse, ut flecterentur, pulsasse fides, ut subsilirent præ terrore. Quod non imbecillitatis Vatum est sic terrere, rupeam infringere fortitudinem: vel sic fortificasse Thebas, ut non fortius potuisset natura. Vincula præferimus Ligati Oratores, sed quæ nos obligent in fœdera. Spiramq Martem, conjuramus in prælia; ubi omne tumultu conjurat trepido Latium. Concipit et nostrum pectus furorem, anhelant bellum præcordia; mente campestres meditationes; Maronia certamina corde admittimus, effera cum sævit Romana juventus. Ceu streperent Laurenti cornua cantu, resonarent auribus tympana, tinnirent duellum tormenta; cum Scholasticus pulsus ad arenam literariam. Imus in certamina, doctos æmulis miscemus conflictus, quasi belli signum, Turnus ab arce denuo proferret.
Nec vanæ nobis sunt, nec sine viribus iræ; ubi tantus belli apparatus, tam finitima præliis Poësis, ex toto Heroica. Si Parnassum spectes? Hæmum dixeris, ipsius Martis domicilium. Si Magnanimos Poëtas?

Credideris

credideris Gigantes, ceu illi suis montibus, colludentes Parnasso, vix no Cœlo hunc inferentes Bicollem. Pegasus quoq si Bucephalum Alexandri, quo ad victorias et triumphos non æquabit, tunc præcurret. Coronatum ille tantum caput, hic etiam laureatum nonnisi dorso excipit; utriq via tantum Appia, iter ad Capitolium. Domitiani equus Latio complexus foro, et Cœlo licet peractum illus xit opus, in par non veniat cum Pegaso, Domino culicum venatore, victore muscarum infamis. Sed Trojanum æmulatur noster Sonipes, qui Bellerophonti contra Chimæram tantas tulit suppetias, quantas ille contra Trojam. Concluserat quondam Pyrrhi annulus integrum Musarum chorum; Non tam quod illis quadraret rotari in circulos: aut quod nostræ Poëtriæ ad unam rotam multiplex fuissent orbis fortuna; major felicitas, quam in annulo Polycratis: quam quod orbem sibi subegissent; sitq ex toto Musarum universus. Quod se Heroem Alexander integro orbe metiri jusserat, cum sphæram pedibus subjecisset: idem super orbis Sphæram Musæ æmulantur: quæ ut toto orbe, imo prægressæ orbem, super orbe caperentur, ars adhuc erat. Ergo subscribite jam Poësi Heroicæ. Cum, videre sit Apollinem, et Martem experiri, sarissis et gladio accinctum. Musas cernere, et Bellonas fateri. Cytharæ in tympana, in classica cantus; acumina, stylus, in tela; calami in Sagittas, in pharetras thecæ; Laurus Poëticæ in triumphales laureas degenerarunt. Positio firma ipso nomine robur sonat: debilem, licet voce infirmam, nulla tamen vis infringere valet, flecti in utramq partem, et non frangi, parata. Librum Æneidos evolvis? ac si arma tractares, vel Caligulæ codices, quibus pro titulo pugio, gladius. Si Iliadem Homeri in nucleo arripis, habes bellaria. Exploras venam Poëticam? et non tam calore Poëtico, quam bellico igne, flammis uritur Mavortiis. Dedignatur aquas, quamvis Castalias, ni Sanguineæ sint, ipsum cruorem ambit fundere, ut quondam vena Sarbievii. Karnkovio quoq sub vellere non emollescere Vatum putate animas, non effœminari ad

lanam

lanam, ceu ad colum Sardanapalus. Vellus est quod foveat unà bellicos ac Poëticos calores, à timoris præservet febri et frigore: ancile pectori vel Leopardum suppleat: sub illo ceu aurei velleris simus heroes. Agnus est, sed arietem sufficit bellicum; et ceu aureus Phryxi agnus immolaretur Marti, dum hic Apollini. Belli signum fuerat quondam Romanis expulisse in campos arietem: ast arenâ literariâ ViceRegium dum inducimus Agnum, medio locamus Parnasso, non certaminum erunt indicia? non Antesignanus Martio Poëticâ et Poëtico Martiâ virtutis? Io! victrices modulemur cantus, plenis faucibus post cantaturi epos: ominemur triumphos in Archi Præsuleo Agno, ipsis assueto herbis, quas victi porrigunt victori.

Crescit insuper Poësi animus, auget Heroas vires, recens in totius Suppetias Provinciæ, nobis verò in Ducem lectus, terris et Cœlô triumphator Divinissimus Michael: ut, qui pro Verbo abbreviato, ac si pro Poëtica quantitate, se objecit, nunc illam tueatur: sit non tantùm Angelici Archangelus, sed et Poetici chori Vates Lyricus. Qui Humanitatem Verbi defenderat, nostræ quoque Humanitati gerat Ducem. Sub illo triumphemus Ligati Oratores, per quem vicit vinciendus Zabulus. Demum Thebanum Statii bellum, Pompeiana prælia, et Cæsareæ Lucani victoriæ, triumphatrix Æneis Virgilii, Homeri Ilias, Græco Trojanoque cruenta sanguine, et aliorum Vatum magis assueti bellis animi, quid loquantur? ni Heroas? Qua agilitate Poëtica illorum mentis acie pugnabant duella? pectore tumultuabant hostiles cunei quo corde? qua dexteritate et fortitudine dimicabant manu exercitus? dum modò etiam prælo data prælia, ac si bellicâ, dum chartarum decertant acie: quasi adhuc viverent certamina, sic ad vivum expressa. Crederes potiùs Stylo Poëtas de victoriis et laureis conflixisse, quam Duces aut Cæsares: copiosiùs et audaciùs Poëticâ venâ ab illis fundi sanguinem, quam hostili. Ergo vide Cæsar, adverte Ænea, victores colligite, quantùm pro vobis decertent Poëtæ. Cecidisses manu temporis antiquus Mavors; non hactenus Latia vixissetis bella, oblivionis insepulta cineri; non triumphassetis hactenus orbis victoriæ, ni vestrum haberetis evictores Poëtas. Subscribite ergo Vatum fortitudini; concludite non inanem titulum Poësis Heroicæ, et Poëtas ex toto Heroicos; quos tales hucusque

Dixi.

Nowina

Primâ Poësis drammaticæ donatq scenâ. seu

Pes Złotogolenczyk Poëticis redditq pedibq

Prologus.

Ejusdem Mgri In capite Poësis drammaticæ, à pede ordimur, à planta incipimus nostram structuram A. R. Declamamus Nowinam, qui contra rebellem Lechiæ Silesiam miles, à fortuna casui propositus, ut gloriosius Antæo, quia aureo pede resurgeret. bello victus, captus, suo cum Duce datus mancipium carceri, ut pulchrius, quam in suo torque Manlius Torquatus, in vinclis triumphasset. Ut verò tanto certior præda foret, unum illius pedem carceri, Duci alterum, gemina adstrinxit compes. Sed fortis in Ducem amor naturam et ferrum vicit, pedem cum torque secuit, integritati consulturus Ducis: ut et consuluit, reddidit libertati et Patriæ, potu somnoq sepultis excubiis Dux tripes ivit felix profuga. Quod Nowinæ factum aurô æstimavit Princeps Silesiæ, dignam censuit plantam, cui victrices herbæ, et lauri insererentur triumphales. Unipedem secundo donavit, et hoc aureo. Carcerem Patriis Laribus, aureæ libertati commutavit servitutem. Remisit in Poloniam futurum Złotogolenczykorum domus fundatorem. Hunc nos Poëticis pedibus in scenam inducemus, si Auditor tuis in pedibus benevolam invenerimus aurem.

Dux Silesiæ redux è bello habito cum Polonis ingreditur Aulam sui Principis cum captivo Duce Poloniæ et Nowina, et ait.

Regnorum, Regumq potens, cui jussa, labori
Belligero fortuna studet, favet alea belli,
Invigilat jurata tuis Bellona triumphis,
Militat heroæ Mars famæ; in tempora pronæ
Ultro ruunt laurus. Tibi nunc quoq Sarmata vinctas

B

Victori,

Victori sternit palmas; quam porrigit herbam,
Inserit hanc plantis. Audax quod venerit hostis
In dextras, devicta tuo ~~novit~~ sub poplite colla.
Ista tuo Domitor Princeps sit præda triumpho,
Exuviis belli, sint ornamenta trophæis.

Princeps Silesiæ Rt.

Præmia me fateor, pariter Silesia grates,
Se tanto debere Duci: quo Heroe, quietem
Princeps, plebs fortunam, nec non Patria famam,
victis gestit adepta Lechiis.

Captivos alloquitur. Heus vos, quas aquilas, quæ signa secuti?
Officium vobis quod? Dux? in prælia dextræ,
Quot fuerant?

Rt Dux Poloniæ captivus.

Me Duce gesta scias te contra, bella, rebellem;
Mancipium simul hostis ei, quem jura? tyrannum;
Patriæ? perjurum norunt? Experta Neronem
Viscera Sarmaticæ Matris.

Princeps Silesiæ furibundus ait. Quæ tanta protervia vocum?
Libertasq loquax oris? hostine subactus
Me vitæ, Dominumq necis? Sermone procaces
Emenda fauces; cupias tua lingua nefandum
Ni retroacta luat: medio vel gutture lictor
Garrula verba secet.

Rt. Dux Poloniæ. Victum me corpore tantum
Non animo, esse scias victor. Captiva revincant
Membra licet torques, victor tamen ore triumphat
Libertas. Me fata vereri haud crede. Cruorem
Si sitias? bibe. Cor saturet mors lata Tyrannum.
Vis? morior Lechiâ fusum, vis? sanguine reddam,
Findendumq tui tabum.

Princeps Silesiæ. Huc laqueos, torques, manicas, tormenta, catastas,
Emeritas stricto subeant in carcere pœnas.

Dux Poloniæ ait. Membra liga haud animum convinces.

Dux Poloniæ et Nowina deducuntur in carcerem.

Dux Silesiæ fabrum acciri jubet. Ferrifabrum cum torque voca.

Adest ferrifaber cui ait Dux Silesiæ.

Hujus junge pedem muro compage sinistrum,
Dextrum junge Duci.

Exequitur jussa faber. Includuntur carceri captivi. Excubiis designantur quas monet de diligentiâ in vigilando Dux Silesiæ.

Forti custode gerantur carceris excubiæ.

Post abitum Ducis Silesiæ Dux Poloniæ captivus Vigilias alloquitur.

Vos ego captivus, pondus sufferre diei,
Vos faciam noctisq vices. Excubiæ ajunt Basistas.

Dux dat pecuniam. En præmia miles, his animum, vires repara.

Vigiliæ pecuniâ acceptâ comparant sibi potum, bibunt, inebriantur. tandem sopiuntur.

Nowina ait ad Ducem. Eja fugæ Dux hora tuæ, intolerabile nostris
Eus servile jugum collis, pedibusq catastas
Excutiât. Patulo carcer stat limine: potu
Excubiæ somnoq graves: custodia nulla.
Rumpe moras; profugæ Patrias properemus in oras.

Dux. Eheu Ibo lubens, vinctum ni ferrea tardent
Vincla pedem.

Nowina ait. Frangi num possint vincla probemq.

Comminuere satagunt compedes; sed non valent.

Nowina Unanimi eja manu! concordiq eja labore
Aggrediamur opus. Iterum comminuunt compedes.

Dux Captivus ait. Conatum molimur inanem, fortior est nobis ops.

Nowina. Tentare laborem haud oberit.

A pariete conantur avellere catenam. Dux implorat Dei opem.

Superi! Divinas ferte labanti suppetias voto.

Nowina desperat. Vani sine viribus æquis sunt nisus nostri.

Dux desperat.

Ergo jam gens orba vale! Duce, Duxve cohorte!
Desperata salus, Patriiq valete! Penates.
Haud premeret sic corda dolor, si Martis arenâ
Pro Patria, hostili cecidissem victima ferrô:
Proq focis, arisq litassem Bistonis ense
Si vitam. Si fungi Nobiliore liceret
Fato. Turpius an poteram decedere! letho
Sordidiore mori! Perjurus, perfidus unus,
Contemptorq Deum et Patriæ; una subditus; una
Hostis, herusve mei! heu sors! proh Superi!

Nowina. Nondum desperata salus; qua reddere possim
Te Patriæ, jam nosco viam.

Dux ait. Propone! moremur
Ne breve consiliis tempus.

Nowina

Nowina. — Cum torque secandus
Nonnisi pes restat mihi: te mea vulnera sanum
Ut Lechiæ reddant.
Dux Rpt. Quid agam? hinc evincere vinctam
Urget amor vitam. Inde alienô vivere fatô
Fas, nec jura sinunt. Hæc inter, fluctuat, utrum
Sit mens arreptura modum.
Hic Nowina abscindit sibi proprium pedem. sub quo ait
Dux. Ah cædem heroam! ah propria sibi clade tyrannum!
Militis o animum! Nimio jam parce cruori,
Carnificas cohibeq manus; jam malo catastis
Mancipium tenear, redimi quam sanguine tanto.
Abscissum pedem dat Nowina Duci et ait.
Ecce pedem! Patrias propera fugitivus in oras;
Ito tripes. Quos Dux calles remeando viator
Triveris, his comes ibo viæ. Olim miles Equestris
Me tibi nunc peditem jungo: non ipse licetsi
Pes saltim excutiat servile jugum.
Dux recipit pedem et ait.
O pretiosa meæ cum torque monilia sortis!
Prospera planta fugæ! resoluti pignus amoris!
Quo te corde geram? collo ceu aurea vota
Esto meo. Ibo, sed vitæ tutoris ubiq
Ibo memor. Jurate vale Commilito. nec non
Hacce, vale! mihi cæde Pater, fusoq redemptor
Sanguine. Nowina I, propera, felix
Fugit è carcere Dux relicto Nowina. Excubiæ evigilant,
vident Ducem fugæ datum, investigant, desperant, tandem vitam
propriam fugâ quoq tuentur.
Præses carceris venit, exhorrescit ad absentiam Custodum: carcerem
ingreditur et ait ad Nowinam. Dux et miles ubi?
Rpt Nowina. Num vigil excubiis, sociove fui?
Viso sanguine ait præses. Quis iste cruor? sublevat vestem. Et pes ubi?
Nowina Rpt. In Patriam rediit, scissum vestigia jussi
Custodire ducis.
Custos Carceris. Mox totum fundes alio tortore cruorem.
Abit, claudit carcerem, excubiis designat suum famulum.
Principem Silesiæ adit et ait. Nuntius infelix venio
Princeps Silesiæ. Canit quid fama novi?
Præses Rp. Dux carcere, miles excubiis fugit, solus Nowina superstes.

Princeps Silesiæ. Est quo facto? nam captivum torquis utrumq
Una catenarat; vinclis tamen iste tenetur,
Dux verò profugus?

Præses Carceris. Ipse suum Nowina pedem, sic carcere Ductor
Ut fugeret, cum crure scidit.

Princeps Silesiæ. Solvatur laqueis, mea sub penetralia deduc
Mancipium.

Custos carceris abit. Solvit mancipium ferrifaber.

Sub quæ Princeps. Aurifaber solido, jubeas, ut fundat obrizo
Justa mole pedem.

Adducitur Nowina ad quem Princeps Silesiæ ait.

Tene Ducis juvisse fugam? propriumq tyrannum
Audio? quæ feritas dextræ? dementia mentis?
In semet sævire: suam torquere salutem,
Alter ut evadat. Sed solves corpore, lata
Damna mihi; disces aliò tortore, domare
Tam nimios ausus.

Rt Nowina. Nonne vadem me victor habes? Ducis obses, et unà
Tres mihi sum: potero dominis pede promptus in uno,
Hoc tibi Dux, illo Patriæ, servire duobus.
Expedit monopes essem, prodiret in orbem
Ut pede fama meo; victâ, retulisse trophæa
Te Lechiâ Princeps; quæ Dux fugitivus in oras
Ocyor ut ferret, tulit illa tripes.

Princeps dat Nowinæ aureum pedem et ait.

En heros invicte tui solatia facti,
Præmia virtutis, victi monimenta doloris.
I fortunato passu; definiat orbis
È pede Personæ pretium. Hoc tibi crure resurgat
Aurea libertas; plantâ fortuna recumbat.
Ito Polonus Eques, castris tamen esto superstes
Silesiis exemplo.

Nowina recipit pedem et ait.

Ibo redux pede dissimili, sed Nominis ibo
Publica fama tui: pleno ore Nowina loquetur,
Si aurum se sileat: prono tibi poplite cultum
Auratus pes ipse facit, pro munere novit
Se grates debere.

Princeps Silesiæ. Incolumem Lechiæ, Patriisq Penatibq, erro
Ne deflectat iter, fiat vel præda Latroni
Miles redde meus.

Deducis cum aureo pede à militibus Nowina in Poloniam.

Apobaterion In Polo:

Apobaterion reduci ex Silesia Nowino à Polona Iuventute.

Epigramma Imum.

Continuus qui bella, celer pede, martis obibat,
Praecipites acie non remorante gradus.
Truserat hunc hostis servilis ad otia vitae,
Mancipium fieri carcere posset iners.
Sed scisso, impatiens remorae, pede fertur in uno,
Nam virtus uno nescia stare loco.

2dum.

In pedibus passim quaeruntur Principis aures:
Aurato Dominus nonne Nowina pede?
Conveniunt aptè pariter rumoribus aures;
Aureus hinc bene pes, atq; Nowina quadrant.

3tium.

Par lites iniêre pedum, per Olympia metam,
Tangeret Hippomenes aût Atalanta prior.
Hic urget, magis illa gradum; quae victor abiret
Aurum nacta fames ni remorasset iter.
Se quoq; Dux, monopes Nowina, dedêre fugaces,
Ast certaturis Patria meta fuit.
Quam tenuit victus neuter, sed victor uterq;
Insuper auratum contigit iste pedem.

4tum.

Deformem Monopes credis te forte Nowina?
Ast pes hic signum Nobilitatis erit.
Nascentur Lechiae pulchrum per vulnera Nomen
Zlotogolenczycii cara propago tui.
Cûi flectit jurata genu fortuna, fidelem
Ac famulam spondet se hac habitare domo.

5tum.

Ferratam referat quaeris cur tibia calcem?
Haec quoq; cum quaevis gloria calcar habet.

Curq; genuflectat? cui fiat adorea tanta?
In pede fortunam nam reverenter habet.

6tum.

Non Pallas tua prima, Jovem, cunabula jacta,
Aût satus Europâ sic Radamanthe tume.
Vel Pyrrhi populus, genitum te divite saxo:
Aurea quam Drogomir stirpe propago tuâ.

7mum.

Aures convellit novitas libata palatô,
Ast hic quòd carpat, cerno, Nowina pedem.
Quæ novitas aures mulcebit grata Polonas,
Ipseq; Nowinam pes resecatus aget.

8vum.

Illustres ceras, titulos, magnalia mundi,
Novimus è minima crescere stirpe sui.
È lacrymis gemmæ, parvo de, flumina fonte,
Ex atomis montes, quòd tumuêre, putent.
Aq; Fabis Fabii, primos à lentibus ortus
Lentulus, à pisis Pisoq; nomen habet.
Verum Złotogolenczyeii stirps dives ab auro
Quorum prima domûs aurea planta fuit.

9num.

Si pedibus vates pretium jactatis obryzum,
Insit quod vestris aurea vena metris.
Bassi Vespasius, Cæsar Tyberusve Sabini,
Mæcenas Valeri Partheniiq; pedes,
Hærili Macedo, fulvo ditâre metallô
Aurato venum quisq; statere datus.
Et Nowina tuo pariter pede dives ab auro
Ac illo, pretii multa talenta geris.

10mum.

Heroum te pes fecit Nowina Poëtam
Cum nôris quis pes abbreviandus erat.
Cuîve stylus vel acumen? ferrum; ast vincula nexus
Et cæsura fuit vulnera lata pede.

Inde

Inde bonum vel adhuc possum te dicere Vatem;
Frangere cum tibi sit sola Nowina pedem.

Xmum.

Se primum Macedo protunc hominem esse fatetur,
Saucia cum patiens vulnera Corpus hiat.
Tu quoq cum tabo rubeas Nowina cruentus,
Quod sit inde, scias, Nobilitatus homo.

Epilogus.

Spectasti heroici facti, et nostræ exhibitionis Nowinam A. S. Sicubi verò cespitavimus, teneris adhuc pede Poëtis et pedis læsi lucubrationi id imputa. Vel si tuas carpsit aures scena, Nowinæ id proprium esse crede.

Victrices Apollinis labores publico Vatum donati triumpho.

Prologus.

Apollinem professi Vates illius militamus honori; labores præmio, triumpho donamus Phœbi victorias. A. S. Imus labor erit venenatos Pythonis domare ausus: opponet se Lerneæ vix absimilis hydra, sed invenient alterum monstra Herculem, dum Apollinem. Tam suas quam Matris Latonæ, vindicabit insidias: traijciet telo colubrum, suoq ex arcu faciet triumphalem. 2dus numero et fortuna labor erit Phœbeæ triumphus tubæ. Dederat certamini classica Marsias, ut lituus probaret artem, magisne Apollini an Marsiæ subscribendam: cecinit Marsias, cecinit et Apollo; hic victor, victus ille, æterna ad suum lituum victoris Phœbi fama. In 3tium laborem Brontes Steropes, Pyracmon cum sua venient Vulcania, qui fulmineæ Æsculapii mortis, una suæ artifices extitere. Ceciderunt fulmina in Filii necem, simul adversæ sibi fortunæ fabri. Quia quam suasit talio, jussit in prolem amor, exeruit vindictam Apollo Pater: tetendit, quæ justus ministravit arma furor. Tandem coronabit labores laureatum cum

Eiusdem Mgri.

Hercule certamen. Provocarat hic Apollinem suis in æmulum furoribus, quibus pro Delpho, ceu pro domo sua detonavit: pro aris se opposuit, quasi illius honori deberentur; cortinam et tripodem Herculeæ virtutis esse præmia. Sed vanæ erant paribus æmulo sinè viribus iræ, labor inter gesta victi Herculis, ast Apollinis victorias numerandus. Insuper Orpheus saltus in tripudia, rupes in choros, hæc in Paternum Phœbeæ victoriæ triumphum pulsu cytharæ excitabit; Vates verò suos cantus in epos triumphale: si illis A. R. aures dederis et animum.

1mus labor Apollinis.

Sub Parnasso sedenti Apollini gladio et pharetra accincto insidias desuper Pytho serpens, quem 1mò Apollo, exhorrescit dein interfecto telo, interemptoq insultat.

Hocne sacros ausu licuit temerare Penates?
Hæc in Apollineum vitiatas dente doloso
Insidias struxisse caput? calcatæ Bicollis
Me Phœbo, nec non sacris habitata Camœnis
Culmina? Te Ditis Stygiæ decuere paludes,
Aut acherontis aquæ, Phlegetontaiq recessus,
Non juga plena Deo. Anguicomam petiisse Megæram
Quodrarat potius tibi, non radiantia Phœbi
Tempora. Sed facinus merita lue morte nefandum.
Disce quid est Latonam, quid vexare Latamve,
Illâmve sobolem. Sint harmonimenta triumphi
Prima mei; cum victores domuisse ferarum
Rara decet quoq monstra viros.

2dus Labor.

At cornu Parnassi Marsyas tubicen tubam insonat. Apollo 1mò auscultat concentum dein, alloquitur Filium suum Orpheum.

Disce quis ære sonet? lituumq experte canorum
Ore crepat, Rauca ne discors Echo lacessat,
Aures voce meas; impero cornua Cantu
Aonium vitiesve chorum.

Adit Orpheus Marsyam et ait.

Auribus ut crepuit Patris tua buccina Phœbi
Se genitum Legatum mittit Aonyma dissam
Classica, quo? cujusve inflentur Nominis ore?

Refert Marsyas. ~~Tubam ad pedes~~

Disce

Disce, tuo, (ut jactat) cunctas ab Apolline nondum
Absorptas artes. Inflant non pectora Phœbi
Ipsamtubam: resonans audisti clangere voces
Marsya quod nôrit.

Orpheus. Ne plus incondita cornu
Pulsatuoq vox aure sonet, me misit Apollo
Temonitum reddam.

Rpt Marsyas Ergo mea rudis audior artis.
Quid possim ignarus, discet certamine Phœbus.
Classica do pugnæ. Classicum insonat Marsyas

Orpheus redux ad Apollinem ait Pugnam tibi Marsya signat.
Voce tubæ certaturum lituumq lacessit
Phœbetuum.

Apollo En stolidos ausus nebulonis, ut audet
Me contra Phœbum. Naso crepuisse putares
Fors melius culicem. Raucos ceu butio reddit
Voce sonos, et se vocalem Cecropis avim
Ore referre putat.

Rpt præsens Marsyas. Verbis non arte triumphas.
Ast mea quos trudant victores cornua cantus
Ausculties. Hic Marsyas tubam insonat,

quo facto ait En! disce, prout rudis occinat artis
Marsya: cui Phœbea pares modulentur in æra
Audio, concentus.

Apollo Quid quid tua musa canori
Callet adhuc canat. Iterum Marsyas tubâ canit

Quo facto ait. Exeruit, quas pectore nôrat
Ars mea jam vires, nunc quid tua buccina possit
Da specimen.

Apollo longè præstantiùs tubâ canit cui ait Marsya:
Fateor! redimitus tempora lauro
Haud frustra tua Phœbe geris: certamine victus
Cogor Apollineis, et ego victricia ferre
Serta comis, lituumq tuo sacrare triumpho.

Tubam ad pedes Apollinis deponit

Apollo Vis? ut parvaluat nimium discriminis ausu
Pœna nefas. Non crede satis flexisse superba
Colla mihi; nunc primum, cum victoria cogit,
Se victum fari. propria mihi pelle necesse
Sis spolium. Hic abscondit se Marsyas alias pelle detrahendus.

3tius Labor.

Cyclopes, Brontes Steropes Pyracmon in sua Vulcania cudunt Jovi fulmina, quibus ante, exstinctus Æsculapius Filius Apollinis, horum auditis malleis ait Apollo.

Quam ferit, heu! corda dolor; Vulcania diris
Dum resonat tudibus, sufflat dum Mulciber atros
Igne focos, exardent quam præcordia dignis
Irarum flammis. Viduus tot pectoris ictus
Sentit amor, reboat quotquot mugitibus incus
Cyclopum. Echo refert auri dum fulmina cudi,
Fulminea, mi Fili te cecidisse Tonantis
Dextrâ, me faciunt renovari corde dolores
Scire Patrem, Eheu! Æsculapi chara propago,
Dimidium Cordis, languentis publica mundi
Spes, vitaq salus, periisti, eheu periisti.
Ô Jovis immanens dextras! ah cæde Tyrannum!
Durius ah saxô pectus! licuitne necare
Insontem vitâ?

Hic iterum Cyclopum resonant mallei

Apollo Rursusne doloribus ansam.
Cyclopes dabitis? cudistis fulmina, sortis
Adversa fabri, cudistis! Filius, unà
His Pater emorior. Tu detestande Pyracmon,
Tu Brontes, Steropes, nescis tu causa cruenta,
Vos, vos artifices mortis. Sed vindice dextra
Ulcisci factum cum suadet talio: fusus
Elysio, Sanguis vindictam clamat ab agro

Fataq

Jamq per Divum Filiũ repetendã Parentem
Urget amor! repetam, prolis cædemq superstes
Ulciscar.

Intenso arcu è pharetra enecat Apollo Cyclopes in Sua Vulcania, auditoq gemitu morientium ait.

Discite fulminea mortis Cyclopes, Apollo
Quid, quis, et unde genus, quali celebrandus honore
Divina de stirpe satus: quid complice dextra
Phœbeo generi causasse necem.

4tus Labor

Adit Hercules Apollinem leoninam cutem indutus certaturus de Tripode

Hercules. Divetuos conced Lares, evictor honoris
Herculei cultûs defensor justus inique
Justitiæ vindex. Apollo. Gratus mihi postibus hospes,
Auribus excipio, quam trudas ore querelam.

Hercules Tecum est causa mihi; Sed te quoq judice litem
Discerni cupio, causam peto discute librã
Phœbe meam.

Apollo Audio quæ illa tibi fecit me injuria Sontem.

Hercules Jasne tibi censes? alieni nominis aras
Fatidicam famam, Sacris oracula fanis,
Et decus, et cultum, erepti possessor honoris
Phœbe tibi, prope Sacrilegam usurpare rapinam?
Cortinam, Tripodemve loquor. Quæ Sacra labore
Herculeæ meruere manus; virtusq vel ipsis
Vix concessa Diis. Et tu ceu proprius hæres
Censeris Tripodis? quo jure vel æqua lege?

Apollo An desunt jam monstra tibi? certamine Divum
Quod genus aggrederis; fictis Numenve querelis
Insimules? Cujus nullam, nisi forte leonis
Pellem, cortinam novi. Tripodemve Sacratum
Delphis, Divinatum non oracula vocum
Quadrupedes nisi forte feras, Stygiive Molossi
Latratus, Hydrarum sibila proq Sybillis.

Hercules. Tu pe lude Deum, rediit qui Victor ab orco,
Monstrorum terris domitor, terrorq Deorum;
Quid valeant humeri, nôris quid dextera possit
Herculis, an tali, tantove colendus honore!
Redde pubens titulum, Divi mihi nominis aras,
Sponte repone tua; cupias ni vindice dextra,
Viribus Herculeis dirimi certamine litem.
Sed doceant Hydræ Nemeæ pellesq leonum,
Hesperidumve draco, Taurus, Busiris et afer,
Antæusq Gigas aut Geryong tricorpor
Totusve orcus, quid meruisse sit Herculis iras

Apollo Quæ furia rursus quæ te dementia câpit
Alcides? iterumne facit te Juno furentem?
Scito tamen, vesanæ quem deliria mentis
Officiant: In me ne plus furor arma ministret.
Pytho velut, Brontes, Steropes, vel Marsia disces
Quid sit Phœbeos dextræ stimulasse furores.

Furens abit Hercules

Apollinis Hilaria

Apollo jubet Orpheum pulsare Cytharam.

Nervos instrue plectro
Orphee, victori sint hæc mihi classica musæ,
Nec non sollicitos animo interrumpe labores.

Orpheus pulsat cytharam, ad cujus sonum rupes saltant.

Quo finito saltu Apollo ait ad Orpheum.

Virgilium, Vatem Lyricum, Senecamve Tragœdum,
Nasonem, Statium, nec non accerse Poetam
Mæonium.

Abit Orpheus adductisq nominatos Poëtas.

Ad quos Apollo Fatidici Vates Phœbeum carmine vestro
Turba professa Deum Tymbræi gloria Patris
Frontis honos Heliconis amor, divesq corona
Me clarium redimita caput; per vestra triumphos
Vivere metra volo, totum mea fama laborum
His orbem pedibus visat.

Rqt Homerus Entheus est animis promptus, faculesq Camenæ
Ipse calor fervet, clarii Titania cantet
Gesta Patris.

Apollo Virgilius nec non cæsi Pythonis Homerus
Decantet palmas.

Homerus

Cirratis implexa feros pro crinibus angues
Flecte Magiera caput, dominantem vertice, flecte
Gorgoneum populum, victo in Pythone fatetor
Victorem Phœbum. Portentis sidite vestris
Haud Erebi, ultoris Stygiæ Ditisq ministræ.
Non invicta, tuis nutrita cubilibus orci
Ut rabie sic Idnarius vitiata venenis
Juno monstra putes. Nec in hâc opus Hercule tantum
Est nobis nimiis ve laboribus Herculis, uno
Traiecisse feram suffecit vulnere, Phœbo:
Multiplici ne ceu, uno de funere, vitâ
Hydra revixisset. Quare sentite gehennæ
Monstra virum; Mater portentorum Affrica nec non
Anguicomæ Furiæ, genitor vel Pluto ferarum
Phœbeam vestrum domitorem discite dextram.
Uno vos in se victos Rex Pytho draconum
Plantæ subdit Apollineæ. Latet anguis in herba
Quam dare victori jussus certamine victus.

Virgilius

Conflictus laurig Parens Bellona triumphos
Haud nimium tua fama canat; Mavortis ovantes
Orbe vehat currus, Spargatq per omnia palmas
Regna triumphales. Tumidæ non pelle leonis
Nec sic Lernæô, Stygiô monstrôve superba
Herculeæ gaudete manus: ut victor Apollo
Aspidis exuviis. Nonquem decuêre Deorum
Ceu hæc monstra virum. Tetigisti Phœbe sagittâ
Plus Lybico colubrum; tetigisti nactus honoris
Felicem famæq scopum: quem posse sarissas
Sauromatum, Dacumve Getas vel arundine fausta
Tangere vix credo. Supero ejaculatus ab arcu

Ipse nec arcitenens: melius ve Diana tetendit
E pharetra telum: petiit ceu pollice trusum
E nervo metam, domuitq volatile ferrum
Pythonem: pharetramve tibi Sinuavit in arcus
Phœbe triumphales.

Apollo. Marsya devictus Lyricis vulgetur Horati.

Horatius.

Festas cadentis Aonidæ fides
Phœbi triumphis tendite Virgines
Pæana victricem Sonate,
Ludite, Pierium professæ.

Chorum Camenæ. Classica buccinis
Da Mars canoris, Echo per omneis
Apollinem loquaris oras.
Altisono lituoq fama

Canta tubarum cornua Delii
Quibus crepantes murmura Marsyæ
Orisq ronchos quasve cantor
Gutture rauci Sonans superbus

Jactavit artes. Edocuit quid est
Phœbum æmulari cûi culicem quoq
Vel butionem provocâsse
Vix licuit, Superare posset

Ut arte victos. Ast meritas luie
Pœnas nefasti. Cornua classicis
Tubam triumphis, in tropha um
Induvias Spoliumq cutem

Nudatus artus, marsya dedica.
Non sic Leonis pellibus Hercules
Ovans ut ornet membra, debes
Exuviis ut Apollo victor.

Apollo. Decantet Vates Brontem, Steropemq Tragædus

Seneca

Porrige victor tempora lauris,
Sacrisq redimito frontem,
Quas æriferi comites, herbas
Cum Mulcibero dare coacti.

Phœbe

Phœbe triumphis junge quadrigas,
Sic axe poli; Sicut et terris
Audentum per colla Cyclopum
Titan victricem agita currum.
Vindex Patris anhelitûs, atræ
Filiq necis, posthumus orbis
Ultor, fulminei domitor fati,
Flammas igne trisulcas
Infestas Vulcania tædas
Accendit. Dat classica plaudibus
Ac resonis incudibus audit
Ipsa tua se gloria famæ.
Sub victrici mole fatiscuns
Cyclopes, ceû Ætna Enceladus.
Disce Pyracmon discite Steropes,
Et Brontes Vulcania senti;
In vestras tela rediisse
Cædes, Siculis excusa caminis
Super authorum retroacta caput.
Quòd Fabri Sortis Apollineæ
non vestræ Sitis fortunæ.

Apollo. — — Pierium Naso moduletur carmine plectrum.

Ovidius

Tende triumphali modulo ballistea plectrum
Et mea festivum Musa hereuma cane.
Obstrepe magnificis fidium testudo cothurnis
Ac Epos Aonium pulset eburna chelys,
Phœbeas cantura fides, et fila movendis
Sylvis, Pierii Cautibus apta jugi.
In Parios se ceû Obeliscos, ceûve columnas
In Phrygias nec non viva trophæa darent.
Surgeret aût populus, Cythere de dentibus Indis
Ut quondam Cadmi dente feroce satus.
Saxave spirarent iterum Parnassia vitam
Ut Pyrrhæ silices Deucalionis aut:
Sic rupes saliunt, læti saltusve triumphis
Saltibus applaudunt, concelebrantq choris.
Viveret aut iterum Memnon animatus honori
Phœbe tuo; vixit, sic animata silex.

Apollo. Herculeas Statius vanas sine viribus iras
Ob tripodem, cantet.

Statius.

Bajula membra poli, tumidos humerosve leone,
Victrices clavâq manus et tempora lauris
Alcides, dete Phœbeis, flecte triumphis.
Pelles in spolium Nemeas, et monstra paludis
Lerneæ, Lybicum in victricia signa Gigantem,
Victus Apollineo, da terris victor ~~honor~~ honori.
Cerbêus, Hesperidum Draco, Geryonve tricorpor,
Centauri, tenet Hesperius quas margo columnas,
Busirisq ferox, nec non Erymanthidos apri,
Et quotquot palmas numeras Tyrinthius Heros,
Hæc et te totum Clariis sacrato trophæis.
Palloris, paterasve Lares petiisse timoris
Imbellisq Dei, qui te timuisse furentem
Non Phœbus posset. Tuum erat pulsare Bicollis
Cortinam Tripodemve et non oracula Delphis
Ceû Hæres fidi juris, prætendere lege.

Apollo. Edomito quot quot surgunt ex hoste triumphi
Victrices laurus, herba, vel fama trophæis:
Parnassus vittas, diviso vertice nutrit.
Hæc in vestra, coronandæ sacro tempora fronti.
Vobis et spectatori, Parnassia pronus,
Submissas acturus grates, culmina flecto.

Æquitatis et artis Judicium in decidendo Filio Sub Adventûs ferias theatrali donatum Scenâ.

Eiusdem Magri.

Prologus.

Diem judicii dicit et accendit hodie noster Phœbus: ad adventus ferias causam et judicium tuo proponit judicio A. S. Turingius haud ratus una se prole Beatum, ne unico Pater viveret in Filio, duos à teneris adscivit adoptivos: cujus æqualis in omnes propensio, affectus idem par animi teneritudo, educatio simillima, legitimum adoptivis, et adoptivos ita miscuit legitimo; ut illos sibimet et orbis eriperet notitiæ: ut et eripuit. Eodem Filii gaudebant jure, et titulo: crescebat vero similis ceu uno Patre gnata Propago: tantum se genitoris prolem, sibi confratres, quantum se vivere crederent, Vivebant, ceu uno jacuissent sub hepate, eadem suxissent ubera: nisi illos singularis concordia fratres sibi arguisset. Plenus tamen annorum senecio Turingius quod genitalis amor, jura Patriæ et naturæ persuasêre, mandavit executioni. Persoluturus naturæ debitum, et proprio persolvit Filio: occultum hactenus, testamentô revelavit factum, non tamen personas: è 3bus, unum sui tantùm sapus Filium. Plurium voluit se vivere, unius mori Patrem; ut illô adderet lætitiæ minueret hôc dolori. Inscripsit ultimis tabulis universam superstiti Filio possessionem: supplectilis, Bonorum, fortunæ, et totiqꝫ Patrimonii fecit Hæredem, sed anonymum. Ita viveret in unigenito ut non moreretur in adoptivis; quamdiu hi unigeniti usurpassent adoptivorum ille recusasset agnomen.

Discessit è vivis Turingius, discessit quoq putatitius Pater, extinctus febris incendio accendit in posthumis litis incendium; anima vit rixas suo funere; infernum genuit voluntas ultima. Siquidem hic cœpit se fari Filium, negare alii, isti se filios defendere, oppugnare ille: omnes usurpare filiationem, obtinere nullus: nullus voluit evincere, probare omnes sui Patrem. Vendicârunt omnes Patrem, vendicare se filium, Fratres tamen dedignati: Multo desudarunt certamine,

quivis sibi Patronus et arbiter; favor contra se fuit in Judice.
Ergo propria cum nemo bonus causæ Judex, illi quoq diem dixere obscuro quia ignoto crimini: ivere in Curiam Actores, rei simul quid ex his quisve sit illorum inscii. Proposuere ultimam Patris voluntatem, et nefas anonymum: id totum "in judice suæ æquitatis et artis formant decretum: Jubent cadaver Patris sisti Curiæ, alligari sudi, sistitur, alligatur. e pharetra cor Patris sagittâ petere, illum fore Filium, qui felicius metam tetigisset. Placuit adoptivis sententia haud legitimo: Patiere telis Nerones, Genitoris viscera: Sed, quod se Filios facerent amiserunt. nam, quem pietas, innatus in Patrem dolor, natura fecit ipsum filium, decidit quoq Judex. remisit istum Hæredem Bonorum, illos adoptivos hactenus sortis vixisse jure, satis reputans. In hanc nostrâm causam tuo alto comittimus judicio A. B. nisi favor sit in te Judice.

"Judicis committendo sententiæ, ut non crimen sed reos discerneret. Nec mora in dedu.

Senex decumbens morbô, ait ad Filios.

Dilecta Patris hactenus solatia,
Spes unica mihi post Deos;
Vitæ senilis animo, fulcra virium,
Nunc morbido succurrite.
Sitis mihi Patres Filii. Date, qui dedi
Vitam, perituro seni.
Prospicite morti, longiores vivere
Possim Dies, meo frui,
Labore manuum. Liceat adhuc esse Patrem
Vobis meâ vestrâ simul
Gaudere vitâ. Maloq superstes, memor
Esse Genitor vestrum piæ
Quam fore memoriæ. Extinguite ardores febris
Extinguar illis ne miser.

Compatitur Patri Adoptivus Filius 1mus.

O genitor! ô Pater! tibi dies si dare
Possem perennes, Nestoris
Ævum darem! Liceret te Anchisen Patrem
Efferre febris incendio,
Te Filius ferrem Æneas. Ipsis etiam
Tardarem arenam lacrymis,
Ne clepsydra suum urgeat iter.

2dus Filius Adoptivus compatitur.

Non te mori, crede Pater ipsum, Filii
Commorimur uno: vivere
Nobis, Patris erit vita, mors verò mori!
Posthuma sequetur mentibus
Propago quem fata rapient. Junctus licet
In Filiis vives tamen.

3tius compatitur filius legitimus.

Tibi debeo Vitam Pater, quam reddere
O si liceret! ut velut
Phœnix sibi simul filius, simul Pater,
Sim te satus tibi Genitor.
Vitam, cruorem, fundo promptus, temperem
Nisi febris ignes. Viscera
Si proderunt? rumpam; cor ultro prabeo,
Tester ut amore filium.
Tædet animam vivere, Pater si vixeris:
Extinguar ignibus Patris.

Pater ait: Cordalia vestra Filii, fata potius.
Sunt morbido, quam salus.
Consulite nummis quoq Patris vita: quibus
In corrogandis virium
Dispendium, ah! quantum patior!

Filius 2dus: O Genitor! aurum non solum, sed Cleopatra
Gemmas liquaremus tibi
Si vivat in sonare vellet Patri, Dii.

Heus tu, pete medicum, necut — Ad Servum ait
Moras trahat, periculum morbi indica. — Abit Servus pro medico

Pater refici petit: Exusta febri labia, restinguite potu
Reficite languentem senem.

3tius Filius ministrat Patri tepidum potum, quo Pater gustato ait.

Exurere Patrem Filiine vultis? an
Flamma ignibus restinguitur?
Concedite mihi Lazaro, permittite
Paulisper ora refrigerem:
Date frigidas guttas aliquot — Reijcit istum potum.

3tius Filius Rg: Ah toxica saluti tuæ sitis Pater!
Prodesset ipse si cruor
Non stilla potus frigidi tantum darem!
Darem! lubens tibi Genitor!

Amus Filius venientem Medicum salutat.

Desideratum laribus istis hospitem
Mæsti licèt morbo Patris
Hilari tamen habemus animô.

Pedissequus ego nutuum semper, modò — Rt Doctor
Sum prastò quoq; quorum obsequi
Paratus imperiis — accedens paululu

ad infirmum ait — Hic cine meus patiens?
Pater ait — Gratissimum meæ salutis hospitem,
Languentium jam virium,
Vitæq tutorem, domi lætus habeo

Rt Doctor — Quam maximam possum, dabo
Operam, saluti: eviscerabo in pharmaca,
Artemq distillabo, ut hac
Prodesse possim.

Doctor de annis interrogat. — Numerat quot annos?

Rt Æger. — Septima decas exspirat.
Doctor. — Ò! Ò! senectus ipsa morbus est sibi.
Hic Doctor explorat arteriam. — Sub quod tempus Æger ait

Vitamne pollicetur arteria?
Rt Doctor — Deniq pulsus arteriæ, nondum fatalis pulsus.
Recedens aliquantum a lecto Ægri ait.

Non tantopere desperet Æger paululum
Grassatur artubus febris:
Faventibus superis meâq industriâ
Salus redibit pristina.
Doctor conversus ad filios submissa ait voce.

Sanè periculosa res! in ultimo
Est ante supremum febris
Gradum. — Appropinquans cubili alloquitur ægru
Necesse censeo venam seces. — Cui Rt æger
Quod optimum factu videtur faciat.
Filius Amus ait ad Servum — Sit prastò Chirurgus. — abit Servus
medicus ait. — Postquam duas, non plus! scutellas sanguinis
Effuderit juxta meam

Detur

Detur receptam pharmacum; et quantum potest
Indulgeat somno.

Assidens mensa ait rogo calamum papyrum.
Hic scribit receptam, scriptam relegit; relecta ait.

Hoc sumpto nisi
Sudore largo maduerit,
Capesserit somnum, manus certelavo.
Mihi super sunt morbidi,
Quorum saluti studeo, visendi, vocor,
Rediturus huc brevi — Servus humillimus

Abit doctor. quem filius 1mus reducendo ait. Avido expectamus animo

Filius 1mus cum recepta ~~expedit~~ expedit servum.

Heus tu secundum scripta cura pharmacum.

Hic hirurgus advena, jubetur secare venam Patri, secat, abit
Servus redux cum medicina ait.

Ecce medicinam, ceu recepta jusserat, paratam.

Hanc Filius 1mus dando Patri ait

Propino tibi vitam Pater. Rpt Pater Ah utinam!

Filius 1mus Hoc pharmacum sudore, somnoq indiget.

Tu cooperitur Pater ut possit sudare.

Filius 1mus, ad fratres ait. Nos interim, commodior ut fiat Patri
Quies, migremus alio.

Ad Servos. Vos quoq quieti prospicite Patris: Lares
Silentio umbris; splendidos
Domate postes: lampadum restinguite flammas.

Exstinguuntur candelæ abeunt omnes. Repræsentantur per somnium seni illius mortis nuntii terrores per lucernam Magicam.

Senex per somnium clamat. Ah! Eheu! oh! o! heu! Ecce rapior!
ah! ecce rapior! væ! væ!

Postquam desierint terrores, proripit se ex somno et lecto Æger, anhelando dicens. Heus famuli! heus! famuli! heus Filii! heus filii!

Accurrunt Filii cum famulis et 1mus filius ait.

Quid tibi Genitor? Pater promit anhelitus 2dus filius. Quis ossa tenor concutit? quis pectoris anhelitus? 3tius filius
memineris o Pater tui! memineris!

Rpt Pater anchelando Ah fata! fata! proh tribunal Judicis
Dei! ah valete filii!

1mus Filius ait Quid accidit mali genitor? edissere.
Rt Pater. Ah accidit! Jam nuntius mortis mea
Ah! ah! tremendus adfuit.
Mors visa perimere me senem, me tartarus
Vorare, vincere Sathanas.
Ah nuntius! proh nuntius! fati miser.
Filius 1mus Haud, vana Somnii Pater consideres ludibria
Venit medicus et ait Prout Spopondi præsto sum.
Rt Filius 1mus Gratam domi nostræ Suæ excellentiæ
Hanc referimus præsentiam.
medicus viso sanguine ait. Superi boni! ne gutta puri sanguinis
Accedens ad ægrum ait In dulsit æger aliquantum somno?
Rt æger Ah ah quietem! somniandam haud amplius!
Noctem vovendam tartaro!
Doctor. Ægro mali quid contigit.
Æger. Ah contigit! jam nuntius mortis mea,
Ah ah tremendus adfuit
Mors visa perimere me senem; me tartarus
Vorare, vincere Sathanas,
Ah nuntius! proh nuntius fati miser,
Doctor. Est somniorum vanus horror.
Doctor ait ad ægrum. Sudatne? Rt æger minimè.
Exploranti arteriam medico ait æger.
Spes est ne aliqua vita, an secus? rogo suam:
Ut filiis disponere possim.
Rt medicus. Verum ne sim dicturus? Hic substitit aliquantum.
Si fatear horam vix supervivet. Lubens
Servire quantis viribus
Poteram, obsequebar. fuerat obstandum malo
Statim; paraturus sero nam
Medicina. Hic se subduxit medicus.
Pater moribundus benedicit filiis.
Ergo bona mea, sors, opes, honor, Domus,
Valete! non ite jam æthera
Haurire! vos videre coeli lumina,
Non amplius mihi datum;
Valete! tellus, munde cum vita vale!
Totaq familia jam vale!

Vos

Vos Filii tandem valete! vivite,
Vestrum, simul memores Patris.
Extrema dextera mea benedictio
Propitia vobis numina
Res prosperas dies secundos conferat.
Habetis ultimas Patris
Hoc scrinio tabulas: quibus fiat satis
Obligo, precor vos Filii ad juro vos in Patris affectum et Deos.

Filius verus 3tius compatitur Patri moribundo.

Ergo Pater jam deseris me Filium?
Cui orphanum linquis Patri?
Quis tutor orbo mihi? sine meo vivere
Possumne dimidio animæ?
Columba non sic orba dolet, aut gemit
Viduus ahate turtur: ut
Pupillus ego, te genitor.

Servus stans ad lectum ait Jam ait animam

Accurrunt filii 1mus et 2dus. adoptivi et clamant Patrem

Memento nostrum et tui Pater memento.

Verus filius 3tius deliquium patitur.

Filius 1mus ait. Jam Spiritus deseruit artus.
Ah luctus! ah dolor! prout stringit animum
O funera Patris! lacrymis
Deflendo nunquam! quis Pater nunc orphano?
Jam perditum me filium
Si perditum te mi Pater. Periere jam
Ipse mei solatia:
Periere delitiæ voluptas pectoris
Spes omnis in te mortua.

2dus Filius. Ah invida nimis fata rebus prosperis!
Heu efferam mortis manum!
Rapuistis unicam mei spem, si Patrem
Et in Patre omnia: quo miser
Vertar? refugium jam deest: pupillus ah!
Quid absq tutore, quid agam
Miser Orphanus.

3tius Filius verus. Heu occidit Pater! natate lacrymis
Oculi: ingemiscite pectora,

Facundus ejacula dolor: flendum insona
Anhelitum, Pater occidit.
Quid vita prodes? si mei vita, Genitor
Deest. Quod amplius mihi
Solatium? qua ultra voluptas? vivere
Te sine Pater, mors potius est.
Utinam prior ego desiissem filius
Quam tu Pater. Utinam fores
Nunquam Pater, ne quando cessasses. Tui
Haud esse mallem filius,
Quam desinere.

Filius 2dus. Ponite. jam flebiles vultus; Patri
Quid proderunt lacrymæ?

Filius verus 3tius. Ah si lapideum Niobe pectus, si foret
Cor vel adamante fusum lacrymas
Sudaret atra sentiens
Venena mortis.

Filius 1mus. mori qui nascitur
Debet: manet quoq nos idem.
Nunc consulendum funeri; quid imperet
Ultima voluntas mortui
Patris legendum.

Accipit cistam, assidet cum aliis fratribus mensæ, ad Servos ait.
Vos quæ attinent funus parate. Servi abeunt.
Resignat testamentum, legit ipse silentio. tenor autem
Testamenti Turingii est talis.

In Nomine Domini Amen.

Quoniam hoc est mortalium conditio, ut cui nasci contigerit restet mori: commune persolvat debitum qui illud per vitam contraxerit. Ego quoq Turingius huic subjacendo tributo cogor occumbere exstingui plenus annorum. Nevero totus desinam his tabulis ultimam mei volo vivere voluntatem præsenti animo, sano propositam sensu. Qua relinquo è tribus duos filiorum adoptivos, unum legitimum. Hos quia vivens æquali affectu, educatione simillima, orbis, illorumq eripui

notitia

notitiâ, nec moriens aperio. Revelo factum nontamen personas. Ut licet putatitius in pluribus Filiis occumbam Pater, cui unum tantum permisit natura. Ne tamen naturalem filium afficiam injuriâ, omnium bonorum, Supellectilis, fortunæ, totiusq Patrimonii, volo sit Hæres. Adoptivi satis sibi reputent, hactenus filiali vixisse jure. Huic ultimæ voluntati si quis contravenerit ipsum appello evictorem DEUM.

Perlectum ponit ad mensam, hæret meditabundus. Filius 3tius ait

Quid Frater hæres? quid tale in ultimis tabulis quod stuporem parit

Filius 1mus Rpt O Fratres! si amplius dicendi fratres! Eheu Patris si Pater omnibus dicendus infelicem voluntatem.

Frater 2dus Quæ illa tam infelix voluntas?

Frater 1mus. Lego si legi dignæ Patris tabulæ. Et legit testimentum clarè quo perlecto Frater 2dus ait. Idemne secta merentur?

Porrigendo testimentum illis legendum Frater 1mus ait.

Si non meis ergo propriis credite oculis

accipiunt Frater 2dus et 3tius testimentum legunt privatim perlecto mirantur: ad quos filius 1mus ait.

Quid adhuc eousq temporis, non amplius
Fratres mei.

Frater 2dus proripiens se à mensa Patris factum execratur.

O execrandas, o inauditas Patrum
Tabulas; voluntatem ultimam
Heu ultimam sortis alienæ! Heu impium
Factum senis! Nos tamdiu
Ceu filios fovisti eodem corde, nunc
Ceu aquila spurios rejicis?
Vocas adoptivos? loquere! quis ille? dic
Haud nos Prophetæ.

Filius 3tius defendit Patrem.

Potius agendæ his gratiæ, quos hactenus

Una domus, educatio, bona
Protexerint, et ipsa fovit gratia
Sine jure Filii.

Venit Servus dicendo Quæ funus attinent Patris parata jam.

Proripit se à mensa Filius 1mus et ait.

Haud meruit agnomen Patris nimis improbus
Senecio: dignusve lacrymis
Quas fudimus aut impius justis. Precem
Sed tartaro plenam; Stygis
Pro funere, ferias meretur.

Ad Servum ait. Rei domesticæ vacaturus, concede.

Postquam abierit Servus Frater 3tius ait.

Si non prout Pater tamen ceû hactenus
Benefactor hanc ne gratiam?
Amicus istud exigit? id in mortuos
Pius meretur amor?

Frater 1mus ait. His forte cordoliis Patris te Filium
Probas?

Frater 3tius Rpt. Haud probo, sed ajo quæ imperat pietas.

Frater 1mus. Quis ergo novit Filium se certò functi Patris?

Frater 2dus. Nulli puto certam fore notam; cum Patris
Affectus? unus omnibus.
Æqualis educatio, propensio
In filios simillima.
Sed date bona meas in manus et serviam
Vestris necessitatibus,
Ceû Fratribus parebo Frater; non nisi
Hæres ego laborum ero,
Vosredituum.

Filius 3tius Ego judico, ne damna quis inique ferat
Sortis Paternæ; risui
Vel simus orbis, gentium historia, Domûs
Infame dedecus; unico
Ceû Patre gnatos filios, Fratres sibi
Concernat eadem hæreditas.
Fortuna nobis tanta quæ plures manus
Implere sufficit.

Frater

Frater 1mus. Non utraq consilio placent. prima: dominum
Te nos egenos, nos nothos,
Te filium reddunt. Secunda: posthumæ
Injuriam menti Patris
Et filio damnum inferunt. Sed sit bonus
Cum propriis nemo arbiter
Causa, dirimat hanc forum litem.
Amt Fratres Bene! Sequimur sensum.
Frater 2dus Prius tamen cadaveri ultimum præstemus obsequium
Ad ~~pompam~~ campanam conveniut Servi, ad quos filius 1mus ait
Claustris Religiosos in exequias Patris
Pompamq conduc funebrem.
Tum Pauperes Xenodochiis, et compitis
Vicisq congregate.
Abeunt funus peracturi Fratres: quos comitantur pauperes. Hic funus peragitur na umbry. Ex quo revertuntur iterum et Frater 1mus ait.
ad Fratres. Consilia nostra tempus est, vocemus ad Fratrim:
forensi nos itineri demus.
Ad Servos. Vos curiam nostra vitæ comites petite.
Vobis domûs sit cura.
Eunt ad Judicium, postquam venerint Frater 1mus ait ad Judices.
Sub vestra jura Judices æquissimi
Venimus actores, simul
Rei: quid ex his quisve sit nostrum: inscii.
Scimus nefas sed anonymum.
Id totum erit Judex tua sententia
Non crimen ast discernere
Reos (merentur si rei dici.)
Judex 1mus. Audio quod illud crimen, et causa.
Filius 2mus. Loquor.
Apertius: cadens Pater
Fatis, adoptivos duos nostrum, sui
Unum esse fassus filium:
Cui ultimis tabulis bona supellectilem
Omnem dedit substantiam.
Vos Judices, quid hic sit augure mini.
Judex. Habetis ultimas tabulas.

Ayt: Frater 1mus. Hi, Judices sunt tabulæ, porrigit testamentum.
Judices legunt testamentum: perlecto unus ait.

Ego judico concernat eadem hæreditas
Uno ceu natos Patre.

Frater 1mus. Sententia tua Judex æquissime Patris
Injuriam tuam post humæ
menti, pariter et filio damnum decidit.

Judex. Hæc causa potius aruspices, quam Judicem
Poscit. Poszeptawszy Judices inter se rzecze
Jeden. Tamen sententiam
Ferimus, cadaver mortui sistatur Curiæ.

Duo servi Fratrum abeunt laturi cadaver.
Ad Servum suum ait Judex. Huc fer sagittas pharetram.
Fert servus pharetram deponit in mensam. Judex eundem
alloquitur. Infige telluri sudem. Abit servus fert, infigit palam
terræ. Redeunt servi cum cadavere deponunt illud ante Judices.
Judex. Recludite tumbam. Recludis à Servis.
Judex. Cadaver alligate stipiti alligatur
Judex porrigit unicuiq ex Filiis sagittam et ait.

Sint filiationis hæc
Documenta vobis; sortis et Deorum ope
Felicius qui cor Patris
Tetigerit: ille filius vestrum.

Ayt Fratres 1mus et 2dus. Bene est placet sententia. 3tius verò
signa doloris exprimit. Accipit Frater 1mus arcum cum sagitta
et inclinat. Favete superi: cor Pater probe. Jaculatur.
Frater 2dus pariter jaculando ait Adesto fortuna! Pater indulge ausui
Jaculatur. Judex ait ad Filium 3tium Tu quoq sagittam dirige meto pete.

Frater 3tius Ayt. O! impiam in manes pios Tyrannidem!
O! efferam sententiam!
In innocentem! In mortuum sævire, quæ
Pietas? Pater si vester est.
Quis ejus amor? Istane reverentia?
Hæc gratitudo? Filium

Exuere malo; viperina, quam Patris
Lacerare propago viscera.
Deserere patrimonium, quam propria
Esse Nero genitori manu.
Vultureus i procul animus! Saturnia
Mens procul! ut ausim corporum
Inhiare carnibus. Ergo jus cedo meum.
Non munda mihi nam bona forent,
Polluta si Sanguine Patris.

Judex. Res ipsa jam vos judicavit. Filium
Hujus Patris, vobis erat
Mens scire? nunc scitote. Non alium, nisi
Hunc, quem teneritudo animi
Affectuum propensio, pietas, amor
Innatus in Patrem, dolor
Natura fecit ~~ipsam~~ filium. Ergo tu
Hæres bonorum, Patriæ
Possessor aulæ vade Fili. Sit satis
Vobis adoptivo hactenus
Vixisse Sortis jure.

Filius 3tius. Accepto gratus, deputati Judices
Quam statuistis Sententiam,
Vestræ æquitatis specimen et artis. Ceu
Patrum meorum Filius
Orbi Patriq. redditus, vivam memor.

Clauditur proscenium: abit Filius verus in Sua.
Filii adoptivi in furorem et desperationem aguntur.

1mus. Me perditum! meq. miserum!
Me filium novi et Patrem ignoro! Eheu
Illacrymandum mihi malum.

2dus. O improbum Senis favorem! gratiam
Heu execrandum! Pectoris
Affectibus, complexuum nimis impia
Necasti; heu me perditum!
Quantum necasti, teneritudine.

1mus. O mei
Memoranda vix Solatia!
Heu venenatam voluptatem! vafer

Ceu simius, me filium
Ut perimeres, sinu fovebas: casus ut
Gravior ab alto fieret,
Heu extulisti. Noscerem unquam te Patrem!
2dus. O Judicis Sententiam!
Heu calculum! urnâ Radamanthi; curiâ
magis impium ipsius Æaci.
Heu Themidis ensem, nimis iniquissimum
Nimis improbum! decreta quam
Dolosa! sensum subdolum! Ergo scelus erit
Parare Judici? impium
Jussa exequi? eheu fidem, proh reprobam!
1mus. Sed impias manus quoq
In mortuum! quò tunc amor? reverentia?
Quò gratitudo pectore
Recesseras? quis vultureus invaserat
Tunc ausus animum? sed lue,
Sanguis scelus, nefas impium expia.
2dus. Hucfata! tollite orphanum:
Propetate Parcæ! fila vitæ abrumpite!
Moriar semel ne moriar in
Horas: aut moriendo vivam, moriar aut
Vivendo.

Hic per umbras Judicium Dei res etiam abditas scrutans symbolicè est adumbratum.
1mum. Crux Filii Dei et Judicis cum lemmate. Signum hominis.
2dum. Tuba Judicii extremi cum lem. Publica fama canet.
3tium. Gladius Divinæ justitiæ. Lem. Propone nodum; solvam.

Epilogus cum Apodosi ad Judicium Dei

Spectasti Auditor causam et Sententiam: nunc à tuo Divinum appellamus Judicium. Proponite vel nodum Gordium; perplexum et innodatum crimen, Divinæ proponite Themidi; felicius pellæo, justitiæ solvet gladio. Haud hebes illius acies ad decidendum. Post Innocentiæ gemmam vel ipse rapax Giges, haud innocens. Vel umbra illius diem dicit et merebitur Judicii. Videbit tenebrio lucem publicam. Et post orbem lateat, non tamen æternitatis latebit annulum. Album gemmæ colorem induat, non tamen Judicis visum disgregabit. In cælesti lance minus habens, pretium licet vendicet.
2dus. Scelus quæris umbras? Sol est justitiæ. Decreveris licèt in atomum illustrabit: trahet in fulmina, se, et in te detonaturus. Gemma est, si con-

dis

dis venena. Fugis oculum? Sed fuge centoculum Argum. Naufraga pudoris corallia, ipse tamen culpâ rubebit vultus. Divinum mare haud exosum patitur cadaver.

3tius. Indelebiles Olympi haracteres, si obliteras nefastis inscribenda. Protege mendacia, haud nudam veritatem effugies. Tace crimen, clamabunt Cœlestes linguæ; Vocalis ad Judicii tubam loquetur fama. Haud Sinistram effugies, agninum licet vellus indueris, supina ferocitas: vel fatuos ignes extrinsecus lucis Angeli. Si plumbeas deauras virtutes? Lydius est lapis Divinissimo Petra. Quæretis montes Gigantei ausus? ceu Ætnam Enceladus: Sed minime fulmen Justitiæ vitabitis: vos in elatis ferient fulmina montibus.

4tus. Severam quid jactas Rhadamanthe urnam? ubi cum Deo Judice ponendus calculus. Censoriam Cato, legalem Solon, vel Æacus tacete justitiam, ubi ipsa ab Orbe astræa Cœli appellat curiam. Quem horror non concutiat? ipsæ virtutes movebuntur. Excæcabitur Cœli oculus, quod vel maculas, et festucas admittat, quid si trabem? In leone feritas, rapacitas in ursa vel polum subeat: Stellas induant in arcitenente vindicta, malitia in Scorpio; Cœlô tamen excident.

5tus. Divinum justitiæ ensem acutum credite, solvet quid quid proposueris: Nec hoc illi acumen, esse nemine cogitante, Sed omnium scrutari mentes. Vel durissima cervix haud aciem hebetabis. Nec in tuas trahes partes, sis licet magnes. Quærite mortales latebras, quod hominum est eripite orbis notitiæ, porebit Judicio crux Signum hominis. Criminis vos absolvite, non tamen vos crux ultima. Summas scelerum delete Cruce, ceu omni nefas, absolutos numero, malam heu! malam experiemini Crucem. Haud licentiæ ceu Tyberii facultates effugietis Signum Crucis.

6tus. Quem non concutiat horror? ipsæ virtutes movebuntur. Excæcabitur Cœli oculus, quod vel maculas et festucas admittat, quid si trabem? In leone feritas, rapacitas in ursa vel polum subeat; Stellas induant in arcitenente vindicta, malitia in Scorpio, Cœlo tamen excident.

Illusa Parsimonia Udalrici à Fausto Mago fidium tactu nunc Lyricæ Poësis carmine Senario Iambico et Dimetro Iambico decantata, liberalioribus Bacchi feriis. 1722.

Prologus.

Eiusdem Magistri. Humaniora professi, illudimus inhumanitati. Aud. Sap. Udalricus dives opum, ditior parcitate, intra aureas manus esuriem cum Mida, sitim cum Tantalo, intra affluentias pati maluit, ne vel minimam fortunati Gangis guttam profunderet. Ipse apud se mendicus: liberalior in tineas et mures quam in semet vel hospites. Hujus parsimonia è confinio amici ut prospicerent, Udalrici Lares cum Fausto Mago petiere: sibi lusum, illusionem avaro parituri. Provocant in humanitatis officia; Bacchi promovent ferias et munificentiæ panegyres: sed jejunam nacti materiam, cum facultates Udalrici. Hic enim non tam rerum quàm verborum prodigus, ceu Iro aut Hecale pauperior, ipsam intra reditus penuriam, egestatem inter census, et summas, computabat inopiam. In solo musicæ permittendo concentu, ad postulata hospitum, haud parcus. Lusit Faustus magnus, sed saltum fortunatum. Nam scrinia, sacci, cista ceu Arïona vel Orpheum audissent acta in choreas. Cum parcitati Faustus illuderet, cuncta quoq supellex insultabat. Et prosiliret domo, ni Udalricus rupisset fides; liberalem ab hinc amicis jurasset manum. Huic nostra quoque Lyrica illudet Poësis; si auditor Judices dederis aures.

Udalricus sedet post mensam intectam veste lacera, et omnibus ad pauperem parsimoniam compositis. Vocat puerum Cosmophilum.

Heus puer! heus Cosmophile! Puer! Ecce quam
Frustraneum damnum domi,
Alo famulos; hodie meos nequdum nequam
Visit Penates. ~~famulos porrigi~~

Accipit campanulam pulsat. accurrit Puer. Udalricus ait.

ubi moram
Vocis meæ surdus trahebas tamdiu
Nebulo? Ait Puer Cosmophilus. Vacabam muneri
Œconomico, curamque navabam rei
Domesticæ. Udalr. A A testudinem
Promptam! genus asini laboriosum! bene
Loquens, vacabam! quia piger

Torp.

Torpes nisi otio; boni potius tui
Non commodi famulus mei.
Ast verba tu curas minus, nisi verbera.
Leni tono Udal: ait. Jam proximum esco tempus imminet? voca
Cocum paranda sumat.
Abit Puer, vocat cocum cum ollis, venit uterq. ad Cocum Udalr.
Quid familia mihiq pransuro dabis?
Rsp cocus. Quod imperant jussa Domini.
Udalr. Contenta mea natura paucis, jusculo
Pullulo, et oleribus satur ero.
Pultes familia, pisa sufficiant.
Cocus. Dies Bacchi magis lautas mererentur dapes.
Udalr. Si de labore tanta vos
Cura premeret, velut epulis! ventrem nisi
Coli creditis vestrum Deum.
An vultis ut agam in vestra furem commoda?
Udalricus z szafy pudel dobywa groch i kaszę garszcią na każdego z osob mierząc mowi. Uni, secundo, tertio, quartoque,
Demum tibi. Quinq famuli
Esus, parem quoq numero, sat prodigam,
Mea do mensuram manus.
Cocus. Erit modica portio nimis;
Non sufficit servis alendis. Udalr. Regias
vultis epulas? et unico
Edulio consumere Dominum. Butyrum dat meas
Butyro dapes. Lardum filo alligatum proper famulos porrigit coco.
Famulos inungite
Vestras adipe lardi. Ligatum stamine
Immitte pisis, pultibus
Demum, neq lique fiat omne, denuo
Servire possit usui.
Abit cocus cum ollis; venit e nundinis Podstarosci zaniem worek pieniedzy przynosi chłop. do ktorych ait Udalr.
Bonone reduces nundinis habebam exitu?
Venum dedistis omnia?
Podstarosci Omnia. Siliginem decem decussibus
Quinis avenam, asi hordeum

Dena:

Denariis duodecim. Udalr. Superiboni!
Jam vilis annona pretii!
Quis Agricolis fructus? et adhuc non aureâ
Sed æreâ pecuniâ.
Venit aut aurum Seges. Podstarosci aliud aut majus, haud
Pretium dabatur.

Podstarosci z Schustki wywiiaiąc pieniądze upuszcza Szeląg, na co Udalr.
Ergo non
Quæris: haud erit absq Solido grossus.

Długo szuka Szeląga Podstarosci, i nie może znalesc. Udalr. ait.
Prout cæcutit ad damnum meum. Wziąwszy sam
okulary i Swiecę szuka. znalazszy mowi
Ecce quomodo manus Domini novit! Etiam
Hic pars meæ Sortis erit.

Odchodzi Podstarosci. Udalr. ad Puerum. An
Cocus habeat parata vide; mensam instrue.

abit Puer. Udalricus asservat pecuniam. Venit Puer, mensam instruit.
Mendicus post cortinam stipem rogat. ad quod Udalr: ad Puerum.
Vide quis ille sit? Videt Puer et ait.
Fores egenus et manum beneficam pulsat
Udalr. Dic esse pauperis hanc domum,
Manibus stipem elaboret orbis totius erro.

Puer expedit mendicum. Udalricum adeunt duo mendici unus illor
se illius consanguineum, igne absumptum alter narrat.

1mus. Cineri (Dlus tulit
Casusve) redditus ignibus. opibus, bonis,
Incendio tactis meis,
Vix ipse vitæ Dominus; exposcere stipem
Nunc cogor. aureæ manus
Subsidia præstolor. exul orbis, et invidæ
Sortis. 2dus. Ego servili jugo
Profugus, velut Domus vestræ sanguis, Tuos
Concedo postes. Nec aliam
Opem mihi quærere putabam id Gloriæ
Tibi fore, meoq decori.

Udcir.

Idcirco Nominis tui indigo, manum
Porrige beneficam. Udalr. Plurimum
Indoleo vestrae calamitati: cui suam,
Utinam Dii ferant opem,
Ex corde voveo. Pauper haud plus dare queo.
Cum nemo dat quod non habet
Faustissimum vobis precor iter.
Egenus. Saltim famis subsidium, opem
In cerere jejuni precamur. Udalricus dando frustrum
panis ait. ultimam
Fermè senectutis meae
Provisionem faucibus subtraho meis.
Abeunt mendici: Udalricus amissum panis damnum dolens Puerum increpat.
Haeccine domus custodia
In te nebulo! mei ne sunt facti Lares
Taberna, diversorium,
Aut hospitale pauperum! Quid quid habui
Panis, miser praedonibus
Nolens, volens, mortis metu, dare debui.
Sed ventre damna mea lues:
Hoc devoravit indigna manus; prandere
Quod debuisti.
Przykrywa stół Udalricus i mowi. Heus dapes
affer. Idzie Chłopiec do kuchni ieść przynosi. Udalr. daie chleb Chłopcu
Haud equidem dignus es, en, et excuba
Ad ostium, nec hospites
Incommodos mittas. Chłopiec wziąwszy chleb idzie
pilnować wrot. Udalricus ie, popiiaiąc. Chłopiec zmyśla przyscie żołnie
rzy mowiąc do Udalrica Ad ostium jam miles est.
Udalricus z boiaznią Me dic abesse domi, ipse scenam sustine
Ceu administrator fores.
Puer fingit milites postquam se absconderit Udalricus.
Puer. Gratissimum Domi mei Penatibus
Habeo Hospitem. Miles fictus. Gratus ne sit?
Bona sentient. Praesentia solitus est
Opus mihi Domini. Puer. vix
Ut se dedit, nondum redux in propria
Sed quibus opus, ego nutibus

parebo

~~Parebo. Miles. Satis habeo gratias~~

Parebo. Miles. Stationem his meus miles bonis
Aget. necesse praesto sint
Quae victualia attinent. Puer. Domus interim
Praestat, quod habet, tanto hospiti.

Puer assidet mensae seque fictum hospitem tractat. Comedit

Puer. Rogo, rogo enice miles. Satis habeo gratias.

Bibendo Puer ait. Desideratus hac domo
Jam vivat hospes. Miles. ad obsequia dictae Domus

Miles bibendo ait. Faustissimum vivat iter, et
Domini reditus. Puer. Una hospes optatissimus

Postquam ebiberit Miles ait. Multus tibi domuique huic
Sum gratiarum debitor, quas retribuo.
Quod non inhumanam mihi
Se praestiterit ablego Militem bonis,
Occurro damnis; ipsius
Exactor esse gratitudinis volo
Et gratiae. Puer. debebit hanc
Et corde scribet gratiam erga se redux
Dominus. Miles. Servus Puer. Servus.

Udalricus prospicit utrum abierint milites et ait ad Puerum.
Incommodae jamne vacua domus hospite?

Puer. — Jam: Laribus et bonis tuis
Miles abiit. quem humanius ni reciperem,
Granaria puto, subditi
Aut supellex, hospitem domestica
Sensisset. Udalr. Audii. Tibi
Grates habeo; bona quoque sint quod in integro
Debent. Udalricus assidet mensae, videns nil super

esse ait. Trium pati famem.

Forsan dierum debuit; nec unius
Fuisse ventris hospes.

Videns nil superesse Cerevisiae ait. An
Helluo, Bibo non miles, ore dolium
Praesetulit. De prandio ...

Nemica.

Ne mica; potu, ne quidem stylla superest.

Puer Mirabar ipse in hospite
Tantam famem. Ast minus è duobus debuit
Damnum eligi: potiùs cibi
Quàm redituum jactura. Udalr. Rursusne hospiti
Mensam instruis? cur lancibus
Non expedis. Tolle ab oculis, ne causa sint
Meo dolori, aut fami
Stimulus. Puer colligit patinas, refert lavandas.

Puer redux ait. Iterum cohors nova hospitum è confiniis
Petit Lares. Udalr. On tartarus
Ipse, mihi tales prospicit amicos; meæ
Sortis et opum atq. temporis
Fures domesticos.

Intrant domum amici è confinio quorum 1mus. ait.
Humanitatis officia tàm in domum
Nos compulêre, quibus tuæ
Solamen aliquod solitudini foret.

Udalr. Multam hospitum gratissimi
Mihi præstitisse gratiam vos profiteor:
Quòd decrepitus adhuc senex
Vivat animis vestris. Puer scellas. Sedent hospites

Udalr. Nihil mihi ad manum quo maximos
Tractem hospites. Amicus 2dus. hic inter alios terminus
Præsentiâ nostræ, ut domini tuæ
Simus hilares. Faustus magnus Bacchi dies haud decet
Abstemios: jejunium
Illius odêre sacro. Udalr. Testes sint Dii
mee miseriâ. Quo famem
Levare possim propriam, haud miser habeo.
Prandisse quidquid debui
Id omne miles helluo deglutiit.

Amicus 1mus. Confinium nobis breve,
De milite tamen fama siluit hactenus

Udalr. Et hæc calamitas pauperum;
Mea quoq. solos nosse damna: Regiam
Patere cladibus viam

Ad limina. Faustus. Quid illiberalem comprimis
Dextram? paras hæc tartaro?
Ceu comessurus apud inferos. Meo
Sensu, fruere quod ad tibi licet
Labore manuum: nec puta damnum fore
Quid quid in amicos sparseris.
Amicus 2dus. Haud Nobilem decet indolem
Hæc sordida nimis parcitas in tineas
Muresq liberalior
Quam in Hospites. Eja meliorem animum indue.
Udalr. Ergo meruit nondum fidem
Mea miseria? et hoc pauperum est multoties,
Esse miseros. An sordidus,
~~Vel ita tenax rerum~~ forem, si de quibus
Esset. Etiam latere si ~~[illegible]~~
Quid corde scirem propter istos hospites
Profunderem. Faustus. Cum prodigum
In hospites pauper facultas deneget,
Ergo domi saltim tua
Haud patere tristes. Recreemus anxias,
Permitte, mentis et animi
Curas. Udalr. Haud contrarior, quid quid potest
Præstat tenuitas pauperis.
Hic Faustus magus ~~[illegible]~~ ludit. audito Scriniorum strepitu in conclavi
Udalricus ait ad puerum. Vide quis ille strepitus?
Videt Puer et ait. Admiranda res. Udalr. Quid illud?
Puer. Arcæ, vasa, sacci, Scrinia,
Cunctaq supellex subsilit.
Hic dolia, scrinia, sacci saltant. Udalricus admiratur
Faustus ait. Ecce quam dives mendicus noster est Udalricus.
Hæccine tenuitas? ista pauperies domus?
Intra aureas Midæ manus
Famem pati, mediis sitire pauperem
Cum Tantalo affluentiis
En quanta paupertatis ubertas! nimis
Abunda inopia: doliis,

Sacc

Saccisq totis, Scriniis marsupiis
Dimetienda. <u>Udalr.</u> Agnosco vestram vindicem ~~Dii manum~~
Dii manum, Meiq supplicium nefas,
Ignoscite Superi ~~vero~~ reo: vos quoq date
Veniam: Hæ Senectutis meæ
Provisiones, ultimum fore virium
Solatium mihi Censui.
Sed ab hinc Deos testor! mihi licet unica
Sit mica Sortis in hospites
Profundere paratus. <u>Amicus</u> Dativitas memor
Voti, simul tuum bonum
Amantis hospitis. <u>Udalr.</u> Quoadusq vivere
Licebit. <u>Abeundo ludit Faustus, quem insequitur Supel</u>
<u>lex Saltu, cui obvius ait Udalricus.</u> Haud illudite
~~Haud illudite~~. Seni amplius, ne totius vitæ labor
Insultet ipse mihi: domo
Hæres tot annorum excidat.
<u>Faustus ait.</u> Forte prodigam Spondesne dexteram. <u>Udalr.</u> Deos
Testor per astra numina,
Terrasq juro, non abhinc parcas manus
<u>Faustus.</u> Dictis fidem damus: vide
Expleveris propositum? ~~injuria arguite~~ <u>Udalr.</u> Juro fidem.
<u>Expeditis hospitibus redux Udalricus ait.</u>
Quid illud in me meruit iram, Scrinia,
Arcaq sacci, vasa, cistæ, dolia?
Quid displicet meâ domo?
Deserere vultis à tot annis propriam?
Mutare dominum? injustiâ arguite?
me contra quod istud fædus est?
Et vestra quæ rebellio?
Luetis arcto carcere Scelus. Heus Lares obstrue.
<u>Clauditur proscenium.</u>

Epilogus.

Intra liberales Bacchi ferias Udalrici parsimoniam et Scenæ in Fausti fidibus Apollinis nostri barbiton Spectasti A: R. Si quid dissonum tuis obstrepuit auribus benevoli Supple animi concentu.

Eiusdem Magistri

Amoris Census

Sudor Christi

Gietsemanô profusus hortô, sub Quadragesimales ferias Castaliis emanatus fontibûs

Prologus.

Intra medios Clarii Phœbi æstus, Sudorem nanciscimur; Sudorem inquam Christi Gietsemanô profusum hortô Castaliis affundimus fontibus A. S. Agesilaus electus in Lacedæmoniorum Principem non alia à Proceribus homagia, vectigal ab Urbibus à plebe tributa, universo demum imperio censum, præter Sudorem admiserat. Sanxerat diplomate reditus; sed quos non auri accendit fames, fusa tantum Regno sitiit subditorum profluvia corporum. Intra Hermi et Regii Gangis computavit abundantias; quam in Patria gentisq bonum publicus eliceret labor veniis affluentiam. Similis Mundi amor, Divinis exactor artubus, in pignus gemmeum Corporei roris imbrem, Sanguinis corallia leget olivetô in Hecatomben. Si, Auditor, nobis, huic insudantibus Scenæ mentem et benevolum dederis animum.

Protasis.

Agesilaus Cæsar seu Rex Lacedæmoniorum ad duos Proceres

Maxima pars Regni, Princeps populusq Senator
Fulcra throni, Regale decus, gemmata Coronæ
Gloria, et ipsa corona mei: te consule, nostræ
Subdita dona manus, vel quem diademata censum
Percipiant, nos scire volo: quo pignore cives
Muneribus Regem, et quali dignentur honore.

Senator 1mus. Nulla quidem sub sole parit te Principe justa
Dona solum: tibi si totas in munera glebas
Dalmata sulcaret; Cræsi vel præmia ferret
Digna Midæ dextris: foret infra, pignus honorve
Te Cæsar. Verum valeant, quid ferre recusent
Subdita colla, sciès; si vectigalia Regno
Regia præscribant dandos diplomata census.

2dus. Regnorum quæ pensa Joves quæ Numina terræ
Arra decet; quales auróve litantur honores:
Hæc sate gente Deûm sancito stipendia gente.
Ut gravis obrizo, Regali vel munere pressa
Subdita Cæsareæ plebs flectat in oscula dextræ.

3tius. Ipsa tuum Princeps Regina pecunia Regnum
Crede quod exambit. Seu nuper ad ostia Galbæ
Visa, tuum sic stare thronum. Permitte volentem
Edictis parere tuis populumq sequacem
Non vacuis Regi dextris persolvere cultum.

4tus. Sentit idem facilis tua Rex in dona Senator.

Rex agesilaus. Non animus nobis flavæ mineralia terræ
Non adamanta, levis lacrymas, vel roris Eoas
In pignus reditumve legi. Sunt fænora glebæ,
Non populi. Nec si censu ipsa pecunia crescat,
In nos crescit amor vulgi. Ergo stipendia Regni
Sudor erunt nostri. Lassus si Martis arena

Sudet Miles aquas. Riguis Civilia venis
Munera; Ruricoli fessa vel fronte labores
Salsos eliciant fontes, hæc pignora nostro
Nanciscar Regno. Lato diplomate vulgus
Reddite diversi notum census.

Clauditur proscenium. Valvis affigitur edictum Regis tale

Agesilaus Rex Lacedæmoniorum Sudores pro Patriæ Regniq bono profusos, in censum indicit omnibus et singulis toto Regno ordinibus: equestri, Civili, et plebeio.

Miles perlecto ad valvas ait edicto.

O vectigal inauditum! Regisq tributa,
Quæ solus decrevit amor. Mavortis arenâ
Quantum sudori pretium!

2dus Miles itidem lecto diplomate ait. Quis parcere fronti,
In casumq putet liquido cumulare labore
Noster ab hinc Mavors aciem: si Regia census
Hos edicta volunt.

Transeundo Civis Lacedæmonius legit edictum, cui ait Civis alius

Quid vult fama novi? si non edicta tributis
Civiles pressura tribus?

Rst 1mus. Civis. Edicta, sed arcto
Complectenda sinu; nostrum stipendia sudor,
Sudor erunt census. 2dus civis legit edictum, et abit.

Transeundo itidem Doctor Lacedæmonius tacita voce legit edictum, cui obvii Rustici, unus illorum ait.

Heus vos, quid velit ista, rudes nos, charta docete.

Legit illis clara voce Doctor edictum, ad quod ait Rusticus

Sudorem? o mihi, si profusus corpore toto
Nunc redeat; quantum prodesset nuper inanis.

Aperitur proscenium. Minister Regni ait Regi.

Subdito turba tuis Rex Clementissime jussis,

Puls.

Pulsat Regales aditus: diplomate census
Quos decrevisti, grati fert pignus amoris,
Fert Hecatomben. Rex. Cor donis par, vocibus aures;
Mittatur, divisa suas in, turba phalanges.

Venit Lacedæmoniorum Nobilitas et unus ait.

tale Rex optate throno, nostro gratissime Regum
Imperio Princeps, tua quos diplomate census,
Cordis opes, animi reditus sanxere tributa,
Nobilitas, potius totam inter Regia gentem
Sceptra professa tui, primos persolvit honores.
Accipe curarum Sobolem, quam fronte, labantis
In Patriæ Regniq bonum fudere labores
Sudorem censum. Hoc dicto effundit Sudorem in pelvim

Venit Lacedæmoniorum militia et ait

Tutorem Regni, nostræ pacisq parentem
Bello turba professa Numinis quæ Martis arenâ
Pro Patria vitam, pro Rege litare salutem,
Prompta sumus: fusos certamine census,
Et medio nostrum sudores sanguine misto
Fundimus ante thronum. Rigidus licet artubus horror,
Aut æstus belli torsit vel ferrea membris
Tempestas fluctus: jam par est flamma lacertis,
hec non frontis honos, in vectigalia cedant,
Inq tuos si Rex census.

Hoc dicto effundit Sudorem in pelvim è casside.

Veniunt Cives Lacedæmonii quorum unus ait.

Nostra fatigatis solium civilia mebris
Pignora deposcunt. Quos profundebat Eois
Sudores Mercator aquis, suxere statuti
Nec non jura fori, vel salsam Curia trusit
Fronte thetym; collecta tuas hoc munere plantas
Rex ambit. Hoc dicto effundit Sudorem in pelvim.

Venit Vulgus Lacedamonium et ait.

Nosquoq, quos gravium moles onerosa laborum,
Et tellus inculta premit, lassatq lacertos
Rustica cura Soli; profusas corpore ~~presso~~ fesso
Sudores, tibi Rex in vectigalia nostris
Dona litamus agris. Et effundit in pelvim Sudorem.

Venit Praeceptor cum Suis Palaestritis et ait.

Nulla velis et si solvenda tributa Palaestris
Et ludis reditus: nostrasq Stipendia Regis
Concernant artes. Dociles Sapientia mentes
Ac animos doctrina libertate tuentur.
Sed tua Solius cum vectigalia cordis
Edictum mandet: Clarum quoq turba Poësis
Ista professa Ilum; detersos fronte liquores,
Ingenii Spumantis aquas, capitisq fluenta,
Pieriis profusa fibris, in pignora Sacrant.
Sacrant, Phoebeo squallentia membra colore,
Quos vena sudant fontes, aut Entheus undas
Fronte pluit Salsas.

Juventus Lacedamonia offert Sudorem.

Rex Agesilaus.

Imperii Proceres, et Regni nobile vestra
Gente decus. Nec non columen, tutela Salutis
Herous miles; Tu demum lecta Juventus
Spes Patriae: reliquumq meo pars Subdita Sceptro
Vulgus. Vestro lubens, ipsius pignora cordis,
Affectus reditum, puri vectigal amoris,
In census refero. Potius mihi Gange fluentum
Hermi, Pactoliq vado, profusa lacertis
In Patriae Regniq bonum, Sunt flumina vestris.
Non auri vesana fames nummiq cupido
Parturiit gustum; sitii, Sed corpore fontes,

Pulsi

Publica quos virtus, aut extorsere labores.
Censibus his nostrum fient æraria pectus:
Si nobis pariter Solium præcordia vestri,
Et sint corda thronus.

Clauditur proscenium. Legati Lacedæmonii expediuntur à Rege.

Apodosis.

Elegia in Sudantem Christum.

Huc pharetrate puer, teneris infantia membris,
Annosus gracili pumilione Senex;
Plumea progenies, volucri Ganimede Deorum,
Ales præ Libya gratior Hermis ave,
Qui per inaccessos ferris, graderisve recessus,
Viscera scrutaris pectoreasve fibras,
Huc age Divus amor; pennis indute lacertos:
Audi; quæ missus Nuntius acta geras.
Ibis Getsemanos volucer legatus in hortos,
Ibis Oliveti desuper arva jugi.
Exactor pariter reditus, exactor et arræ
Nacturus mundo sacra tributa Dei.
Pignora sed census, tua vectigalia cordis:
Orrhabo; proventus: pignus amoris erit.
Non etenim referes aurum, mineralia, gemmas,
Eruta de Lydis nonve talenta fibris.
Auratos pretii quæstus, adamanta perosus
Corpore solvendas percipe mentis opes.
Sudor erunt gemmæ, Divus Corallia Sanguis,
Quales vix lacrymas, gemmea rorat Eos.
Tantalus, aut simili Neptunus remigat unda
Vel sic præstantes unio sudat aquas.

Non locuplete Tago, stillat magis humor Hydaspe,
Fluctuat aut aliquod divite Gange vadum.
Audiit et celeres rapuit super æthera pennas,
Alleviaturas brachia Divus amor.
Remigat äereos tractus, oculosq volatu
Et superat praeceps impete glandis iter.
Æoliam, Zephyros, Boream, prævertit et austros,
Fulmina terribili præcipitata Jove.
Hac loquor: et jam Getsemanum Mercurius hortum
Montanam Solymæ jam penetravit humum.
Hortus erat, collemq super, nemorosa virentem
Arva, Semiramidis præseferenda jugis.
Patria plantarum, verni Respublica floris,
Nec Babiloniaca sic varianda manu.
Zeuxis adaptasset non ars pigmenta colorum
Ceu Chloris picto germine risit agro.
Frondebat lauri, quercus, opobalsama, cedri,
Pinguis olivetis cortice tursit humus.
Talibus Alcinous, vellet Pomona virentis
Hesperides claudi, ludere Flora solo.
Hoc oraturo cessere sacraria Christo,
Præ Capitolina gratior ara Jovis.
Hinc planctus, sacrasq Patri narrare querelas
Aggressus flexo fundere vota genu.
Implet voce polum, resonum singultibus hortum
Pectus anhelantes egerit ore preces.
Non sic Idaliæ volucres queritantur olores,
Non viduus functo turtur achate gemit.
Corda vellit mæror, pulsat præcordia questu
Facundus lassat pectora voce dolor.
Hæc fiunt: et Divus amor legatus ab orbe
His dictis medios truncat in ore sonos.

Incola terrarum nostri pars maxima mundi
Filius agricolæ progeniesq Patris.
Exactor tua prata peto, mihi pensio membris
Agro Sacro restat percipienda loco
Exsolvenda meis conferto stipendia dextris
Ultima Getsemano pende tributa Solo.
Audiit ut Divina sonos penuriò census
Obriguit, cum nil, quod dare possit habet.
Syrmate non Phrygio dominos splendere lacertos,
Membra nec à Tyriis novit operta togis.
Endromis ast mendica tegant quod egaus sapo corpg,
Lanigeræ pecudis texta lacerna comes.
Scrutatur peras, versat marsupiò capsas
Nulla sonum pulsat paupere summa penu.
Non opibus gazæ, turgent ærariò nummis
Servat Amaltheæ cornua sortis inops.
Non dextram rediisse Midæ, non pignora novit
Aut hortum Lydas parturiisse fibras.
Hæc dum versat inops Christi penuriâ secum
Quo solvat censum non superesse modum.
Divinus subjunxit amor se nolle peculî
Velle nec auriferis cusa metalla focis.
Non (ait) obrizum, lacrymas non roris Eoas,
Flavaq Dalmatici viscera posco soli
Non qui crescat amor nummi crescatq cupido,
Sum ille, vel emungam Pigmalionis opes.
Fænora sed Sudor salsaq numismata guttæ
Sanguis erit murex aurea vena fibræ.
Stylla Tagus quævis, locuples imberq Minervæ,
Et census quos lex Agesilana tulit.
Vis ea fatus amor, Christi per membra cucurrit
Solvendi reditus fama ratura modos.
Aggeditur nervos, varices membrana pererrat,
Rumorem latitat nulla medulla fibris.
Et ceû Ægeum solito petulantius altum
Ceû fracto stagnans aggere flumen aquæ.

Rupta vel Eridani rapidis cataracta fluentis
Neptuni tumido pulsa tridente tethys
Hæc ruit, hæc istas aliis pellentibus undis
Lympha suum præceps deserit ante vadum
Sic sudoriferi Christi per membra liquores,
Turbida Divinis thetys aperta poris
Mergit aquis artus, et salso fluctuat ostro,
Littoreos varicum depopulata sinus.
Irrectis convexa vehit frons flumina rugis
Roscida prostrato vertice lympha pluit.
Naufraga ceû medio fluvii nutaret arista
Quassa procelloso naret arundo vado.
Sic humore sacri madido fluitâre capilli
Mergebant riguas alta fluenta comas.
Colla super geminumq latus versus e iacentes
Cæpit inexhaustus fonte scatere latex.
Sunt venæ fluvii, quævis arteria torrens
Deflua multiplici stagna tenonte ruunt.
Gutta fugat guttam, sequitur, vitatq sequacem
Quo fugiat vacuum deplua quærit iter.
Hæc certat cursu, hæc calles fugitiva pererrat
Hæc prægnans aliam parturit unda thetym.
Flumina roravit non tot Pallantias ortu
Fudit populeus post Phaetonta dolor
Non atlas, liquida niveis Alpesq procellis
Flebilis effuso Plejas et imbre pluit.
Ceû vastum tergis sparsit compagibus æquor,
Sensit humus pluvium tum Solimæa Jovem.
Lugentes veluti campos, Getsemanus horto,
Deucalionis aquas præsetulisset ager.
Membra ceu calido Christi sudantia therma
Abluerent tepidis balnea corpus aquis.
Vel sol occiduus peteret ceû æquoris altum
Cum totus salso naufragus amne perit.
Et sic Divus amor percepta stipendia membris
Legatus præceps venerat unde, tulit.
Cecini.

Funebris pro exedris
Antonius Orator.
In Romano Oratore Antonio
Drammaticâ declamatus condolentiâ.
seu
P: Antonius Rychter Karkovii Collegii Orator
in Cathedra Sacer Orator moritur.

Proceribus Romanis suâ Curiâ contentis significat mortem Marci Antonii Romani Oratoris et Consulis a Mario interfecti, Nuntius. Magri Ejusdem

Romani Caput orbis Patres Purpurei et ipsa frons Romæ capitis, Regni Proceres: in vestram concedo Curiam meopso tristior Mercurius. Pullatum quo bis totiq. imperio ago famæ nuntium. Non diem hac Curiâ sed fatalem dicturus veni noctem.

Senator Imus Quod illud emergens novum? inconstantis fortunæ in Rempublicam emolumentum?

Nuntius. Marcus Antonius vestrum assessor Consules Senatus et eloquentiæ Princeps, jam vestra Curuli et Romanis decedit rostris qui suâ decessit vitâ

Senat: Imus Quid tecum agitur Patria? dum pro tua domo amisisti Oratorem

Senat 2dus Quod illa fatorum ratio? quod Antonii et in Antonio publicæ calamitatis infortunium.?

Nuntius Sua illum occidit litera, trucidavit eloquentia. Noluit esse pro aris focisq. Oratorem. Cum enim adversus Marium Patriæ rebellem, et in Regni exitum foederata agmina, disertius laxasset suadæ frena Antonius, e vivis coactus discedere. Sua illi oratio funebris fuit. Interclusit marii seditio atroci ferro linguæ libertatem, ut fulmina eriperet faucibus in Scelus detonanti Pericli. Stylus quem erga hostium torquebat animos, intra sua adactus viscera, in fatale Marco degeneravit telum.

#

Sena: 1mus. Eheu! iterum seu in Cleopatræ gemma Regnum in te exhaustum Antoni. Ad Proceres ait.

Posthumi Senatus Proceres nostros hortatur animos sua mentibus superstes post fata Antonius. Persuadet justa, sua morte vocalis Orator: ut qui exedris et Senatui voluit immori, nec modo desinat Consul et Orator

Sena: 2dus Rostra sint illi mausoleum, sepulchrum cathedra, quam diserto interitu meruit Antonius. Tacitus licet ~~orator~~ post fata sit, Orator tamen, suo obitu dignus, qui pro fervore facundiæ conscendat pulpitum.

Sena: 3tius Nos, te Duce, legati ad Antonium pro Antonio concedimus nostro, comprincipes Romani Senatui et suis donaturi præconem rostris

Duo Senatores abeunt cum nuntio deducturi Antonii amputatum caput in Senatum et rostra.

Sena: 1mus O elingue abhinc, urbium caput Romam! heu crudele fatorum et Marii nefas! heu tortorem impium! extraxisti linguam si Oratorem Antonium Romano capiti. Citra Neronis vota uno in collo totius Patriæ messuisti caput.

Senat: 2dus Quid urbs sine Cive absque Senatore Curulis causa sine Consule? agatis rostro absque Oratore? Eheu periit. periit nostræ Coronæ gemma! periit Senatoriæ fortuna rotæ!

Sena: 3tius O facundum ex Oratore dolorem! secuistis fata vitale Antonii filum! quo mediis labyrinthorum ambagibus, cum Theseo rexeris Patria! secuistis in filo purpuram, Reipublicæ ductum in stamine! o no~~x~~dum amabilem. nodum ultra Gordii artem! gladium in te provocasti.

Senat 4tus Amisisti Troja Hectorem: in uno Cive Roma Rempublicam, Senatum in Consule; totam eloquentiæ palæstram in Oratore: amisistis rostra Mercurium, deseruisti mercuri exedram præ exedris Orator.

Sena: 1mus Heu mutatam rerum faciem uno in vultu! heu casum Patriæ in Antonio! quæ ab ejus pendebas ore, quam ex abrupto recidisti!

Sen: 2dus Concedamus obviam deducendo in Senatum et exedras post fata hospiti Antonio.

Deducitur caput Antonii in Curiam cui eunt obviam Senatores: deductum collocatur in rostris, in quibus vivum peroraverat.

Sena: 1mus Age nunc Antoni præ rostris Oratorem qui pro ro

stris

stris desiisti Orator. Mutam tacitus age Scenam, quam ut Orator effice:res, tacuisti. Septennio siluit Pithagoras, ut post disertius loqueretur: tu locutus, ut sileres. Laxasti frena linguæ, ut è vivis ocius discederes.

Sena: 2dg Auream plane Oratoris linguam, quæ dura fatorum necessitate, tacta siluit. Medio fatalis silentio noctis, Cælestem linguam! Mercurii astrum! ipsis fatorum magis disertum, magis conspicuum. Torques Galli Herculis faucibus veriores: voluerunt auream vocum torquem ut se devinxissent; innodarent medio suadæ ductu: fortunatior in vitæ filis præda mortis, quam intra casses Timothei fortuna.

Senat: 3tius Quanto tunc Antoni vocalior! dum medio eloquentiæ in voce vitam amisisti. Quantus humaniorum amor! ut non prius quam vitam desineres; et desinere mors erat. Ita orationi periodum, ut simul vitæ imponeres. Una suadam unâ dies concludere; nec humanitatem velles, si non prius exuere hominem.

Senat: 4tus O finem eloquentiæ! ut fores orator ad alios, extra te abiisti; sui oblitus, ne oblivisceveris Patriæ. O suadam vivacem! cui propriam inspirasti animam, ultimum exhalasti spiritum, ut animares auditorem in propositum. Quanta toni vehementia! ut ipsa te obstupesceres! rigerent fauces, et suada linguam figeret, ut ceu Cunctator Fabius fuga triumphasset.

Senat: 5tus Mors an vita in Antonio disertior? problema cui nec vivendo mori, et moriendo vivere facundiæ voluerit. Oravit vitam etiam, quæ sit non eloquens. Admisit autem toto se, mortem licet, quod facundam; ipso complexus pectore in caput hostem, fata: quod eloquentiam induisset. Calamum plane linguam Oratoris, qui suo fato disertior, facundior in Sepia, ac si vivus in pennis evolasset.

Senat 6tus O effrons fatorum scelus! sine fronte Parcas! frontem Senatus et eloquentiæ abstulistis. O Deorum iras in Patriam! quam ut puniretis, ademistis caput et intellectum. Heu perversam mortis astutiam in Oratorem! quæ ut se facilius admitteret, suis illum in Stylo aggressa armis; aggressa Antonium in eloquentia.

Amus Sena Heu funebrem Oratorem! mortalem suadam! cui inventio funestissima! inventio non extra infortunium! dispositio qualis ante mortem, in alterius orbis regione dispositio. Elocutio? heu dolor!

inaudita! vix proferenda.

2dus Sena. Quanta in vocib, imo in toto Oratore metaphora! e vita, in tumulum; ab exedris, ad feretrum translatio! translatio ab animatis ad inanima! o tropum improprium! medum translationis heu inusum! absq similitudine.

1mum. 3tius Senat O prosopopeiam visu terribilem! auribq funestissimam! quantum horrenda personarum ab oratore, et in Oratore inductio: dum ipsa Libitina pro Oratore; pro Antonio perorarunt fata. Et O horrendam Parcarum ad Marcum Apostrophen! Emphasim heu execrandam! o insperatam aposiopesim! qua et suadam et vitam ex abrupto pracidisti.

4tus Sena: Heu! suspirandam ultimam oratoris exclamationem cum admiratione permistam. Sustentationem heu aeternam in Suada! ut tamdiu te audire non liceat, nec aliquando continget. O comutationem

2dum. eloquentiae, et rerum! mortis parenthesim nunquam finiendam.

5tus Senat Nimis pullatum ornatum eloquentiae Rhetoricum! o figuras cruce atrociores! Degenerasti orationis incisa in Lachesis falcem! in fatale telum, stylus! Degenerasti conclusio, in vitae Epilogum. Quanta suadae gravitas! cui orator coactus succumbere.

6tus Senat O vocalem Antonii eloquentiam! cui surdis etiam mors auribus stitit se auditorem. Sed auditorem simul et Oratorem: cujus suadae, o quanta licentia! permissio, et concessio liberrima. A laetis ad laetha equidem, sed tristissima; a tristibus ad fatalia, quanta gradatio! Quantum rei narratae epiphonema! et ultima exclamatio.

Apodosis

Spectastis, auditores apodosim in protasi; dum in Latii Mercurio, Karnkovium; in Romano Oratore Antonio, Antonium, nuper publicum Oratorem.

3tium. Uterq pro exedris Orator, desiit Orator pro exedris: utriq rostra feretrum, stylus et acumen oratorium fatale telum, mors fuit eloquentia. Pro conclusione peroravit, et vitae nactus Epilogum Orator funebris. Dedistis jam aures solutae, facundi doloris condo-

sentias, date Symbolicas, ut obligationem exsolvamus ligatas suadas, quam contraximus finitimi oratori Poetae. Parce utriq. suadae, Auditor, quod minus sit facundus, licet magnus dolor, quem sua oppressit magnitudo, et tantum vox faucibus haeret.

Emblemata et Symbola in facundum ejusdem mortem.

Pingatur Olor suae praecinens morti cum Lemmate Cantator funeris ipse tui — 1mum.

Te Volucrem loquerer, loquerer quod fama per orbem
Sis pennis doctis, promptior Hermis ave.
Sed rostris facunda voces cum fata disertus,
Ore canas tacitam deficiente necem,
Atraq. sepulchrali declames letha cothurno,
Ultima fatali pneumate lata sonet.
Es Cygnus, moriendo canens, moriensq. canendo,
Cantator subiti funeris ipse tui.

Organa musica sonum edentia cum Lem: Quoad Spiritus adsit — 2dum.

Jam celeri, carptimq. sonant, modulantur et altum,
Jam lenem pulsant organa voce tonum.
Nunc instructa gravem, mediis permissa cicutis
Ingeminant totis nunc adaperta tubis.
Ultimus internis adsit quoad Spiritus extis
Vocali sacrum personat arte melos.
Talia Mercurii licuit te audire locutum,
Donec verba tuas destituere fibras.
Spiritus eloquio fessos orbaverat artus.
Organa pectorei deseruere toni.

Solare horologium in quo Stylus ultimam designat horã cũ Lemmate: Ultima a Stylo hora. — 3tium.

Extremus cum lucis agon cum fata diei
Vesper ab occiduis promicat orbe plagis

#

Et lustrat Clarius radiis horoscopa Titan.

Ultima directô praevenit hora stylô

Sic tibi summa dies cessit lux ultima vitae,

Lethaeas noctes hora suprema tulit.

Quam designavit mors ultima linea rerum,

Pro rostris index parturiitque stylus.

4tum. Lingua Marci Tullii Ciceronis pro rostris acu sauciata ab Antonia cum Lemmate Est vulnus acumen

Litera saepe necat, fatum solet esse disertum,

Caliguläe gladius, pugio verba solent.

Expertus Cicero, fuerit tibi quanta cicatrix

Et quantum linguae vulnus acumen erat.

O aciem! suadaeque stylum! ô incisa loquelae!

Rhetoris in nostri degenerastis acus

Degenerastis acus, funestae tela Tyrannis

Unà suadae, unà mortis acumen erat.

5tum. Cythara in qua ob suam intensionem medio lusu rumpuntur fides cum Lemmate Vires intensio rumpit

Viscereis festos nervis orator honores,

Intensumque fibris construis arte melos.

Harmoniae vocum resonant modulamina suadae,

Sacra tuis fidibus tinnit in ore fides.

Illudis Baccho, feriis illudis Iacchi,

Dulcia ceu plectro, pectore verba sonant

Sic varices, rupitque tuas intensio vires

Ilia vitales destituêre soni

Concentus reticent, reticet symphonia linguae.

Est sine voce fides, sunt sine voce fibrae.

Philomela quæ in cytharam fidicinis decidua inter cantus moritur cum Lemmate Parit facundia mortem. 6tum.

Orator Philomela loquax sermone diserto
Tinnit voce tonas, insonat ore melos.
Insonat ambrosias pariter facundia voces
Rhetoris arguto murmure suada strepit
Lingua per eloquii variat discrimina pectus
Ut rostris aures vox replicata petat
Ast utriq nocent voces, nocet esse locutos
Interit hic rostris, occidit illa chelÿ.
Eloquium sessos, peperit facundia mortem,
Occinuit propriam prodica suada necem.

Fulmen præcedente tonitru cadit et comminuitur cum Lemmate: Vox nuntia fati 7mum.

Intonat æthereo vocalis ab axe susurrus,
Facundis pulsat nubila voce fragor.
Fulmen ab aerea recidit cum, nube trisulcum
Declamant casum nuntia fata suum.
Lethæis Pericles sermone tonitrua rostris
Cum quoq vocali fulminat ore sonans;
Ceu fulmen medio tonitrus, medioq fragorum,
Casum inter voces perniciemq refert.

Sera Mathematica è literis conflata cũ Lem: Verbo claudit in uno 8vum.

Ostia sunt sensus, patulum sunt lumina limen,
Sunt auris, fauces, ianua, lingua lares.
Incola corporeos linquens cum vita Penates
Debuit humanam descruisse domum.

II

Ostia quo claudat, claudat compagibus aedem
Ludrit, quam referant limina nexa seram.
Ast en jam senons verbo clauduntur ab uno
Verbalem referunt ostia clausa seram.

Ad. M. D. Gloriam.

Annus 1722dus in 1723tium.

Oratio in Renovatione Studiorum

P. Thomæ Baczyński.

Ad publicos evocamur congressus AA. Quò procerum expectatio, Nobilitatis desideria quò fessa populi spes invitant; magnis connitendum passibus. Urbibus iam assonuit fama blandoq classica susurro Provincias Palatinatus Gradivum excivere. Recludet consilijs Regiam, eadem quæ Regibus Augustal pandit Varsavia. Elinguis hactenus facies Regni altum abrumpet silentium, premet oracula voto Patriæ responsura. inclinabit vota quo propendet, favor in Superos, communes queis se spes erigunt. Convulsa Legum integritas, longa inter suspiria fatiscebat: resumit animos adverso haud sternendos casu. Os libertatis Polonæ diriguerat in marmor Memnonis: affulsit iam serenum, quo in voces animetur, sancita laturas Tripode sanctiora. Patriæ poli frontem, funestum involverat nubilum: renidebit die quem accendent aurea Regni lumina, prælucet Aurora in Purpura Procerum: tam nativus hic Senatui color, quam lucis publicæ prodromus. Primi vultus arridebant Patriæ: redibit amænum frontibus. Præstolamur diem, quo se publica provolvit felicitas, annorum expectatio, populi votum, Ecclesiarum spes, Legum firmitas, calamitatis excitium, (arctabo elogij magnitudinem:) dies una: fortunatarum nobis datum epithome, auspiciorum Ilias gemmica. Demitte supercilium ambitio, detumescite Nationum fastus: vos intra, Consilij solium edictorum cælum quoddam evincere contenditis! aures nostras asperavit sermo arrogans: a vobis dicta! probari cælo; quæ a Regum ore percipitis! non secus ac a Numinum consilio prodirent, prono in adorationem vertice censetis maxima; Nobis vero Libertatem, exanime quoddam simulacrum effinxistis, funestum veluti cadaver, lacerata pectorum unione, mutum bustum firmis consiliorum effatis nusqm vocale. Aures iam arrigite. Libertas Polona exanime vobis audijt simulacrum! spirat in vota Regni hoc est publicas animatura spes, in cladem vri spiratura. Funestum iactasti cadaver! coibunt cunctorum animi et metu examinabunt adversos fastus. Mutum illud bustum Libertatis vobis loquetur funera. Quantum vo. nra reposcunt desideria: Lechico Marti laureas integritatem Legibus Senatui gravitatem. Nobilitati gloriam unanimi faciet edicto.

Augustum

Augustum hoc præmitto Comitiis votum amplam vobis Panegyrim eruditæ mentes, e vestri sententia procedent Consiliorum successus Vos Comitiorum Rni Maiestas, Legum nominisq Poloni securitatem firmans in dicionem incurretis.

De Maiestate quidem Regni dicturus infra illius tamen dignitatem Orator Magnorum hospitum se submittit Consensui a quibus in comptæ Suadæ honor, ac Oratori accedet gravitas.

Olim conclusum teneo adamantem annulo, Phœbum Olympo intrepidam Auldiis basim detrahi, si consiliorum studiis dematur eruditio. Æstimatissimum verborum pondus, gemmas reor: Quibus ab ore fundendis doctæ Legatorum inrudant mentes, cumulant Fortunam Rni. Splendorem quoq nominis æmula Phœbo maiestate augent scientiæ. Luctuosam in noctem vergit cœlum Patrium nisi eruditarum sereno mentium affulserint, Athenarum Sidera, suis captum luminibus creditur: nisi in Purpuratis verticibus Coelisq Suadæ Oraculis iubar Atticæ radiaverit. Tanto se lumine impendunt Regno Scientiæ, quantum iam illius firmitatem solident expendite. Rationum robore nixa tuto consistit negotiorum moles, pulchramq in cœlum protendit maiestatem. Nutat Legum incolumnitas, nisi succollet argumentorum inconcussa vis. Prona in infames lapsus propendet Provinciarum gloria nisi magnitudinem causarum prope immensum sustentanti Senatui suffecerint lacertos consilia ut Atlanti Alcidæ firmiores. Quot illam contra, torquentur tela! odiis non raro domesticis turgens assurgit Gigantomachia extinctura splendorem Nominis, stratura maiestatem! in suppetias evolat Sapientum Phalanges, triumphalis pugnæ clava cessit Palladi. ni absq casside ac parma mentium Deam proposuit Apelles, adversos propulset impetus. retundat! hastam stringit manu, infensam vim profundo sternat vulnere. Apello Macedonem: publicis ille se committens negotiis, sive cum ad Gradivi classicum vocaret hostium bella, ut vinceret; Sceptrum una vel chalybem, Iliadem Homeri alterâ stringebat dextrâ, apprimebat pectori, quo manus esset versura victorem impetum, quo consiliorum, finis collimaturus: Homeri paginæ prænotabant. carminum cæsuræ adverso infingendam conflictui cicatricem signârunt libri capita Comitiis argumenta providebant. Clausos etiam in noctem si quando teneret oculos Regum Invictissimus, prospiciebat Reip. commoda, prævidebat Patriæ discrimina, ut amoveret. hostiles a longe spectabat acies, ut funderet. contra Reip: nodos bellô haud facile superandos Achillem movit cum Vate; lectissimas Heroum catervas, recensuit si unum legisset Homerum, componendis Regni triciis barbarorum sedandis tumultibus, uno opposuit Homerum unus ille, præliorum laurea consiliorum gloria, unus maximæ in Magno Macedone maiestatis anima. Dictis annuunt Superi plenoq gratiarum agmine, propendunt in favorem literarum. Athenas tum, Legatorum numero ipse ampla se collegit Græcia; urbem id est Minervæ Solium petiit, pro maiestate Imperii causas conclusura. audito Proceres effata decidisse de sententia Sapientum. Purpuratos congressus ac Sanctiorum gravitatem coronavit cœlum adamantibus irradiata Cydaris ab alto delapsa inter dextras Musarum resedit: frontem salubris consilii coronari dixisses, gemmas defluxisse in Gangem allapsum Pactolo aurum;

unde

unde Græciæ pretium, Comitiorum æstimatio dimanavit. pro animorum
coniunctione desudanti consessui, uniones refudit Olympi; frontis eruditæ stil:
las pensavit ad coronam. Vestræ applaudo sorti Proceres æstimatissimi. accepta
cælo vota; rationum pondere Superos flexistis; cunctam attamen, qua vos cælum
alluit, gloriæ fortunam, Musarum solio affundite: vestri coronam Imperij Con-
gressuum Maiestatem Principem, eruditorum Numina sustinent, ipsamet vri
Coronæ Imperij Majestas, nec non Maiestatis Comitia inter, plusquam augustæ
Corona. E Græcia deflecto suadam in Polonias. Athenarum extin:
guit gloriam: Senatus, Nobilitatis Maiestas. magni Comitiorum conatus de:
sudant gemmis; Poloni referunt Cyneæ vocum pondus: adamantinum; se:
dati sermonis gravitas illis aurea; Legati quotquot Subsellij honorem deco:
rant censentur pretium, ut Regni vota coronent. Quanta quanta vero est
Lechiei congressus Maiestas; Vestris commisit se humeris Eruditorum Numina:
erigitior ad Senatus pompam. subiecistis armos. attollit pretiosum verticē
dextris, hoc est consiliorum robore succollatis. auguste se profert apparatu illius
honos: vos honoris Princeps Gloria. Nutantes Ecclesiarum Spes, fatiscentia
Divorum decora in sublime colluctamini: Sapientiæ dextris attollitur Consula:
re solium; cælestis illa cum sit origo: eius e sententia prodibunt sancita, Supe:
rum scilicet approbatione Sancta. Pallas cælestibus evoluta fascijs, Consul:
tantium vota devinciet cælo. Mercurius: Deorum Nuntius pro Domo
Sua Oratorem aget. suavi verborum illapsu in Polonorum animos, pectora tra:
het in sententiam Superum. Numinis tanti docta non minus quam sancta re:
legunt vestigia, Scientiæ. instillabunt ori Legatorum Poloniæ, polo veluti con:
sanguineæ in Divos favorem: Ecclesiarum solum. Prima religiosis prævit auspi:
cato passu Scientiarum Princeps: Sacerrimus Virtutum Theologicarum Cœtus ul:
tra Sernionem Charitum Gratioso amplius nomine, Maximi congressus lin:
guis cordiq se insinuat suaviter et ædium quas probitas incolit amorem loquitur intime.
Aristoteles Divorum gloriæ militabit. Infensa bella templorum sortem impu:
gnent; argumenta, quæ malevolus livor acuminat, arietent honorem Numinis:
unum si cunctis opponas Karnkovii Agnum, retundetur adversam vim, nullo
superandus impetu tanquam Dilemma cornutum. Oratores quoq Ortho:
doxi Subsellij Maiestatem animant, cum immortales Poloniæ maiorum cineres
a Sepulchrali saxo vindicant, ut Patritias Curules plenamq Legatorum seriem cu:
mulent Augusto Antenatorum numero. Nec Prosopææ artem hanc censete AA.
vivunt enim in memore posterorum amore Maiores, fatis excusserunt mor:
tis iura, recte factorum gloria semper vocales. Illos primævæ restituimus Curuli
ad cæli Patriæq votum dicturos. Humo abiectas olim triumphales exuvias lin:
quunt, animo se conferunt in stubam: et dubio procul, corporis exuti molem,
cum solum vivant Spiritum, unanimi adspirabant voto Spiritualium inte:
gritatem bonorum. Casimirus templorum fundatione maiestuosius quam
solio primus eorundem decora, gratiarum perennitate coronat. Vladislaus Ja:
gello zeli ardore Princeps, Sigismundus Nominis Regij Successione Itius, at
profusa in Divorum ædes liberate nulli secundus, uterq dignitate ac elo:
gijs maior in suæ virtutis exempla perurget Poloniam. Tot a funebrium um:
bra eluctati Reges hoc est Poloniæ sidera et Soles Purpurati, amænos
Regno, Religioni aureos dicunt dies. Quodsi reliquos a Sacrophago Proce:
res invitavero: intra Stubæ unius angustias, cæli augusta, Divorumq quodq

Concilium

Concilium licebit complecti. Quantus iam sit Comitiorum honos, concludite. Cœlo quod Princeps: ad gloriæ immortalitatem, quod censetur summum cunctum Regni Comitiorum congressus recensebit. Amplum a vobis quoq sortitę decus Illma Palatinatus Calisiensis Nomina. Quæ vestris inest Consilijs gravitas: sua inter effata Consus ponderaret. Catonem Romanis Pyrrho Cineam non inuidio: ad votum Reip: Legatorum vestrorum sermo: Polonæ Libertatis assertor Gallicano Herculi Maiores, hoc est Maioris Poloniæ Proceres, pretioso dicendi nexu, aureâ oris catenâ, pectora in obsequium Reip:, ad unionem animorum, ac sententiarum concordiam trahitis. Secundam isthic etiam Comitiorum pompam explicatis. Judiciorum vestrorum Maiestas: ad Comitia congregatæ Poloniæ, nova facies. quæ sanxeritis altera credetur Constitutio Proceres Aestimatissimi estis Libertatis vox aurea, Consiliorum Oraculum plusquam de Tripode. Vos quoq gravis literarum illecebra invitat Juvenes Lectissimi. docto labori manum animosq committite: Scientiarum suffragio, Comitijs olim futuri Maiestas, Magnisq congressibus pompa suppar Dixi

LEVE OPUM PONDUS

Eiusdem

In bilance Alexandri Macedonis expensum ad plantas Borgiæ Gandiarum Principis abiectum in Scenam datum

Argumentum

Divitiarum Provinciarum spolium, Gemma Macedoni cesserat pretium illius communem unionum valorem excessit, quod bilanci superimposito insueto pondere ingentem prægravaret gemmarum cumulum. Si tamen perexiguo inspergeret cinere cunctum ei decedebat pondus cum pondere itaq amplam pretii magnitudinem modicq pulvis funeravit. Reculinus de memoria æternitatis.

Protasis

Nuntius Macedonem ad bella animat contra rebelles Persas. Nuntius

Bella iterum Campis infundito Regum Invictissime. Profusô nuper tellus tabô ebria, rursus rebellem sitit sanguinem triumphali pede domito Persarum cervic jugum excutit, imperii perrumpit frena, parum abest: Regali sceptrum dextra, vertice deturbet diadema. Perfidæ supercilium frontis, quas attollit cristas tuo deflectat calcaneo. Trito triumphorum calle id est per Barbarorum colla solium conscende: illa nisi presseris? Te improbis ausibus jecisti suppedaneum. Alta Jovis Propago in mas excandescito: assurgit Gigantomachia funestior, recudit minas, ni fulmines. Integra Vulcani panoplia sudat sub armorum onere, quod tua premat, opprimat Imperia! sub Centimanorum malleis laborant chalybes; tuo aptent vertici! Tumultuans belli fragor, ferriq strepitus honori tuo immurmurat. temerarios contra nisus detonent ultrices flammæ. quas Lipare capti:

vat antrum, minas egere: bellico succumbat furori nefas. contorque funera, clades acue, ut triumphali fuscendis acinace altos defigas cicatrices.

Alexander — *Alexander se ad novum bellum animat*

Cor vindicta urit intimas inter fibras calent ultrices iræ. Belli fulgur detonat, rursum æstu certaminis Gradivus ferveat. Heroos artus præliandi ardor agitat; pugnarumque gloriæ innutritum pectus mucro sollicitat ferro vindice inconsultos ductus persequar. Orbis terendus victore calcaneo, conterendus hostis! insonet Martiale Classicum, victoriis litui Plaudant triumphales. *Classicum canit.*

Dux — *Dux inclamat.* Bellaces animæ ad arma, ad arma! *convolant milites Dux alloquitur Alexandrum:* Numerosa militi manus à tuis Magne Macedo pendet nutibus. armis animisque feroces medias in cædes volabit cohors, propriô etiam fato tuas animatura victorias. *Indigitans vexilla:* Militares Aquilæ Jovi nostro ministrabunt fulmina, quæ in hostium detorquas exitia. Istis sub signis triumphi militant, victorias vagina condet Gorgone parma horret, adversasque fugat acies. flammans oculorum fulgur hostem sternit! bellicis ardoribus adustas facies, funera Lethique atrorem loquitur. Dux verò pugnaces dextras armarit gloria? Leme horror hæc frenatus manu! sudat ferrum? ensis ictus fulgure ruit hostis. Quandoque chalybem stringere, non longo telorum comminu attentare jugulum: unus heroe virtutis obtutus fudit hostem. Illos demum in arma legimus, qui animô spirent Gradivum, belea referant robore; quibus terror hostium corrugavit frontem, vultum ad minas quibus formavit Bellona. Hi conflictum tibi victoriæ comites. Tu Heroum Ductor Ducum Mars et certantium Anima. Vibra ferrum, et abjectis capitibus adversa bella Macedonem adorabunt fortitudinem. Ad tua classica laureæ salient, tripudiabunt palmæ, lituorum fragor plausus coget.

Alex: — *Alexander* Emerita bellis pectora Regali militent gloriæ: qui meo laureas acclinarunt certamini, Heroas frontes triumphi coronabunt.

Scena 2da

Persarum Proceres consilium ineunt, bellone (: uti jam inditum est:) attendandus Alexander, an muneribus placandus.

Ang Procerd Persæ. — *Unus illorum dicit.* Actum de nobis Proceres Maximi impendent cervicibus clades. Provinciarum decora, fortunæ splendor aureas, gemmans opum fulgor, nostra illustrabit funera. Amplo divitiarum honore assurgent tumuli mox superbo Macedonis calcaneo insternendi. Magnus ille vicinarum strage urbium, insontis hel:

helluo sanguinis nostri quam sitit cædem. Vivit ut nos vites-
se gestiat, è publico Regnorum funere vivacem in se spiritum attra:
cturus. Maturè occurrendum malo. Jam quidem in bella con:
clamatum; at nos vana pectus formido reverberat; Gradivus num
nos ferali nobis insonuit classico? nimirum hactenus Alexandri
animô suppressam flammam fecimus erumpere; irritavimus
odia semper animata in cædem. 2dus superfluus animum
anxius sollicitat; erectas Persiæ spes violentus timor impetit, ut
sternat. Magnus ille Macedo, suâ jam famâ minor! crebras in:
ter Gentium strages decrevit magnitudo- robur attrivêre prælia
perfregêre fortitudinem. Nihil aliquid aberrat oculis, quod metu
incutiat, præter nomen Magni. 3tius: Dubiam reor concla:
mati belli aleam. Latè per Regna diffusæ adversantium mortes,
horror illius pectori adspirant vigorem igneum. prælionis ardor
vicinas depastus Urbes provitat iratum flammas: Macedonici furo:
ris rogo Persidem immolavit consulta virium nostrarum præsidentia.
4tus: indigitans dirutas ab Alexandro Thebas probusne 20 annos
habente: Legimus oculis vicinarum casus Urbium nostris ruinis
prodromos. Thebarum gloriam Domum ingresso annum, Fortuna
belli Alexandro jecit suppedaneam. labant Turrium vertices, mæ-
sto consepulta pulveri squallent propugnacula. de vastissima mœnium pro
amplitudine nihil posteris relictum præter infame cladis monumen:
tum: grandes ruinas nostri præsusisse casum metuo ni ex vano. 5tus
Ne inconsultus præliandi ardor abripiat Persarum animos censeo. mu:
neribus ac ampla fortunarum dote pacem emendam rectius autumo.
6tus Promptus irem in sententiam, nisi mentem ardiam formido
retraheret, ne muneribus triumphali planta protritis, eidem impe:
rii quoque nostri Capita in suæ adorationem tyrannidis insternat. 7mus
Delinient furorem dona, minis obfirmatum pectus deflectent ad
clementiam. Auri fulgor quantumvis efferum Leonem huncvincet.
aureis pugnandum hastis: pretioso stratagemate Cor principis ante
prælia expugnandum. 8vus Probo consilium. Legati mu:
neribus graves Regiæ solium adeant clementiæ. Expediuntur Legati

Scena 3tia

Nuntius Alexandro significat venisse Legatos Gentium, quas Nuntius
contra bellum, bellum parabatur. Belli congressum provo:

volârunt palmæ, Magni terror Nominis ad Tui plantas coegit
Barbarum, metus prope exinanivit. Cervices et si residui quid
fibras inter hæsit sanguinis animiq; vestigio effundunt triumphali.
Clementiæ pande aditum solio supplices gemitus admitte. Legati Per:
sarum, Regna Tuo sternunt calcaneo. Alexander excandescens
rejicit Legatos: Macedonius coget mucro subdetq; triumphali plan:
tæ colla perfidiæ. Nuntius: Eodem de solio velut è tripode de:
Nuntiq creta æquitatis clementiæq; fundi oracula non raro percipimus
Alex. Alexan: Iræ vindices pectoris Regiam sollicitant. Nuntius
Gratiarum Numinum ternionem cumulâsti Princeps Clementissime:
Alex: innumeræ regio pectore regnant Charites. Alex Gratiarum sinu rebel:
lem excludo perfidiam, ne veniæ pateat adamante durius obfirmo.
Nun: Alex Nuntius supplices emollient lachrymæ. Alex Proluendo cruore
cor emolliendum novens. enses furor acuat, stringantq; clades horrente
auram litui afferent. tympana strepunt, evaginantur enses, Alexan:
dro intereà deliberante, at mutatô geniô suavius. At Sic ne pe:
ctus iranum Ætna concitat? quæ fervent odia? Alloquitur Nuntiu[m]
Exoratos clementiæ aditus pande. Legati Persarum adveniunt Regni
Legatq Img insignia deferentes; Unus illorum ait: Victori calcaneo procumben:
tes accipe, quos nuper ultrò Tua imperia, temerarii ausu surgebant.
Vicisti, priusquam congredereris bellô. classica nondum excivere pu:
gnas, cum gloria Tua famæ Persiæ triumphis insonuit. Longius No:
minis porrexisti terrorem, quàm gladium. Superfluum duximus: nos
telis impeteres! ferrea compede magnis mancipares obsequiis! magis Per:
sæ animosq; damus. Huc nos vicinis viciniæ strages compulit. Legimus
oculis rebellis prælii manutiis assurgentem victoriæ pompam. Fune:
stabant hostium sortem funesto ~~[illegible]~~ insepulto cineri Arabiæ propu:
gnacula. Dirutæ prostant Arces, graviq; lapsuum pondere gloriæ
Tuæ attollunt magnitudinem. Uno non Urbes casu trepidant ab ulto:
referro. Chaldæorum tumulis horrent cædes, heroo insternunt pedi
exuviæ, per quas victoris graves currus agitâsti. Tuo hoste tabum
profluens, gloriæ aperiebat fontem, quem de cæsorum cadaveribus ma:
gnanimus excussit chalybs. Arctabo Panegyrim propè immensam
ad compendia. Heroum Gradivus, Macedoniæ Trophæum, cunctis metu[s]
hostibus audiebas. Tanto proinde Nomini Regnorum sceptra et vitam
effundimus. Insignia Regni subjiciunt plantis. Heri; Si clementiæ
leges suaves oñs animiq; Tui sinunt Charites. Si quam pectus iram
acuit. Heri. minimè inglorium est à Te sterni: nostro casu attollere

spira nostris cadibus, vive Macedo. Alexander: Spontaneo | Alexander
te sternentem casu cervicem ferrum refugit. Cesint Cupressi,
Persiam coronet olea. Pedi huic subjecit Regna fama mea terror,
in spem eriget Regius in subditos amor. Paci applaudunt tubæ.
Legatus gemmeas ferens dona: Gemmantem Erythreæ procellam | Zelus
Tuo affundimus solio Regum invictissime. Gestit illius premi
calcaneo, cujus plantas (? quam Ganges à pastu fortunæ) surget pre-
tiosior. Suam felicitatem attollit, si Tuo allabatur vestigio. Quan-
tum Te ipso Regii honoris majestatem erigis, tantum gratitudi-
nis tributariæ sortem effers: ipsemet obryzo pretium et muneribus
Magnus Princeps. Quodsi nostram pensamus fortunam: citra com-
mercium, aureas ætates complectimur in Te uno. Sub Tua sceptra
venit felicitas publica; spes aurea magnis reguntur nutibus. Im-
perii nostri cumulamus opes, quæ in Tuæ adorationem gloriæ
sudant plantis. Admittes Princeps maxime vectigal Tua digni-
tate minus, at nominis magnitudine sublimandum. Alex: | Alexander
Munus, quo sanguinem redemitis rebellem, plantis quin animo eti-
am non dedignor. Imperii vestri affectibus, quam pretioso pen-
dere gravius illud in favorem deflectit Regalem genium.

Scena 4ta

Alexander curiosius muneris opes, earumq. pretium conside- | Alexander
rans, unum præ reliquis magnitudine grandiorem adaman-
tem advertens ait: Unius præ reliquis gemmæ suavis ille-
cebra oculos animumq. rapit. Insolita magnitudo ada-
mantis istius valorem effert. Legatus: Par magnitudini | Legatus
pretium. Unius hic aptam gemmantis gazæ fortunam la-
pis prægravat pondere pretioso. Alexander Asserti fidem | Alexander
num dictis respondeat, bilanci committo. Fertur statera in
illius una libra cumulus ingens gemmarum ponitur, in altera
oblatus ille adamas. Pondus exploratur. Adamas prægravat
reliquum gemmarum cumulum, tum Alexander ait: Dignum
Regia munus Cydari. Legatus Valorem nulli licet secundum | Legatus
gaza, unum est, quod imminuat. Alexander: quod illud? | Alexander
promptus edissere. Legatus formido non vana pectgagitat | Legatus

Alexander

Alexander Metu te omni absolutum volo. Legatus Exiguus lapidi adspersus cinis pretiosum levat pondus, pretiiq tollit magnitudinem. Alexander Minimè dictis annuo: ponderis tanti molem exigui allapsu pulveris posse imminui. narrata fidè superant. Legatus In jugulum hoc mortes acue, contorqs cædes, expedi funera Regum Maximè, si dictis fidem fallo.

Alex

Alexander Ni dicta eventus probet ipsemet in tui cladem acuminasti vindictam. Cinerem illum adamanti adspergendum tibi funebrem scias. Legatus Decreto Principis lubens cervicem acclino. Alexander ad Ephebum: Cinerem Regiæ infer mensæ. dicit. Ephebus adfert cinerem, Alexander adamanti adspergit illum, ponderaturus ponderat pondus illico ex integro minuitur dicit dictorum exploro fidem

Scena 5ta

Alexander ait: Eu pore perexiguus gemmantia pondera cinis atterit! quantum valuissis opes: isto admoneor pulvere: Cantus lugubris

Proh! ut esse fortunatum

Falsæ opum spes vanarum

Cor aureo mancipatis

Torque, mentem obligatis. Mortalium

post cantum Temporis ac Mortis Genii urnam ferunt cineris plenam. mutatur theatri splendidi facies in lugubrem, echo feralis insonat interea Tempus levans de Urna Cinerem, inspergit illum opibus Alexandri. Mors easdem devolvit in urnam, ac cineri permiscet. Famulitium Alexandri varios luctuosos genios repræsentat. hoc est aliqui

Alex

deliquio sternuntur alii dubito pallent. & interea Alexander ait: Amplas Regnorum opes hæc pompa manet! cinis funerat perexiguus! felicitati nostræ succursus agitatus. Ludimur mortales! leve est, quidquid opum congerimus: Valere cum ampliùs non valeant, valeant opes! pondere gemmanti sublato, non igitur Regis animum in sui amorem fortunæ pertrahet.

Apodosis

Prologus

Diviniorem Alexandrum vestro A.A: D.D: sistit conspectui natale purpuratum solum, patria Principum Ducum prosapies. Franciscus Borgia Nominis honore quartus, at promptò levis fortunæ fastidio primus, rectiùs expendit congestas

gazæ momenta, cum omnem illi; quia Ducalem traheret genium, ademisset gravitatem. Permanenti onere diu in amo: rem opum deflectebat fortuna cor Principis. Nihilominus adamantibus licet graves, in animo Francisci viluêre ille: cebræ, ponderis pretiosi jacturam passæ inter cineres Isabellæ. Levitatis deinde simulacrum Fortuna Francisco audiebat. Divi: tiis quod subduxit pretium Borgiæ theatro addet. Vos quoque A.A. Æstimatissimi vilem Oratorum suadam favoribus cumulate. Divi

Scena dma

Borgiæ solium attollitur medium inter trophæum effe: rens avitas ciphras honoris et arborem Aertis insignibus Gan: diæ Cataloniæ & gravem tum unus Grandium Hispaniæ allo: quitur Borgiam: Aureo Thimothei flumine de tibi propi: nat felicitas, gemmeo Ganges fluctu Ducalem abluit Prosapiam Prin: cipum auspicatissime. Domus Tua fortunæ augusta creditur. Primo vix in limine alibi consistens: Borgianas ædes dubio nusquam passu adiit; semper illis domestica, ac Gentilitias inter orbitas hæreditaria. illis in Borgianum Regiam invexit felicitas, earum semper pedisequa. Idus Tuo vitlam vittamve obsequio fortunam teres. aureis mancipata torquibus. Orbem fatiti, perennitatem famulaturâ certis obligant pretioso nexu. Gem: mantes manubiæ attollunt honoris Tui trophæum. Re: gnorum diademata, Principum vittæ cadunt. Ducali gloriæ spolium. Pleno Tibi adscribam jure fortunam ne ambigas: interrundos nusquam dignitatum sené vectigal pendet. Istam nihilominus æstimat servitutem; amat sceptro subjici Borgia: no. Ibius Regiæ Consanguinitatis Arbor assurgit ad Aertis invidiam: gemmat pretioso fructu, aureo pomorum gravis pondere frondet Fascibus in Regum sceptra, Clavas flectuntur fertiles honorum rami, virent in lauros Prin: cipumve vittas. Uberiorem vero Arboris hujus fortunam ereo pensamus abunde: non illam infausti Aquilones impe: tent; non exhalis bruma decoquet, non ferrum ferale ster: net. Borgias sublime istud honoris culmen extremis Li: bitinæ casibus aliquando succumbet.

Amus

Idus

Ibig

Scena 2da

Unus de Primoribus Hispaniæ, ad justa Imperatrici per:
solvenda invitat Borgiam. Magni Augustæ cineres Te invi:
tant Princeps. Imperatorio honori parem funeris pompam
Borgias animet vultus Tui majestas. Borgias: mæsto itineri me
accingo. Lugubres assumit vestes Borgias abit. Sarcopha:
Scena 3tia gus aperitur; Structura illius hæc: inter columnas attollitur
supra sarcophagum urna, honorum insignia intra tum:
bam jacent. Supra tumbam pendulam tenet bilancem tem:
poris Genius in cujus una libra appensum diadema, in alte:
ra calvariam: ex altera parte Mors clepsidram inclinat,
ac cinerem inspergit diademati Borgias sarcophago ad:
stans: Eheu cui nos fatum mærori citat? ergone Regum
Borgias amor, fortunæ cor orbis desiderium, populi votum, solii
gloria brevem cogit ad loculum? frontis augustæ jubar ex:
tinctum ferali nubilo! cui blanda Charitum Numina inse:
dêre faciem, gratiarum augustal squallor Lachesis fune:
stavit. Umbra hæc serenitatum pedisequa eo decrevit Gi:
gas honor ne urnam impleat: de toto cinis exiguus super:
bo sese attollentia fastu hic detumescunt summa! Quan:
tos cecidisse ingemuimus! colligite magnitudinem: Orbem
majorem urnæ angustiis ægre parem. Quæ fuerit Isa:
bella? clarius in umbra noscitur. E mortui cineres vivus
Vates ad mensa sedens, Ovidium legit. Puer ejus ad sellam genuflectens, occupationem in festivitatibus compunit [...] dicens: O certissime quam difficilis [...] ego faciam [...] quod ego pro ista occupatione accipiam plagas [...] Vates ubi incidit in illos versus Tempora labuntur [...] projicit se a mensa, deambulans clare legit et hunc dolet aetati [...] Inter haec p[ro]perantes videt agros, in addes astrologi, quo cognito eandem tentat viam. Claudi[tur] proscenium. Vates extra proscenium cum puero prodit, ad astrologum p[er]git.

Proscenium aperit: Astrologus ad mensam sedet [...] sphaeras perspectivas et alia mathematicos instrumenta [...] caelestis cum omnibus signis caelestibus [...] papieren [...] Astrologus accipit perspectivum [...] contemplatur calendarium scribit [...] contemplationem dicit [...] Hoc inter p[ro]deunt agri, venatores, Rustici, Cadavi, Ruthens, Nobilis pauper, studiosi circa recreationem. Vates cum aliis discipulis circa successum anno praesenti in laboribus scholasticis [...] Hos ultimos (: nec alii [...] post responsum acceptum abivere :) perducit post [...] proscenium, ubi ostendit illis Parnassum, supra cujus verticem coronatum numen in Solis figura hoc [...] adorandum, et omnem in scholasticis laboribus successum approbavit. Vates p[ro]vationi acquiescunt. Deprecantur [...] natum [...] procurans et stabilis Parnassum [...] eligat, ad hoc faciliquam [...] pensandum munera illi dedicant [...] Citharam 3tius Laurum 4tus Corda [...]

Parnassi structuram vide in descriptione [...]

Epilogus.

Ad M. D. G.

Ejusdem

Poëma

In [...] Soleo

Kostkana Solea Fontis Origo Castalii.

Pieridum Clariique Patris geminata Voluptas.
Illustres Charitum uncae, Sacra vertice bino
Culmina Parnassi, Vobis praecordia pulsu,
Ungula quae crebro lacerat! Si Solvere fontes.
Castalis est Votum, tanto num verbere Lympha
Elicitur! fluet illa fluet, de fluctibus ipsis.
Pectora non ignara fero; percussa, quod aegris
Petra fluat lacrymis! Cytharam vix pollice tangas,
Iucundos referet, gemitusque tamen! Ictus ab ipso
Corde licet properet querulos Campana sonabit
Tinnitus, flebit vocali murmure Vulnus
Et planctu numerabit atrox. Sic vulnera Calce
Pegasei quivis pellent Heliconis amaros,
(Queis votum fuerat dulci manare susurro:)
Luctibus et plenos latices. Non talia nobis
Marmora nec similes ad gustum vatibus undae.
Sanctior irriguo decurrens nectaris amne
Fons mihi Pieridum sapuit qui sumit ab alta
Principium Kostkae solea. Hac mihi meta laboris
Kostkanam soleam, Vates, dum dixero fontem,
Fontis Castalii. Sacram date numina Venam!
Non alio mihi Currat Epos, nisi nereus ipse
Quo passu graditur, soleatus Stemmate Kostkae.

Lympha Theologiis scanditque littora Ponti;
Euboicus Euripus agris, ubi gurgite largo
Naturae spargit dotes; ubi donat Hydaspem
Fons Oratorum gemmis satur; unde secundo
Gressu Palladiae super aequora docta feruntur
Classes; Mons surgit sacer ipsa fronte Minervae
Hinc quasi de solio Princeps cui sacra satelles
Est Jovis, et mentes famulae sapientia vastos
Orbis respiciens tractus, ubi Phocidis oras
Insignes, frontis gemino Titane peragrat
Rem videt ecce novam: Sonipes Stemptor habenae
Contemnit terras, et cursibus aëra vincit
Quadrupedem Volucremque simul, per inane volare,
Calcibus, et pennis auras lacerare putasses.
Hoc super insolito defixa Scientia cursu
Vultibus attonitis haerens: An [supplex] Masythus inquit
Orbis Monstrorum genitor tellusque stupenda
Prodigiis natura frequens sua pignora largo

Iam fudit gremio quæ sustentare recusans,
Armis terra suis, pellit sup aera, et ipsas
Auras portentis onerat? Premit Ætheris oras
Quadrupedis, volucrisq genq, geminæq sub uno
Corpore spirantes animæ, quasi terrea moles
Iam gravis impatiens oneris, languentis adinstar
Auxiliū liquidis præsens petiisset ab auris.
Iam vacuū, vacuū minime, nec inane vocari
Aera debebunt, queis fudit corpora tanta
E gremio natura suo. Dictis satis illa,
Dat satis atq via sonipes. Per culmina Cassas
Delphica distendit pennas; cōmunicat artq
Defessos terris; et quamvis frena recusans,
Cursibq effusis gratus admittit habenas.

Sic ubi chara sibi dimittit in otia membra,
Aspera sors cautes retulit non mollia strata.
Duritiesq feram stimulos concessit ad iram.
Corpore vix tangit silices, prout membra referreat
Naturā Chalybis rabiei concitat ignes.
Iam pedibq furor altq inest; festinet ad iras
Ungula, quam requiē, ad rabiem pernicior Euro.
Torquet, dilaniat, discerpit conterit alta
Culmina Pieridū; recludit vulnera mille,
Viscera scrutatur; cautis petit intima vibex;
Intima ceu tormenta forent. cruciatq amores,
Chorq et ipse dolor. Nunqm tot Martis arena,
Messe cicatricū fatali campq abundans,
Senserat atroces ictq; nec lactea ferre
Sic Nero effodit proprie præcordia Matris,
Montibq Aonidū, prout condit calce dolorē
Pegaseæ plantæ rabies; tumulatq recenter
Productos ictq, animataq vulnera primo.
Sed condas licitū; tamen hi v abinde dolores,
Sunt summi, Apibq his grandem tumulata Gigantē.
Plaga refert. Crescit vulnq cū vertice Montis
Et dolor haud exilis adest. Sic ictibq altis
Culmina pressa gemunt; mæstos solvunt in imbres,
Optassent tanqm moderari fontibq ignes
Ardentes furiis., Videt hæc Tritonia vultu
Isto quem [si eet vellet furor ipse referre;
Cursibq extemplo rapidis se reddere possit.
Corde vias axemq tenet. Iam nactua plaustro
Iungit, et celeri donat sup aera gressū
Nec mora; vix tergore fugientia culmina spernit,
Obvia Parnassi iuga festinare ruenti
Palladiq vota propriq celerare videntq.

Auxiliū vellent tanquā implorare Minervā.
Ergo conveniunt satri cū Pallade montes,
Aethereos plantis cupidi gressuq Minervā.
Concedit numen votis, et fronte Tonantis
Ortum. Parnassū scandit Phœbea subintrat
Limina. Spectasses illic famulantia sacro
Agmina Musarū Tripodi, pompamq serenā
Illustrē radiis et præ Maiestate tumentes
Colles Mæonidū Thymbræo patre refertos.
Hunc Dea tanta petit flectens et frontis honores
Ut numen decet, exigit ut reverentia Phœbi,
Ponderis effatu magni depromit ab ore:
Aetherea Princeps sedis regnator Olympi,
Laurigeri montis q Parens oculisq̄ amplas
Orbis despiciens oras poteruntne latere
Vulnera, queis stillant montes vestriq meiq?
Si lapides vaga gutta cavat tua dulcia magne
Corda Pater tanti latices mollire nequibunt?
En dolor! en tormenta ruunt! A calce furenti
Pegasei recrusa pedis, sunt montibus audi
Ictus, cerne cicatrices mirareq fletus!
Fontes Castalios dices! sunt lacrymæ! vel si
Fontes? non alios præterq̄m agnosce doloris.
Unica vulneribus tantis medicamina pendent
Nutu Phœbe tuo; modo plantæ pelle furore,
Diros Pegaseæ, pennasq p aëra sparge
Huius portenti: repetat sua pignora tellus
Africa, monstrorū genitrix, sinuq atq Medusæ
Suscipiat prolē. Sic vestri culmina montis
Excutient tam triste iugū pluviasq soluti
In mœstas, solvent ab hinc in gaudia mille
Finierat; Tripodisq sacri responsa perobtans
Obstinuit; paucis oracula fudit Apollo;
Effati stylus iste fuit quod pectora possent
Vestra mihi pridē votū ē. Non culmina montis
Dilacerabit abhinc id monstrū calce feroci.
Audiit hæc Pallas vultū tenuere voluptæ,
Gaudia corrapuit! secq haud succensa flagraret
Aethna pyris, ut amoris concepere Vesevū
Pectora festivū. Tum flexo poplite Phœbo,
Aëreas festinea rotas dat cursibus altis
Præcipitemq gradū Lybicas accedit in oras;
Gorgoneū quod prole sua vicciaverat auras,
Et Terras pariter furia agnosura Medusā
Convocat interea sceptri cortina supremi

Castalidū Mentes; Sensq explorat et aqua
Pieridū Themidi tera tam portenta respondit
Ergo dissidiū resonat p culmina Cantus
Mæoniæ, rigidas mæstis imponat habenas
Fontibq unda celer, cantu Parnassus abundans
Respuit ærumnas. Ubi gaudia mille recurrunt
Sceptra dolor non attg lit nec lacryma tristis.
Calliopes hic sensq erat mox mente Thalia
Consimili similē sensū depromit ab ore:
Illustris radijs clarij Patrisq sereno
Colles sacrati mæstis poterunt ne scatere
Imbribq et dyma Phœbi velare coruscū
Rube caput! secq Euterpe. Phœbea voluptas
Est inquit, liquidis sese committere lymphis
Ortū respicio! cunas Neptunq adorāt.
Occasū arno! consternit lympha cubile
Sic Clarij Princeps odiū h mergit inundis
Jam quod conveniant minimē sacra gaudia Mæstis
Luctibq? affirmo. nec lacryma currit amaro
Fonte, d argutos conterit inter, abunde!
Solvit in plausq. de vulnere gaudia nulla,
Sed dolor, Cuna uterq d tristia fulmina manant.
Mæonidū non plectra forent si pollice tacta
Ad pulsū minimū non flerent voce gemente.
Sic ubi litigiū doctis concentibq ora
Replet pieridū et concors discordia tinnit
Res nova! prodigijs iteri gravis aura referta
[illegible] superū rutilo super aera calle
Penna vehit soleaq, nunqm sic terra stupido
Æquore, Regumq tulit vestigia fastu,
Intonuit qut aura levis compressa sacrato
Calce licet. miranda legunt spectula musæ
Vultibq attonitis! ōis demergit in uno
Lumina prodigiō. fontē nisi nosse peroptat.
Unde volant? quas tanta petunt vestigia terras.
Hæc dū vota calent, ignoto fundit ore
Sors superū Genij: Rosthanæ fert olympo
Stemma domus. Mox sceptra Patris mox delphyca sedes
Blandisonarq Themis sonuerunt: lite quod ultra
Addere discordes aōs sensqq molesta
Bella ciere juvat! Votis satis ēē Minervæ
Sit modo Noster amor. Jam Pegasq excel abinde
Nativas repetat terras, lybicaq Parentē.
Rosthanæ superi soleā & calle ministrant
Illiq monstri, prius dat olympq attores
Nostris liminibq; sint Nri fortis origo!

Arma Sacris sua Dive pugit, scede Camaenis
Atis, pulsa, licitu, parnassia culmina; Vestri
Fons fluet Elogij, Et gemis Stillabit Hydaspem
Vatisq erit d amabile, quali Pallas amaret
Ipsa sibi sortiri Cunas. Voce recepta
Tam dulci, libicas mox fama volavit in oras
Palladius Utuo tactu plangente p aures
Audit diva Parens, reducisq p Aethera passu
Exagitat stimulis, citisq quo montis amores
Prodigium spectare queat. Tenet ecce repente
Has desiderij metas; ascendit amaena
Culmina Pieridos miratq stemmate monti
Insigni postea; latices et origine tanta
Deciduos, dulci modulo p saxa sonare
Dum stupet, ambrosijs superos putat esse refestos
Hic ubi sidereo tam suavi nectare plena
Corda refert In stelliferis sacra lumina mergens
Acibq: O superi! quod pridem vota petebant
Donastis tandem! exclamat; de pectore grates
Mille fero, vos mille modis Parnassiq adoret!
Vos latices, vos plectra, Pater, resonentisq Camenae
Hac Sacro Pallas fudit de Pectore Vates
Carmin.

P. Thomas Barzynski Oratio In Renovatione Studiorum ex Circumstantia designati In Annum Secundum Professoris Rhetorices [illegible]

Secundus Oratori Annus Campum pandit nec non alteram Viris Eruditissimis auspicati certaminis arenam, aperit, assonuit Classicum evocamur ad pugnam animo exardescendum ferveat Conflictus me[...] hore Gradivo Pallas ministrat Arma et sub doctam hastam non Sanciores triumphos coget quam praelia Mercurius Pennas commodat provolabunt victoria Vestris passibus in Aciem descendet laureatus honor Gressus qui vis metetur cursum Gloriae Olym[...]

pia decurret in Limite Operosi conatus coronanda
Premite callem emeritum affundite Sudorem con
surgent lauri Nemora Pullulabunt Palmæ Sci
entiarum Phæbus in Agno Karnkoij recludit
gloriæ Ver portendit messem non Dubiã Lubie
nij Gladius metet laureas. Favete Superi Lenes
Gratiarũ Zephyri adspirent afflent favores fe
litum uberius assurgat cæptum Opus Vestro
Doctissimi Auditores Ornamento præsens desu
dat Oratoris labor Ita Nimirum Secundũ mihi
Annum Ordior ut Vobis Prima voce Summas
inflectam Decora et Sane Primatiales Cathedræ
Primos ac Principes Vobis acclinent Plausus necessũ
est Vel vobis quoq Secunda cedent Scilicet Succe
dant Fortunata. Secundus Oratoris Annus
Calisiensi Athæneo dictione evincet Secunda omnia
Secundo Pro Rostris Dicturus Secundus Audiar
si minus compto Sermoni Dignissime Auditor
auream benevolã acclinabis.

Proscribimus e Lycæo infausta Sub quorum immani
mole gravius quã Sub Æthna Enceladus fatiscebant
Literati alternis insepultæ oblivijs ætates Squalleant
quas aut Lerna Produxit ad terrorem aut Vulcani
Panoplia protulit Incendiũ Sapientum. Cudebantur
Soliorum Sancitæ edictum ferale aspersavit Curas
Stringebantur tela centuriabantur Clades ensibus
Millenisve Cædibus lugubre Theatrũ horrebat O
Atrocitatem præsagij Cruore Jovis Cicatrix respersa
Minervæ fudit Cunabula Scilicet feralis ille Sti
lus Divinæ frontis Inscripsit vulneri Numinum
Sapientia verticem Sanguine Deinceps Haurien dã.

Iuvenale contra Domicianos, In Lucanu Nero Antipater In Demosthenem, in Anaxarchu Ni cocreon, in Solonem Pisistratus in Socratem consp ravit Anthyus mitto plures ne memoratæ Sapi entum Strages atrocius in Animum desæviant, repetita fati recordatio cor laniaret profundio re Ictu.

A cæde tandem quievit ferrum post funesta tem porum affulsit Tranquillu Ducit sereno Cœlu quod nuper fulmina In clades contorserat et et quemadmodu Decretis Intonuerat elogijs de inde Sapientiæ plausibusq insonuit. Ro strarum præ reliquis Athenarum fortu na placidam ac Secunda omnia blan di ri videntur.

Dictorum fidem quamvis inter Commenta Ia sonis non dubiam Spectare licet Cælesti digna Eridiano Navim quæ Thimoteosi cepisset extra ludentis figmenta Somnij fortuna In Casses in pulisset Provincias et Regna bajulam Heroum Argo Conscenderat Iason: non desistis a Portu in flu ctibus præstolabantur Undarum Sceptra Maris Dominum a Supremi Argonautæ Remo tenebat illo quam Neptum tridente fortius percussit insolentem Procellam furentis Lymphæ murmur compressit frenum injecit Boreæ adver si quid quid obsectarent Charybdes hæsit infra fortunatæ Classis Adspirarunt illico mites Za

ventis tranquillum capiebat felix cursus tenuitque portum in quo fausta Coronarum Navim agnum Nempe quem Vellere aspirio fervor comebat lana cui per Villos diffusum saepe Obrisum, Phoebique vel Apollini emulum Iubar fessit in Conchylia Agnum Hortis Hesperidum, vel quas a Gratiis Consitas pretiosus legit ager herbis enutritum, Agnum Coelis Suavem Illecebram Signorum Agnum Princeps Primum renascentis veris delicium caput Anni Saturnios cursuri dies Agnum inter manubiarum opes captum sua In Argo locavit Iason Quo demum desierit callem felix navigium, prospera incomitatum tralut. mulcebant Puppim Athesia. dividem Erythraei procellam, Tragive! Aermi fluctum allusisse Classe prodromam wisse fortunam credi derim ut auspicato pede direpset Aequor, quo fausta Navis decurreret.

Prima haec felicitatum auspicia manarunt e Collectae. Secunda, an secundis omnibus maiora In Calisiense influunt. Athenaeum. Revetitum hic Iasonis Votum et Geminata sors intra Theologici Maris altum Euripique lipas. Postiorem concludistis Collidem Viri sapientissimi doctam quoties Proram Scientiarum Pelago committitis

præduce Patoynis Cynosura comite eodem Navigio defertis fortunam, sequuntur pro spera, plausus ac doctorales Thoniæ operiuntur in littore. Illud nimiru vos littus manet, In quo inter Academi umbras Auricomo canor nemore frondet Arbor fructu de Stillis eruditi sudoris a Scri cto gemmans pari Cereis an majori dignitate folijs comptu vertices emeritos revincturis. Porro illud e quod arbo gis illius Majestatem attollit Patricium Celsissimi Fundatoris Agnum effert.

Etiam hic a profusa in literarum favorem libertate Aureus et Phryxeo Nobilior. ita nimirum tulit Palladē ut Helles vitaret Naufragia calcantur pericula rident procellæ secundo Navigatur cursu, postquam Harnkovij Aries Minervæ Bajulus. Soli trepidant Scopuli Syrtes pavent ad obtutum dextri Gentilitij. Tutam portu Donat Sapientiæ Deam, et Portum Inaugurat felicitatis promontorium Tanto prosperatis augurio tanto Insignis Aries in literariam concessit Argo. Novitaso per hoc e Avito secundi vellere Eruditorum Primi felicia impellunt vela et Insulas adtingunt fortunatas.

Æstimat sortem suam Sapientiæ princeps: Numen Minervā Harnkovij velus

Insigne Principum cordi appressit simul vellere hoc in Polonarum Scientiarum Reginam inauguratā patritii nimirum hæres vellens Antistitum Primas eruditorum Coronam inflexit Palladi nec non in illius fronte vota Regni spes publicas coronavit. Eminet proinde in Solio Scientiarum Calissiensis pallas ast illam ad honoris culmen vi egregia majestas Karnkovianæ sublimavit dignitatibq effulgens sed cui Signorum princeps annis et in Patrio Polo Primum utpote Primaka lecti[?] q̄ invexit solem ab illo dies ordiemur aureos. Elogio amplissimis majus arctabo in Iliadem Calissiensi athenes Celsissimi Fundatoris Agnus aperuit librum in quo Capita singula literarii honoris Coronatur illi volumine hoc annotans apices qui sint gloriæ summitas et summitatum celsitudo demum agni hujus libro incriptos characteribq aureis legemus annorum secundissimos vernant illa regnantq inter principes Rosas Cosminsciorum in gentilitio Lubiensci Capite coronandu annos anno vero gestim and[?] Domus insigne ut Athenienis olim nostri honorem Apollinis inaugurat accedit is ad felicitatis nomen gloriæ Judices maximi

Par vobis accedit felicitas Judi: æstimas. quam Areopagus aderat intra vos fortunam Comitatq dignitas legum robur libertatis vobis Elogiis effert sortem integram, quam semper Athenæo huic intulistis ut faustis semper actæ eundi successibq prosperitate ni absimili Athenæi hujus gloriam coronetis cuncta igitur viris doctissimis secunda cessisse desudavit oratio et superum favore succedant in secundis semper ama, nihil nihil ominq in votis ames si oratori cedant ultima.

Juvenes lectissimi animo docto conatus accingite eruditis laboribq favebunt secunda omnia.

Dixi

Ejusdem

Gallicanus è Principe Anachoreta.

Libero in feras Imperio Princeps.

Prologus.

Quem suo diademmati exoptabat Gallia sed coronavit Cœlum, Principem Gallicanum vestro sistimus conspectui A.A.D.D. Spreto ille honoris apice celsior ad pedes contemptum damnata majestate sublimior cum Sceptra excussisset manu; Regem inauguravit Numen quando infrenes, quia belluas, impia subjecit dextris Gallicani. Misso dignitatiq nuntio petivit sylvarum abdita. rectiq dixeri cælestis Regiæ vestibulum Pauperes inibi quas illi Eremus ministraverat lautitias, prædo Ursus rapuit, illico ultorem sensit: mandato adactq pristino cibum reposuit loco, mox decreto percussus, ut subducta alimenia pœnam luiturq, Anachoretici tuguriolo focum lignis aleret. jussis paruit, ac deinceps pendebat a nutibus Gallicani. Tantum inferas exercuit Imperiu ille, qui urbium fugitans imperia se sylvis abdidit Scena hæc quia de Ipso Anachoretam vestros educet in obtutus nil me in verborum quoq apparatu amplum proferet. à vobis nihilominus D.A.A. theatro et Oratori accedet majestas Diai.

Genius mundi inter trium insignia medius consistit ex altera parte Juvenis Gallicanq suæ mensam legit illud Evangelii Quid prodest homini si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur. demu proripit se a mensa idem mente volens. Hinc Mundi Geniq aggreditur interrogatione: Quæ mentem anxiam sollicitudo distinet: Gallicane honorum omnium votum, Fortunæ cor, Principum amor, Regni spectatio, Populi desiderium et Corona, et quid quid dignitatis attollit gloria, cunctarum unus tu meta Gallicane. Deflecte animum quo suavis trahit illecebra: frontem acclina quo invitat quam invitat honor, ut quantq quantq est in tuum eluctetq verticem. Juvabit caput irradiari diademmate acce di serenis titulis. in purpura hac plucet aurora coronatæ diei pdroma, portendit meridiem Serenissimum.

Gallicanq Rideo leves non adultæ mentis illecebras; iuvat proferre Genium annis majorem. Munde noveris, cunctis, quo maxima etiam accumules me altiorem fore, cum ad pedis contemptum damnavero proterenda. Irrito convitu provitas spe sia in honoris amorem, dextras in amplexus teneros. Malè gutta Alrithrorum, opum compendia, puerorum crepundis, pessi- me

me commutatur terris Empyreum. Eminebo sed per calcatos honorum apices. agam Purpuratum Caeli, cum Purpuram exuero. Decalis aut Regii Splendoris occasus et veluti fusus quoddam, gloriae meridiem animabit.

Mundi Genius accipit de medio insignium coronam connexam cum aliis insignibus ita, ut una illa accepta, seriem longam Sceptrorum clavarumque trahat. Sic procedit ad Gallicanum, fugit ille. Mundus agit: etiam reluctantem sequetur honor abstrusa Sylvarum Antra perrumpet. profundis additum in latebris vestigabit. Gallicanus Applaudo Sylvarum fortunae honorem sortitur Inquilinum demoti nemoris saltus, maiori quam ad Orphei Barbita, gaudio subsilient: hospitem coronatum excepturi. Vel certè petat Eremi abstrusa honor: grandi excessit fastu: piaculum vera eluat paritudine.

Mundi Genius Magis itum modo quod te amittat, dolor, honorem in dispositos deserti recessus impelleret.

Gallicanus Dolorem hunc quivis non negem; nihilominus aequitati adversetur non probo salutarem fore.

Mundus Quin imo dolorem salutarem asseras, si jacturam vindicet Gallicani a quo Regni salus et Reip pendet incolumitas.

Gallicanus Male Regni bono ac saluti prospicitur per aeternam salutis meae detrimenta, omnem vindicandi mei spem ponas honor.

Mundus Instabit Supplex.

Gallicanus Supplicem calcaneo sternam.

Mundus Supplici voto nisi annuas; assensum Gallicane dabis vel invitus.

Gallicanus Obfirmo animum, nulli cessurum vi. sed honoris insignia

Mundus Ferrô licet durius obfirmes mentem, magnetico pollere robur non ambigas.

Gallicanus Experiare robur.

Mundus Experior. Accedit ille ad Gallicanum, ille recedit, tum in Angulo deprehensus tenet et coronam pectori admovet ipsemet mundus recedit, a corona trahitur Gallicanus ad reliqua horum insignia in tractu variè obnititur, sed in cassum. Inclamat Gallicanus ex occulta compede captivus feror: Sordidos scinde nodos Numen. Improbae servitutis impatiens animo prorumpe dolos. rumpit nexum inclamat Haereat sub victrice planta, domitus honoris apex.

Mundus Siccine illud, quo se Regius attollit vertex honoris culmen?

Gallicanus Effero, ut mereor honor illum scilicet dum pede premo.

Mundus Ad plantam damnas decora, quibus prona sternunt frontem Regnorum capita?

Gallicanus Diadem mati acclinem sternunt frontem Principes doce et in adorationem cadunt, coronata brevis fortunae Mancipia.

Mundus Gallicane potius Libertatem exuis cum detrectas dominium?

Gallicanus Simulat sub vultu dominii foeda latet servitus
Mundus Illam solummodo torques aurea innectent quae libertatem non adimant Gallicano.
Gallicanus Quin potius eminendi libertatem adimerent a servitute Numinis avellendo.
Mundus Libertas, quam appetis velut inter catastas gemit in Eremi antris.
Gallicanus Principis aula temno. Sylvarum adita mihi coelestem pandent Regiam.
Mundus Pandent Regiam sed quam aerumnae habitant, discrimina incolunt Atlanticis majora lacertis, et à te Juvene ferenda. Eremi horror Lernam recludet quae solo aspectu exanimet, sternat Eremus: ferarum receptaculum, Draconum antra, monstrosa lacuna
Gallicanus Si Lernam Eremus pandet. ne Alcidam sentiet, Erebi portentis in caput hostem. Facem offeret Herculeam, coeleste jubar, aget nobilioris thedae vicem, fugabitque Leones, si quos antra sylvarum forent. vel certe si canente Gallo trepidat Leo, meliori, quem Numinis hic promam, cantu Gallicani mansuescent etiam Leones Quod si ferae furorem non ponent: juvabit Gallicano feris convivere, quàm inter mortales efferis. Exceso. recedit mundus. Gallicanus vero ait. Tibi Triumphos cano Numen quidquid Majestas Regnorum effert; infra calcem haesit. Dignitatum fastigia decrevêre, ad plantas Gallicani ô fortem quavis altiorem fortunam! descensu assurgere, demissione sublimem tenebris illuc et cum honorem depressi, tunc vel maximè me feci honoratum!
Aperitur Eremus; nimirum montes et sylvae spelunca supra rupem sinuantur serpentes, prodeant de sylvis Leones, ursi. in primo aditu Eremi patet via rosis decora, ad columnam honorum insignibus altam cum 4 non plus ultra. hinc patet via spinis consita ad ulteriorem columnam, instrumentis mortificationum asperam cum 4 plus ultra. ad haec Gallicanus. Mundo Illudentium Augustal, aedes aurea, Neronis domo carior vel ipsa egestate dives, Coeli Purpuratorum Regia, virtutum Ara, Eremi antra, vobis amplam salutem fero, pronos honori vestro vultus et basia defigo. Accedit ad columnam honorum ait: Non plus ultra profert gressum honorum ambitio hic vanitati limes comptis animorum illecebris, proritamentis juvenum, fastui diademmatum pompa intumescenti esto Columna terminalis Ponit purpuram Nequid de suo vel investitum superbia mihi mundus adhaesisse jactet. fastum Purpurae, lacertis detrahe. Ea

Ex columna eremitica accipit saccum Si fors inter Sylvarum ab dita sub abiecto centone Gallicanus latebo securior. inambulat interea è latebris prosiliunt Leones. Ursi. horret Gallicanus, inclamat. Concutior metu. formido in genis pallet, visus trepidat artubus. Belluino furori imbellis cedam victima Gallicanus. At subsiste mæror. timorem a pectore præcipito. attollens crucifixu Triumphale signu Numinis in clavam attollo plus qm Herculeam v. solo terrore sternet rabiem efferatam Ne vero altæ solitudinis tædia mentem exagitent, Cælites ac ipsius Numinis Regiam adire libet, sacrosq cum superis conferre sermones, quos voluminis istius evolvet pagina. Accipit Librum, orat. interea furtim accedens ursus rapit frustum panis Eremitici, fugit, advertit Gallicanus Prædo improbe pauperis alimenti spolium palato arrisit? Ursus subsistit Rapto doctum vivere palatum alienæ provitant mensæ? insontium animalium latrocinia & rabidam nondum explerant esuriem? Anachoretici bellaria epuli pristino repone loco. Ursus murmurat. mandatis immurmuras, scipio hic ab invito rapinæ pœnam sumet, cibu ne repetet. Ursus projicit panem fugit. Ô fidum conviva! hospitem non vivitatum! nec restituto pane satis factum autumes, parem sceleri vindictam eremus urgebit murmurat ursus infremas licet non me latet, raro pœnam infligi absq murmure ad ponendum justitiæ rigorem, minimè me a sententia deflectendum speres. Ursus fugit advertit Alvear in arbore ascendit & Gallicanus Quo audum rapinæ gressum profers? mella illiciunt? aliena sapiunt detrimenta, percutit baculo pedem refer latro. Descendit ursus Gallicanus Ausum ac paratam atrociam, sequens mulctabit supplicium. Serpentes frigore Gallicani artus ut focus foveat ligna suppeditabis assiduus. Ursus affert Ligna in rogum ponit. Gallicanus Ô famulem ad jussa mortalium, velin feris naturam, spectaculum id, ut stringit mandato effrene quamvis ingenium, belluina mansuevit rabies obsequio flectitur. quem non ad miratione defixum teneat? Pro pudor! disparem in me fortunam. Divina sortiuntur impia. Tandem a feris erudior ut Numinis rebellem, nutibus ponam feritatem.

A. M. D. G. B. V. M. H.

Ejusdem

Oratio in laudem B. Stanislai Kostka ex eo quia ingressuro cubiculum occurrit Angelus nec Stanislao prior illud intrare voluit Propositio Sublimitas illustris Kostkana ante cœli aditum in sui honorem illexit cœlites.

Kostkano injuriosa nomini censeretur oratio quæ Regni unius Majestate Panegyrim circum scriberet. Periodus quibus plurium sit Provinciarum ambitus in tanti honoris punctum integer convocatur orbis dicendiq. circuitum concludat universi Sphæra. Eo magnitudinis crevit cerbitum Stanislai dignitas ut nisi prope immenso definiatur plausu conjiceretur in arctum. Nec Phœbum sicuna capit Regio quin terrâ mariq. diffusus lucem affundat oris. nec Stanislai splendor qui ab alto sanguinis etiam serenitates hausit soli se propinat Poloniæ: virtutis autem eq. decorum radijs in remotissimos dimanant limites. Vidit solem hunc Bizantinus Oriens dispari licet sorte quam Phœbi jugales effinxerunt antiquitas mundiem auspicatum vidit sed in illius exterminia in vecti se. Natalem occasum altasq. ignominiæ noctes Oriens offudit Septemtrioni autem Lechico honorariam accendit augem. Natalis ipsius sepultos ad sublimiora gloriæ quam lucis fastigia eluctas Mendicis Indiæ Roma vero quoq. occidenti semper novi sereni cunabula inaugurat. Domestici aurora Sarmatiæ. Quantum vero triumphalis pompæ splendor effulsit in Kostka! profunda Macedonem premant oblivia. Ultra Stanislao Augustus Orbis Patriam ille dignitatum tantis Majestatem sui vestigia compulit seipso quoq. qui parvus ast immensum animum ferens mundus erat devicto eo magnos protendit passus quonec Atleidas perrupit Fama. Compede aurea scilli detinuerunt eo virtus gemmantiq. manepat nomini. Fortuna Gangis. Magni se supra Mogolis attollant Stanislai mentem solio qui suis celsior Ossa geminis quidquid summum est infra illius calcem habet. Majora proferam cœlum ut altiori exhilisset fastigio ridentibus Stanislao pronos acclinavit vultus. Kostkanæ sublimitatem vite tis conjicite D.D. Ast ante cœli aditum Kostka in sui honorem illexit cœlites.

Suadæ ac Oratoris utilitatem attolle Kostka dicacissime ut quemadmodum honoris tui obsequio cœlitum Nomina deiicies nil quoq. non sublime nil non summum recensveas in elogio.

In aures vestras dicacissimi Auditores peccasse videor. Sermo

nis audacia censetur temeritatem arguere. Ergo ne non dum ere
pto terris Iuveni hominum sternuntur honores, ac Cælitum etiam se
se deflectunt homagia! Summo altior emineat cælesti attollatur solio,
necesse est qui mortalium quoque cultus in sua virtutis obsequia per
trahat. Cælestes inter tænias Orbis plausus reclinari cunt frontem. cum lucem
linquit nisi ad Hydaspes fluctu emergat gemma Regalis cultus non
ambit fastigia; nec obryzum quam diu intra terræ venas habet velut
cordi Telluris intimum eluctatur ad decora diadematum nec florum flos
regius Rosa Aedes Divum divorum ve coronat altaria donec purpure
o avellatur vireto. nec Cynthium procul lita vertice aut homines de
missis adorant palpebris priusquam assurgat in sublime. Non adsi
milis mortalium fortuna comes; erepto terris Empyreo immergant
capita ut in tanti Majestatem tereni terrarum obtutus deflexos teneant.
Vulgarem nihilominus illum viventium sortem excepit iste quam
is non dum civis excederet, eo demum virtutis eminentiæ magnitu
dinem prohibuit uti in illius adorationem illexerit etiam cælites.
Dictis annuit septicolli vertice Roma Quirinalis Domus Andreæ spectacu
li admiratione dica attonita geminabit plausum. Religiosi, fortasse con
clavis addita petebat Gestha diligere desueram Regia cælestis vestibu
lum ubi scilicet innumeras inter myriades virtutem angusto velut in
solio in pectore Stanislai eminebat Numen. Non quidem odes illa ru
diant obryzo. non Erythræi exuviis gemmabat non Attalico compta
conchylio effulsere aulæ. Sola quæ tamen gemmarum splendorem
vicit Attalicum ~~compsit~~ extrudit ostrum eluxit pauperies opulenta Deo
sacratus aedis istius penetral tum fortasse petebat Gestha non prodromo
Epheborum ordine non longa sequacium serie splendidus ast virtu
tibus amplior prope Regalem incessit viam. Vultum comptius quam
Protogenis censura innocuus depinxit candor ac si colorem illi adaptas
sent Charites purpuravit genas virgineus pudor oculos geminavit lu
ti gemmas. suis obduxit conchyliis modestia non contracta innis
tas nubes fronte serenum risit intimo pectori appressas manus
tanquam pro recondito cordis thesauro vigiles subarrha Ignatii chla
mide primo ad Regnum Poloniæ candidatum sanguis deinde pur
purati cœli latebat Stanislaus. Illos vero præferebat quorum reposuit quo
rum singuli altum erant sanctitatis vestigium. Hæc ubi ab Olympi
culmine spectarat Angelus, in terras deflexit callem celeravit
passum Gestlano itineri sedebit comitem dixisse delusum

Noviciatus Soc. IESU Domicilium Romæ sub titulo S. Andreæ.

tu Stanislai Angelumq; ac si Genium ab Empyreo addibus in
illis hospitem observasset in slandas eius amplexus ruisse. Haud
autumes delusum: non a coelo advenam Genium, sed Polonico
polo progenitum Angelum intuitus in Kostka, ideoq; suavis comita
tus amore illectus: gestuum nempe gestorumve concordia eadem
utriq; simillima vultuum simmetria et forma mirifici stupet
spectaculo! vel Kostkam Angelico vel Kostkano nomine Angelum
compellassem. Maturato interea passu ad Religiosi con
clavis januam consistit Stanislaus nec mora quem pedissequum ha
buit eodem secum in limine advertit Angelum. Lenè illicò consur
git affectuum certamen arcto tenocitius blanda utrimq; adorin
xit salutatio mox reclaso adito primos coelestis tranquilini pas
sus initat Kostka reluctatur ille ut Kostka in gressu praeeat
petitione contendit Angelus. Sollicitum intendit vultum Kostka.
scilicet caeli ab alto et ceodam praecederet homo inhumanum ra
tus conflictantium ab utrimq; postulato deflectunt Angelum a senten
tia. In partes Angeli orator ibo Kostka dicturus sine Angelum
tanquam caeli civem et ideo primo addiscat ingressu dignaris vel
ut hospitem? si Caeli civem evincis Angelum: non igitur addiscat
Hospes est. Sanctitatis cuius tale hoc recludit caeli Regiam ac
in limine pectoris hui Hereditario immensam Empirei conclu
sit Majestatem. Orationis dictum arrisit Angelo primatus voto
rum concessus resumit ingressui suo praeducem Kostkam peroptat
cum vero Stanislausq; opinans, demissiq; tenacem animum sensusq;
cum inquam Stanislaus qua prostratis humo precibus qua collu
ctantium contentione civium conniti. Quid ageret Angelus? im
motam Stanislai mentem qua arte in sua vota flecteret? petiti
one assiduit ast collecto conamine modo initatum Kostkam.
jam initam conclavi sistit. Praecipiti brachiorum flexu An
gelicò se sternit Kostka pedi prolapsum Angelus attollit tenero
blanditur alloquio arctos inter amplexus latere in longum ac si
fraternus amor compede utrimq; cinxisset adamantina. Hal ex im
proviso conspicatus nonnemo assectarum Ignatii stupendio lus
sit gestientisq; animi argumenta effudit per voces, felices Lyde

as Sedes castae hospitum receptacula! Fidum Angeli hospitium! Pe
nates, quos Costka incolit, caelestium sunt incolarum illecebra. Plau
sus fit Orator gemino: Stanislai tot dies illectus in terras, simul ad hono
ris Kostkani obsequia se demisit Angelus. Propensos in Kostkam hu
manos cultus humanitatis officio praevenere caelites. Virtutum gloria
ultra mortales provectum ne ambigeret Roma Kostkam ad illius ho
magia descendit etiam Angelus. Sive ab igneo Patre sive ab intima
quam Divini amoris flamma innocuam alebat pectus, Seraphinum di
xero ut post quem velut ordine inferior revereretur Angelus. Quidemum
sublimem caelo attollet Stanislaum honos! cum nondum sublato ci
vis pronum acclinent cultum caelites! Elogium quoque illas non nisi ef
ferrent pennas quae essent Angelicae. Ignosces Iuvenis Beatissime humi
repens dicto nominis tui altum non attigit. Illud solum modo honori tuo
Panegyrim promerebatum erat dum scilicet oratoria te nunquam satis
laudatum suada Angelico duntaxat stylo condigne audiendum. DIXI.

Licentiosus

Patritio Familiarum vinculo Princeps Galliae, Gusden
ab effrani morum libertate,
Vindice Numinis edicto
MISER Erebi
in Scenam datus Calissii 1724 16 Februarii

Argumentum

Anti Prologus

Arbor fructibus aurea ad Orphei Cytharam subsilit. Voluptas vernantem illi coronam innectit. Mors et tempus aurea poma decu=tiunt, ac arborem sternunt.

Prologus. Cantus

Miserum, quem satis nunquam deploravit Gallia Princi=pem, funesto sistimus theatro A.A. D.D. Licentiosus hic morum libertate magis, quam Patritiæ Domus honore primi ponam in malum ætatem Juvenis ad omne deflexit nefas. in illud præceps, etiam gravi morbo stratus. Proborum suasu ad saniora consilia erexit caput; sed adnitente voluptatum illecebra mentis animiq improbo pondere relapsus in scelera, mox inopino oppressus fato, eodemum infortunii devolutus infelix: vindice Numinis edicto in mæsta funebris pompa Spectatorum Procerum corona, paucorum annorum Princeps, æternum miser proclamatus. Feralis hæc theatri facies Tuo se pandet conspectui Dignissime Auditor deflecte obtutus benevolos et funestæ Oratorum scenæ, vultus tui amœnabis Majestate.

Inductio 1ma

Princeps Juvenis Hospites salutat: Hospites æstimatissi=mos Principem Domus meæ Fortunam, tenerrimis amplexibus cordi apprimo:

Hospitum 1mo — Verior ætatis nostræ fortuna crederis quos tuo dignaris obtutu reddis felices.

Princeps — Cuncta quæ abunde Domum ditat fortuna, sudor Progenitoris est. Vixit ille, sed meam hucusq prosperitatem animat, Placeat explorare gazam unde perennatura sors vivaces resumit Spiritus. feruntur cistæ, aperiuntur, presentantur vasa argentea &.

Hospes 1mus — Hospitem alii vix in limine salutarunt fortunam, Tibi domesticam reor ac veluti hæreditariam.

Aure

Aurea tecum saecula retro ages Princeps aestimatissime: plures induarunt aetates, ut tuam inaurarent sortem. Hospes 2dus

Hospes 3tius Cyathum aureum manu tenens: Hoc calice caelestes nobis propinabunt ambrosiae. Hospes 3tius

Hospes 4tus annulos spectans Amico nexu, et nunquam dissolubili se Tibi desponsavit fortuna. Hospes 4tus

Princeps alloquitur Ephebum, aureo Cyatho vinum infundi mandans Gratus hic at oculis tantummodo auri nitor, ut palato irrideat, ac pectora demulceat dulce phalernum profer. Vinum fertur propinat Princeps: Vivant in aevum, fortunae meae comites aurei. Princeps

Hospes 1mus Aurei tibi quoq cyathus hic propinet Saecula. reliqui dicunt. Vivat vivat. Interea duo Ephebi ludos varios cum et sellis exercent. Hospes 1mus. Nostram etiam aetatem tuo militare Nomini ne ambigas, manus ludo submittimus martiali. Spathas arripiunt cum eis instituunt saltum. Saltu finito Princeps Vivant Hospites fortunatissimi Hospes 1mus Vivat Princeps Hospitum Fortuna Hospes 1mus Idem Princeps Hospes 1mus

Intermedium

Inductio 2da

Temperantia adit Principem: Quô Te temerarius juventae ardor abripit? haeccine sanioris vitae dogmata, quae hausisti ê Lydi palestra? mentis honestae flammam non accendit, exstinguit potiùs humor pestilens. Aetatem propinas vitiis et mores imbibis non Progenitore Majorum Tuorum maximo vel liberô Patre dignos. indigitans hospites: Impia voluptatis caterva aetates Tibi spondet? est blanda Syrenum illecebra; juvenilem demulcet animum, ut sanae mentis naufragiô absorbeat. Absiste jocis, nuntium nugis mitte. Indigitat Conettum â pomo Fenellae interfectum et Annibalem inter pocula Campaniae exstinctum Ferali spectaculo palpebram permitte Princeps. fidos sequaces vol: Temperantia

voluptas enecat blandiendo. infausta obsonia Koretti acu-
erunt palatum; quæ odiis prius Fenella dirisq acuminavit mor-
mortibus. Capuano pressus epulo Annibal oberret oculis.
Funestos casus, suorum prodromos accipe; nisi ad sanctiora
cœli dogmata caput ac animum erexeris. abit Temperantia
Princeps — Princeps meliora spondet. Exeste joci limine hoc, nefas o-
mne proscribo. librum arripit et Crucifixum: Sanctiora
dogmata cœlestis instillabit Sapientia

Inductio 3tiã

Voluptas — Voluptas dissuadet melioris vitæ initia: Principis animo
ac mente funestam exulet Eremi nubilum Juvenilem frontem
asperant, mœrore tetrica hæc asperitatum monstra. roseus
faciei vigor pallet, lentaq contabescit facie, generosi Sangui-
nis venas omnes exhaurit, robur atterit, impia, pietatis no-
mine palliata Tyrannis.
Princeps — Prono capite ac animo consiliis annuo. librum instrumenta
mortificationis removens dicit: Eremi vos antra colant; ego
deflecto mentem, quo blanda invitat voluptas inclamat vi-
num Gallicè fertur vinum Hospites adsunt.
Princeps — Inter suavissimos magnorum Hospitum complexus, amœnus
vivam. prosze siedziec Gallicè assident mensæ,
calices distribuuntur. Major Domo dicit: Xiąze JMć pro-
si o lepszą ochotę
Major Domo
Hospes — Mille optimo Principi libamus ætates. Laziowre figlow
de Kazuia Chymæræ et Submontani.

Inductio 4tã

Princeps Præfectum Aulæ expedit pro vino eò emendo!
Princeps — Ad mentem Principis ut abundè fluant gaudia exteros
pete montes, vitifera quo stillat Regio liquorem ab uva
profer mensisq affunde
Præfectus Aulæ — Jussa Principis expediam promptus. Aperiuntur montes

viniferi, supra illos Thronus Bacchi, infra varii vini dolia cum inscriptionibus: Vinum Rhenanum Vinum Gallicum. Cos Vinum. Vinum Hispanicum. Vinum Chijanum. melmela. Hungaricum. Prodeunt mercatores obviam Praefecto Aulae unus illorum: fausto pede nostras ingressum oras Hospitem complectimur. Praef: Faustiorem a vobis reditum spero, si amplo doliorum comitatu recreatus, patrias revisam oras. | Mercator Praefectus Aulae

Mercator Amplissimam peramoeno itineri pompam praesto apparamus, | Mercator
Praef: Placet praelibare, qui Principis mei Genio sit arrisurus liquor | Praefectus Aulae
Mercator legit inscriptiones: Est Vinum Hispanum | Mercator
Praefectus Aulae Isthoc respuo | Praefectus
Merca: Vinum Chijanum. vinum sapidissimum dictum Melmela, suavissime influit. probki dare kostune | Mercator
Praef: demum dicit: Sequor Martialis Poëtae sensum: Melmela da puero mihi Chija placet. | Praefectus
Mercator. Vinum praestantissimum Hungaricum – | Mercator
Praefectus Isthoc Principe palato dignum reor. | Praefectus
Bacchus è superiore montis culmine alloquit Praefectum: Longo sequatium famulitio stipatus, Principis tui Augustal peto alacer. | Bacchus
Praefe: Gratiorem nunquam, Principis mei Lares complexi Hospitem. pompam itineri fausto appara. Sequaces Bacchi exiliunt. dolia humeris attollunt, quorum ultimus Bacchus in dolio conspicuus defertur inter solemnes vivae plausus. | Praefectus.
Praefectus Principi significat Bacchum esse vicinum: Vinu quo caetera supereffluunt Regna, Tuas inundabit mensas, quin etiam amicum epulis nomen Convivantium Numen Bacchus in Tuum ultro se confert limen. | Praefectus
Prin Gratus auribus insonat rumor: magnos Hospitis tanti gressus vestigo lubens. obviam procedit salutat Bacchum | Princeps

Cælum se nostris inflexit oris, postquam Numen mortalium generi faventissimum Te inquam istis tenemus liminibus. de Tua Suavissime Bacche manu, Cælestes mi se propinabunt influentiæ

Bacchus Cælum respuo, illo reor optatius, Domus Tuæ incolam eē mensarumve convivam. interea sequaces Bacchi saltū inhoant. cum doliis finito. Princeps vinum propinat Baccho

Princeps Deorum faventissimus vivat Bacchus. inclamant sequaces Vivat Vivat.

Intermedium

Inductio 5ta

Princeps Princeps infirmus decumbit dicit Eheu miseram conviviorum sortem! hæccine theatri plausum claudit catastrophe! uror! Eheu quibus ignibus incalescit pectus!

Pietas Sat datum ludis. cave ne tandem illudas tibi propriamve infelix eludas salutem. Princeps avertit faciem a latere sesistit Tempus cum clepsydra Princeps inclamat

Princeps Infaustum oculis oberrat Tempus. pellite amici, pellite insidians tempus, oro, pellite

Amicus Luderis Princeps. vanus mentem exagitat mœror. Princeps aliquantum quiescit, deinde videt ad caput lectuli mortem inclamat

Princeps Me miserum! in meum eheu caput fata distorquent falcem!

Amicus Mens lætiora volvat siquæ tela tuo impenderent vertici: amicorum fida cohors atroces impetus retunderet.

Princeps post aliquam moram videt irruentes Dæmones, cistas aliamve supellectilem rapientes. Inclamat:

Princeps Perii. perii, infelix Orco cessurus præda, Divitem domus gazam ater Erebus rapit, mox in Principem crudeles versurus dextras.

Amicus Sistæ tuæ securo abduntur loco, atra Erebi legio liminibus his procul inanes metus Te Princeps inquietant.

Non vano te metu concuti noveris Princeps. atrocius qd te reserveret senties æternum miser, nisi supplex Numinis implores veniam | Pietas

Amplectitor salutis consilium crucifixum tenens Affundor Numinis pedibus sacro conscientiæ Tribunali me lubens submitto, æternas Judiciis iras ut effugiam. Pietas abeunde monet. Momentis constare negotium salutis non ambigas. moram si severis serò tandem te miserum gemes. | Princeps | Pietas

Inductio 6ta

Voluptas invisit infirmum, hic primo torvo oculo illam intuetur demum alloquitur. Exesto blanda ætatis teneræ Tyrannis annos juveniles infata Numinis Optimi clementia illam à funestis casibus vindicaret. | Princeps

Oppne Princeps corde meo, careor vita tuæ Tyrannis inferales insidias texo abiit. Genio tuo arrisuras vestigavi blanditias abunde obtuli lenocinia quæ mentis nubilum discutiunt serenant animum virium ea sanque robur animant corporis languorem vegetant. Luderis Princeps hic potius qui pectus exagitat anguor et vanus mortis Judiciiq Divini timor infirmat vires ac infata pripitat. Pone superfluos metus; restituendus mox firmiori sanitati saniora sanitiorave cogitabis quæ indiscreti conscientiæ arbitri importuno nunc tempore ingressere. | Voluptas

Prin Opportunum esse tempus omne reor, quo cura salutis proponitur. | Princeps

Vol Salutis curam ages fortius in valetudine firmiori | Voluptas

Prin Timeo ne inter deliquia æternum desitiam à Deo. | Princeps

Vol Pelle timorem supervacuum. Medicus arteriæ pulsum explorat dicit: Non est infirmitus ad mortem è lenta febricula | Voluptas | Medicus

cula quam capitis indispositio et melancholiam augentes
mortis inanes metus causarunt. Vives Princeps longævus
Voluptas Acquiesce consiliis medicorum; faciei serenum indue_
Princeps Sit sane firmiori valetudini relinquo saluti curam_
Voluptas Meta posito senties Princeps suavissime inopinum vinu robur
ut vero dissipetur plene melancholicum capitis nubilum
insonent carpita chorearum tripudia animum amœnant
Principis. Lusus insonant choreæ lavatori interea inclinat
Princeps. Ahheu! defitio infelix! Voluptas Medicus applicant
Voluptas cordialia dicit Voluptas. Vives Optime Princeps.
Princeps Memiserum æternum infelix morior. Amici consan
guinei accurrunt mortuum reperiunt horum unus
Amicus 1mus O inopinos exitus! o crudeles iuvenili ætati insidi-
Amicus 2dus as. A 2dus Unum est quod animum angit liberio-
ris vitæ Principem absq ullo conscientiæ arbitro è vi-
Amicus 3tius vis excessisse. Ami 3tius Post bellum auxilium si
absq conscientiæ arbitro è viris excessit ac miser tenetur
inferni additi; nulla amicorum consilia suppetias ferent
metus hos autumo inconsultos. cadaveri persolvantur
justa; funeri pompa more Principum instruatur. ac de sup
desuperstite gaza quæ sors cui successorum obtingat.
despiciatur. excutiant cistæ id consultius reor. alloqu
famulos proferte Principis vita functi supellectilem
famuli cistas ferunt successores aperiunt cistas unus illorum
~~Famulus~~ Successor 1mus Fatum quidem fratris mei alto sentio vulnere dolori
attamen non leve lenimen scrinia hæc proferunt
Dæmones interea involant cum clamoribus, successores
terrent dæmones rapiunt cistas successores defendunt

unus illorum Supellex haec successores Principis concernit — Successor 1mus

Supellectilis istius Successio ad nos jure optimo devoluta. — Daemon

Suc 2dus Quo jure? — Successor 2dus

calles ne Philosophiam? — Daemon

Sedulam illi in Sorbona Parisiensi navavi operam — Successor 2dus

Ne te Philosophiae rudem convincam, annue Eruditorum axi-omati: Accessoria sequuntur suum principalem. porro Princi-pis vita functi anima fuit gazae hujus principalis Domina, cum igitur anima Principis jam nostrarum sit partium, etiam ac-cessoria haec bona principalem suam Dominam sequantur, ne-cessum est. — Daemon

Sit vestrarum partium miseri Anima Principis non eo inficias cistas tamen jure haereditario ad me noveritis pertinere — Successor 1mus

Accessoria sequuntur principalem tuum fratrem. — Daemon.

Pereat infelix Frater, quem rapuistis miserum vestris manci-pate obsequiis, at cistas restituite. — Successor 1mus

Daemon 2dus ad 1ondaemo-nem Deciperis frater cistas bonis successoribus eripis. hamum subtrahis, quo in casses brevi hos etiam trahas. Optime Medi-olanensis Papista Papistae sensit: Viscus in argento. ut nobis hi aeternum cohaereant cistas offer — Daem: ad 1ondaemo

Wiesciesz sobie mieli Panowie piniąszki. pożyczam ich wam. à w prowizyi was potym przyjmę. — Daemon 1mo

Successores laeti pecuniis, horum unus. Saniora pro misero Fratre sequar consilia, ne in averni casses incautus praecipiter. Seriora haec commodiori linquamus tempori ne Latitiae Domus Nostri turpis inuratur nota, de funere miseri Fra-tris mature deliberandum. — Successor 1mus

Funeris pompae nil jam deesse putes praeter nostri praesentiam — Success. 1mus

Maesto itineri nos accingamus. — Succ. 2dus

Pullas vestes induunt. amici conveniunt.

Inductio 1ma

Aperitur Majestas Sarcophagi in hunc modum.

postquam Successores convenerint, inter ferales lituos occinit Discantista: Miserere interea ultima litera E decidit ex inscriptione Sarcophagi, et alius latens intra Sarcophagum occinit Miser: rursus 1mus Discantista occinit Miserere interea decidit litera R ex Sarcophago, et secundus latens discantista occinit: Miser rursus 1mus discantista occinit miserere interea decidit litera E manetq vox Miser et iterum 2dus discantista occinit. ~~Mi~~ Miser. Consternantur hospites. Successor 1mus dicit:

Successor 1mus Mens ferali attonita spectaculo riget! O quod anxius non ex vano præsagiit animus, Fratrem esse miserum eventus probat Succ. 2dus Fortuito hæ obtiisse casu reor. decidua suo inserantur ordini literæ. colligunt literæ et rursus ordine suo desiguntur. iterum occinit discantista 1mus. fit totum eo ordine quo supra. ad hæc Succ. 1mus

Succe: 1mus Ergo æternum miser Fratrum amantissimus? eò infortunii præcipitem egit voluptas improba!

Succ 2dus Mihi quoq conclusum est: Erebo abjectus squallet Princeps paucorum annorum celsissimus, jam æternum miser. Supervolant Dæmones tumbam rapiunt, in infernum stupitant. Aperitur Infernus.

Pietas Concludit

Tam termin rozpustnych Faworytow dazy
Wieczney gdzie ich głębia przepasci pograzy
Rozkosz naczas płuzy, w momencie przemija
vultuum squallore eruditas frontes amænet solatia Religioni
ac Minervæ dies affulsit auspicatus Ad Vaticani limen præ-
stolamur fortunam Benedicti XIII Orbi orthodoxo auream Jubi-
læi portam, Scientiis vero aperiet annum gratiæ
Aure benevola favebis A D. ut inconcinna alias dictio magno con
sessui allabatur gratior
Clausum in vola telum ætatis Innocentii mæsto diu vultu
aspeximus Jacturam orbi parem vix terris sustulit, manubiis locu
ples adita prodigit ne pateret postulatis. Importunii nihilominus mortali
um connisus vestibula occuparunt, pro repetenda præda vigiles, an pro repul-
sione damni, solliciti. Hinc Religio Principe orbata, Dignitatum apex, abjecto dia-
demmate, Regnorum Majestas demisso ad luctum vertice; hinc latium securita-
te convulsa fatiscens, Sacer senatus atrata squallens purpura ostiis insedere
longo illachrymantium ordine mæror publicus cinxit olympi calles. Gloriam
Religio, Regna Majestatem, Mars orthodoxus laureas Romana Rota for-
tunam sublatam querebatur. Sanctioris belli robore firma vibravit impe
tum, Empyrei convexa permeabat sacrum telum Divorum sacraria pium
quoddam dixisses armamentarium ac triumphalem arenam: Templa inun-
darunt Populi, fluctuabant per ædes quibus plusquam decumano fluctu se se
infuderunt Gregario certamini, Duces, Plebs, Principes ad laureas praivere certatum
stratagemmate insueto: Olympo formidandum assurgebant molimen cum
pronus Cælitibus cultus brachia deflecteret, manus serebant præliis placando Nu-
mini compositæ, oculi humo defixi, pulvere davidis adspersi pulchro vulneri
metam in Cælo destinabat. Vidisses porro sacri conflictus machinas, non ignea
vulcani glande animari non Cyclopum ferro effarescere, non Martiis flamma-
re coloribus: Heroum dextræ precatorios globos volvebant, prensabant sanctiora
volumina, ut de evolutis librorum paginis actus ejaculatorios in auras vibrabant.
Non atro Gradivi pulvere fumarunt pugnæ. odore sabæo Aræ, eædemque Certami
nis acies, redolebant fervebat prælium, nec lachrymarum imbribus densoque gemi-
tuum profluvio temperatum non secus, ac rorantis auroræ stilla v exiguos la-
tex incendio illabens proritat flammam. Longo in certamine non languere
fervor, non visum fatiscere robur e campo referre pedem, probrum erat
capuanæ suppar a cepto molimine movisset illecebra, sed defuit Annibal
levi animo cunctis adamante obfirmavit pedes Heroa virtus. Demum
inter octavas ascendenti Numini sacras divino ingressui postquam reclu-
sa cæli adita simul Ecclesiæ in tota desudanti patuerunt. Secunda
Hebdomadis feria lucebat ac Christianitatis bono influxit secun-
dissime. Supra sidera enim eluctatum triumphantem Christum
flexit, ut Cælo, ut Pole Dominici stella insignem demitteret
Antistitem Publicus proinde cessit desideriis victus Vincentius
Ursini nec aliter cessisset præterquam victus. Non enim titulorum.

Illecebra Illum aliquando movit, et diu licet animo blandiretur ambitio
lenocinii stimulos veluti andes risit ursinus Cum instaret quosquis
supremos honor: mentem ultra provexit summa, ille ut alto despiceret
Sublimem nunquam abjecit animum ut prorsus invitaret altum, e-
xoraret integra Suo quoque submissa pedi et exoplantia frontem di-
ademmata pressit victore gressu; vel ideo quavis dignitate cel-
sior. Tanto honorum ~~senarum~~ contemptu obfirmata mens ultra
quinquagenarium annorum triumphavit feliciter. Ulterioris
victoria spem erigebat aetas deflexa eoque proniorem portendebat palmam
quod Vacillans aetatis robur impares muneri ferendo sacerdos objectaret
unde tamen victoriam pollicebatur vincentiusque, hinc se victum sensit tela o-
mnia ingrave annis meritisque senium conversa. Suarez certamen urgebat
Amus qui faventium Ursino, Princeps, Belli antesignantis et vel ipso
nomine bellator in Castris Pampelonensis Ducis veteranus comilito Pto-
lomaeus. Duxit agmen Sacerrimum. Inopino conatu conclave Ursini ari-
etat, vestibulum pandit, aggressoris praelii pars profundo complexu plantas
vincentii stringit, pars dextra senili figit basia, reliqui triregium
apprimunt invitae fronti. Si jam sinunt vires, reluctare Vincenti
Beatissime. Serum est. ~~haesit totus inter dextras~~ quidquid moliri
velles pretiosum frontis onus exutere non licet haesisti totus inter dextras
Exercitus purpurati. Neque hic victoriae pedem fixit belli gloria, promo-
vit ultra triumphales gressus: Cardinalium rota majestuo-
saque pompae apparatu in Capitolium Vaticani processit, de illo tri-
umphans quae sibi supereminere gestiit hoc est Vincentium ante victo-
riam eminentissimum victum vero Eminentissimis altiorem No-
vum de Vincentio iniere certamen Pontificum nomina. Praedecces-
sores maximi ambiebant augere gloriam, virtutum Vincentii
magnitudine Reliquis tamen acrius contendit Benedictus Su-
is nimirum spinis affinem, ut pote de Rosinis oriundum
vendicavit evicitque Ursinum. Hoc igitur insignis nomine conscen-
disti solium Benedicte Beatissime. Clavium potestas maxi
maxima se Pontificiae submittit dextrae: pande gratiarum
opes. Plura quam credidit antiquitas, Numina donorum
abduntur clavi tua, pendentque ab Imperio; ad salvas
Vaticani magnos praestolatur annutus blandum gratia-
rum agmen plenis favoribus in Terrigenas illapsurum. Cae-
teros dissimulem pro domo mea Orator, ac Clino votum
orbi fortunatissime Antistes cumreula Scientiarum sortem
sternit Pastorali Pedo, plantas erigit Literariae Juventu-
tis Corona Inregium annuat desideriis Theologiae ac Euripi altum
Oratorii fluminis profundum, Castralis affundit solie, a manu Pa-
stulis geminabit ad Gangis invidiam: jam quidem alto huic
inflexerunt Galcrynii opes et ingenitae Joanni gratiae quod pelago
Theologico infuderunt sed novam anno in Pontificium maximo
albuit fortunam. Plaudito Minerva Cohors anni eruditi ca-
put, favor Pontificis fluent obrizo clepsydrae, momenta

gratiis distinguent. Characteres aureos non Vulgari folio sed quod Vincentius Ur- 359
sinus doctor ab Angelici Thomae voluminibus profert, inscribo. pretium
se in paginas evolvet, et de Aquinatico fonte dives Pactoli glarea, Hydaspis
exuviae promanabunt. Hinc fortunata Lyceo aetas influet. Amplum sui
sortem ex eo aestimabunt oratores Qd Rasulis tanti merda materi-
em porrigent erudito labori labentis anni. Pacatus laude Theodosii, Justi-
ani encomio Nazarig vocalior asonat; Curtig Macedonae virtutis magni-
tudine auctior. Benedicti vero summi honoribg Patritiis, Encomiastae
Oratores audient Maximi. Est petrum fluvio, si cedros alluat ac
victrices palmas laurosve, sitrium pbis graves: onerarias vel Caesaris
fortunam fausto attollat fluctu: sors melior obtinget eloquentiae
fluviis: Timothei flumen ac Erythreum intra illorum ripas pisca-
bimur Scilicet aestimatissima Ursinorum Prosapiae decora in Anti-
stite Benedicto. Doctarum sudores frontium Pontificio infunden-
di encomio in uniones. Polonarum porro Athenarum prospe-
ritati favebit uberius Benedictus Ursini. E Lechiciis Ille rosinis
oriundus Patritio insigni scientiarum decora coronabit Regnante supra
Helicani collem literata Polonia dies recensebit purpureos, et de Aegy-
ptiorum consuetudine, Rosei solis lucem fert eruditis umbris. Docto
demum quae proment eloquio Sarmatici Rhetores dicta ver-
nabunt in Rosas Harpocrati silentii Deo non amplius cedet insi-
gne hoc, Mercurig inter ima illud attollet munera. Eloquentissimos
reor, quotquot sub rosa v de Rosa Ursini dixerint

Pontificiae pars Gloriae vos concernit Judices Maximi vos gratiarum
annum sto jam panditis Calissiensi athenae. Attollit minerva dormin-
scianam Rosam Benedicti Pontificum Purpuream sanguine, utiq
stemma hoc in vestro Rosini Sarmatae Hymetto floruit et tunc in orbis
coronam adolevit. Attollit inquam gentilitiam rosam minerva emen-
tos inter sudores electam coronaz frontem Auspicatis vero illigen-
gessibg fortunatam Januam Lubienii Gladii pari auspicio, quo olim
Chrobrei mucro auream Chijoviae portam aperuit Polonis Nam
simul gratiarum cumulo evolvent se successg annui, cum idem
Gostinianam demum insigniat quod Sucal Locula in stemmate
avito efferebat. vestris igit hospites maximi favoribg cumu-
latim literariam simillime velut gratiag annum ingredimur lau-
reas quas eruditg metet super vestra vestigalia devoluturi
Favorum proinde feracem gratiag annum, a Te auspicamur Pater Beatissime
notabimus menses muneribg, donis metiemur dies Maxime Antistitum
cumula propensos favores et intra unig Anni angustias aevum gratiarum
concludemus Dixi

Ejusdem

MORTIS DISCIPULUS.
BORGIAS GANDIARUM Princeps.
à ferali cathedra Tumuli Isabellæ
æternæ veritatis Dogmata edoctus.
In Chingo Sinarum Imperatore adumbratus
à Perillustri Juventute Scholæ Rhet: Calissi: Coll: Soc: Je

Protasis

Argumentum.

Chingus II Imperator Sinarum, tenera ætate post fa
Patris, in Solium Successor, ut eruditior sceptris ado
sceret: Paterno vicinam Tumulo Palæstram erigi
mandavit, funebres Progenitoris magni cineres
pulveres autumnas literarios. Marting in Histor
Sinica in Chingo.

Scena 1ma.

Genius Sinarum Genius Sinarum Chingi primi Sarcophago ingemit.
Grandem infortunii molem! eheu quot malorum ponde
ra impendent animo! Fatum, si primis conferre licet
maximum! si secuturos reformidem casus! ave nulli
secundum! sævitiem regno capitalem! in Principe Sin
rum capite publicas confodit Spes: truncatus Dignit
tum Apex squallet in cinere, abjectum Imperii diade
ma regio atrum funere. Occidite Patrii cæli side
feralem offundit nubem Cocythus, extinguit serenum
prosperitatis nostræ solem umbris mortualibus inv
vendo. Ad caput Sarcophagi adstant hinc honor
inde Mars uterq pullo vestitu indutus, ac pro doloris ma
gnitudine fatiscens, hoc intacens Genius. Funestum
spectaculum! robur igneum deferbuit? palpebræ scin
tillantis terror genarum, flammans vigor, calentes
ctore triumphales pugno fatiscunt? Inperterriti nu
vultus pallent à Sarcophago! honorem respiciens: in fa
ce pingit mæror! utrumq indigitando: felicitatis prop
funere parentant Patri Patriæ! brevis urna belli
tem incinerat! immane telum augusta clade sternit ho
rum fastigia! hoc in tumulo Imperii triumphus, Heroi
laureæ, bellorum anima, populi amor, conditur! Exanime
salte: Principis exsangue bustum stare vetat! eod ca
dum fato, strages communis cunctos premat opprimat
ruinæ huic superstites dolor prohibet.

tt
Cantus.

Ex adverso sarcophagi Chingus II solium attollitur, unde spei Genius
procedens, qua in mortui effigiem, quâ in filii successoris vultum oculos
volvens, solatur Imperii Genium. Pone sollicitos luctus, mœror em
absterge: auspicatus consurgit dies cum sole novo. Mortis nubila
luctuosa quidem breves inducias reor, ut sereniori affulgeret vir-
tu secuturum jubar. Emortuos cineres vani funestant gemitus.
Coronatas exuvias urna claudit, non animum fatô immunem.
Parcarum livore premi non sinet Maximum Progenitorem Natus
desideriis major. ab inferiis attollet, ac meritorû vigore, im morta-
litatem gloriâ, quam ab illo hauserat, inspirabit. Ea faciem comit
majestas ut Patris imaginem referat, efferat. Blandum Charitum
cohors ab ore ridet, gratiisque demulcet; pectori Patriâ amor insedit,
arenâ triumphalis ardor fibras perurit. Quâ demum virtutum
vena, Patri intima, Chingo hæreditaria. Indoles illi, par Magnis,
spirat suos majores veluti redivivos, & voto Patriâ spiret, ut su-
peret. Genius Sinarum. Votis respondeant Imperia,
annorû expectationem coronet regni fastigium. Princeps.
adit Regem ac alloquitur. Magni nnis ac meritorum hæres
Maxime Imperator prehende sceptrum, à cujus annutu
pendeant Regni prospera victoriâ in mandata exluent, evolent,
prosiliant laureâ frontem vittis majorem ac communium de Te
votorum apicem revincturâ. Protende ætatem, quo Parâ decesso-
ris pellô infracti merita trivêre appiam, honor invitat. gloriâ
calcar et natalium perurget indoles: illum Te ultra dignita-
tis Majestatem attollamus in soliô, quem votis pollicemur.
Chingus respondet. Quos Progenitori optimo honor trivit
calles, heroa scilicet virtutis vestigia relegam. Meritorum
alto assurgere tam mihi hæreditarium, ut innatum Patri, Na-
tum gloriâ Martiis innutritus caloribus triumphorum ardor
promovet ad apices laureatos, Filio sternit semitam per
hostium cumulos ac manubias, quas adversâ cædi detra-
ham. Labens desudabit ævum à mortualibus to vindicare
Spiritus triumphales, ut rectè factorum gloriam, agendorum fa-
ma plausuumque Tibi animet immortalitas. Interea dum Bellonâ
adolescat ætas, mentem addico Palladi, quâ consiliô gravis fato,

pacis gloriâ magnus Numa, bellô infractus Macedo, complectar pa-
cis; quâ Invictissimus egerit Progenitor animo volvam ut factis
probem. Ludos inr literarios Claudam Gradivo, aureis Gallicam
catenis mentes devinciam, superbas barbarorum cervices quo ad
liceat mancipare. Vibranti Suada Pericles verborum ve ful-
mine linguarum animet, dum ignea Vulcani glande adver-
santium contra phalanges valeam detonare. Adeste Aborigina
gloriâ posteritatis expectationi, Regni voto erudituri, digno
Principe studia instillate. Mercurius adest in comitatu Cice-
ronis, Demosthenis, Senecae, Archimedis, Platonis, Artis, deinde
Mercurius: Regiô evocati mandatô flectimur ad Imperium
applaudimus literarum sorti: Athenarum decora, Regnorum
culmen Te ipso sublimâsti. Petrum umbras Nomen Academi-
scribimus: lucem aspexit publicam, tuos postquam descendit in
obtutus: meridiem honorarium Serenissime Imperii Phoebe ar-
disti. Lenioris tui annutu gessit festivius (quam ad orphei cithara
densum laurearum nemus: eruditarum nempe coronam-
ta frontium tripudiant, illis tuam si aulines frontem, adaman-
verticem, adamantino coruscum jubare, eo spectemus, ut
summarum aemulo dignitatum ambitu, gemmas inr pan-
eminent majestate. Interea ludente orpheo subsiliunt
laurus, ac e vertice montis decidunt vittae, quas colligens
Mercurius pedibus Imperatoriis sternit. Istud culmen
est honoris eruditi, Graecia Latiumque sapientibus votorum
summa. Indigitat Platonem et Archimedem. Plato Palla-
dis ac virtutum suffragiô Divinus, Archimedes Coelos pren-
sens doctrinâ altô superûm velut ingenii lingua Olympum
linguunt, Sinico in solio Numen quoddam scientiarum (Te in-
adoratum. Indigitans Ciceronem et Senecam. Accedam
Romani Lycaei decora coronata. Seneca, Tullius ille, uter
sapientum Princeps, et Principum Orator: Sudabunt fronti
tuâ lauream, quâ gemmantes inr comas evireat, in coronam
instillabunt dogmata, nec nona Te discent, Regnum liter-
rium aspergere Regum throno. Cingunt. A vobis eru-
ta mentes derivant pompam Imperia, non eis deferunt, ut
fulgeant. Vos: orbis majestas, Regum laureâ frontis co-
natâ gemmâ honorem spectate. Pandite Athenarum vestibula
quos docta Numina Lares incolant pandite.
Torus deridens insultat. Ergo illi a cujus ore integer Senatus
pendet, Reges, cujus dicta probant, altique moderamini nis

ideam

ideam sumunt, aures animumq Seneca commoda. Exit Mercurius, subsequitur Chingus: dum hi erant, interea Seneca legit de libro suo monita Principum. Nullum clementia ex omnibus magis quam Regem decet fol: 165. Rex ipse apum sine aculeo est, Noluit illum natura saevum ēē, telumq detraxit, et iramejq inermem reliquit. Exemplum hoc magnis Regibus ingens fol: 127 et fol: 144. Nullum ornamentum Principis fastigio majus, quàm illa corona ob cives servatos: interea dum vicinorem sibi Regem Chingum advectit Seneca, descendit è cathedra salutatq. Frontis coronata alto erigimur, tanto hospiti assurgendo. Sublimantq fastigiis Palaestrae hujus decora, ubi Regii majestatem vultus ad se deflexum demirantur. Chingus. Trahit animum Praeceptoris amor, aures auiditus lubens, Palaestrae nihilominus limen hoc gressum retardat. Seneca. Quò tua evocabunt vota Praeceptorem, Lycaeo quoq pandent limen. Chingus. Optimi progenitoris virtuti non imparem vitam affingere, regia olim svasit indoles. Alternatura igitur principia recludat monumentum Patris. Voluminum capita proponat mortualis vertex, ac emortui manes instillent spiritus eruditos, ferales umbrae mentis caliginem propulsent. Sepulchrum ostendens. Busti hujq cineres, pulveres autumno literarios: ergo hic defigito cathedram. Seneca. Placet consilium. Genius Sinarum. Summa de te non ominari vetat ratio supra aetatem. Protendimus maxima, cui Praeceptorem agent. Magni casus Principis. Chingum adit voluptas. Teneram interea mentem Stani delinat illecebra. Adest ingm voluptas ē luxia tem: duo Genii ferunt mensam praeviis pueris subsilientibus, in mensa harty, warcaby, skrzypce ac emortes ludi magistrarum aliquot exhibentur. Adhaec Chingus. Infra Regis majestatem Unis reor, ineptiis dignari conspectum Principis. trudit voluptatem, mensam evertit. Interea Mercurius scat Scholam extructam. voto Princeps respondit. Sudavi molem, quam, si ab umbris mortualibus, redux spectaret Macedo, Peripathum despiceret Artis. Musae non Heliconem incolerent felicius de ingeniis isthic triumphaturae. Aperitq sarcophagus et vicina ibi Palaestra. Inscriptiones supra Scholae fronte. 1. Revelat profunda de tenebris Job: 12. 2. Mors est recta rationis janua. Seneca. ad pedes mortis supra Scholae structis 3 in foribus. Trahitur sapientia de occultis. Job 28. His lectis Chingq mensae assidet, libros volvit. Unius titulus. Horologium Principum. Fortunatos dies imò aurea retroaget saecula, non ex vano. 2di. Regum dicta evolvit, chartam legit. Quàm parvus nos tumulus claudit, quos vix mundq magnq capit. Severq Imperator. adhaec Chingq consurgens. Cedro in arandum immortale dictum tanto dignum Principe. Deambulat, mente id volvens ac sepulchrum intuens, ingeminavit iq. Quàm parvus nos tumulus. iterum mensae assidet evolvit folium, legit. Non

mihi, sed populo. Aliq Adrianus Dux. Chingus repetit et dicit: Voces adamante notavit: Non mihi sed populo: Iterum evolvit fol: legit Non oportet quenqu à conspectu Principis tristem recedere. Titus Vespasianus. Chingus id admirandq repetit. Non oportet: addit: proto dictum: Jtum è Imperatorem, in accessum veluti Numen intra Cortinam Apollinis recondi. evolvit fol: legit Bonus Princeps, orbis amor. Idem Titus Vespasianq. Chingus: pulchrum imperio devinciendi orbis stratagema: Bonus Princeps. Arripit librum alium Chingus cui titulus. Monita Politica. evolvit fol: legit. Fama rerum gestarum post mortem vivere facit. Livig. Chingq: Famæ immortalitati consultarq è Imperatore dignum sequor dogma, evolvit fol. legit optimum è memorabilem mori aliquo opere virtutis. Seneca. Chingq majoris pondera gemmæ refert Philosophi Senecq. optimum è. arripit librum 3tium titulum legit. Oracula Patrum, evolvit fol: legit. ubi sit illi invicti heroës? ubi Duces? ubi Dinastæ? ubi Tyranni? nonne omnia pulvis? nonne fabula? S. Basilq. Chingus sese prospiciens Auro insculpendæ voces. et inambulans circa sarcophagumq pene ingeminat: ubi sit illi invicti nonne fabula? rediens ad mensam dicit: Hæc mortis dogmata immortalia, indigitans tumulum hoc æternaturæ sapientiæ monumentum. Vos progenitores optimi, cineres emortui, at immortales gestorum gloriâ saniorem nato scientiam inspiratis. magni Imperatoris urna maximas mihi evolvet eruditas. Vivam ille, quem mortis dogmata victurum spondent. Paterni gloria funeris magnæ virtutis æmulum expetit moriturum.

Apodosis

Prologus.

Sinis in Hispaniam invito auditor humanissime. Chingum Cæsarum serie ac solii gloriâ secundum Sinensium Imperatorem hæreditario honoris privilegio ad sceptra natum, mortis è sententia imperiis parem exhibuit scena. Jam Borgias Gandiæ Dux ab augustra funeris palæstra, Cathalaunicæ sceptris major theatro pandet majestatem. Nimirum pronam alii frontem reflexerint Cydari, sceptra manu extulerint, Sceptrum suss Cydarisq Franciscus eminuit sublimior cunctis, ad plantas damnatis, heroo pede prostratis. Quin adrepentes propulsavit è vestigio, ne planta dignitati Ducali: Quantus jam sit Borgias? metire magnitudinem: honoris culmen omne infra se reliquit. Coronati apices ne plantas attigerunt functum verò dignitatis fastigium, è mortuis vendicat augusta manibus, eo provexêre unde culmen quodvis despiciat sublimi. Vestros tamen D. A.A. descendet in obtutus. Quod si theatri majestas magno non Principe vestro impar conspectui affulserit, indulgebitis: Franciscus inter ferales umbras, tantum modo adumbratur. Dixi

Borgias Procerum corona stipatus adstat sarcophago Imperatricis.
Sarcophagus hic extruatur. Ima

Borgias. Eheu cui nos fatum marori citat! dolendam vicissitudinem! amœnam vitæ scenam, funesta clausit catastrophe! ergo Regum Amor, fortunæ cor, orbis desiderium, populi votum, solii gloria, brevem cogitur ad loculum. Frontis augustæ jubar extinctum ferali nubilo! cui blanda Charitum Numina insedere faciem, gratias Augustas squallor Lachesis funestavit! umbra hæc serenitatum pedissequa. Terra marisque diffusa imperii majestas arctatur tumulo! eo decrevit Gigas honor, ne urnam impleat: de toto cinis exiguus! superbi sese attollentia fastu hic detumescunt summa! quantos cecidisse ingemuimus! colligite magnitudinem, orbe jovem urnæ angustiis ægre parem. Quid fuerit Isabella! clarius in umbra noscitur, emortui cineres, vivus Imperatricis color. Hactenus venusta vanitas cerussam adspersit formæ, ori comem illinit fucum, mentitæ decorem genæ posse se pinxit, finxit in vultu gratia: Mors detraxit falsitati larvam: effigies conformior Isabellam refert in exuviis. Ludimur eheu mortales! nostris nutrix casibus vorax tellus, tum et honore trabearum, coronarum spoliis turget! nefando fastui metam figo: ne perpetrato funere fata superbiant, honoris funus ago: gemmantia vertices manuumve decora squallete in pulvere Isabella, abjicit insignia honori Principi justa persolvo Principes, justitiæ nimirum jura reor. Principis quam Libithina calcaneo hostes, tum metuendum, meo nusquam intumescetis casu funera: ferales catastas non ingrediar Princeps. Vobis immortales urnas cineres augustissimi: Sacrorum dogmatum focistis igniculos, ab his mentis augustæ flammam concipio, illi: sanctæ fervidi ingenii fomes fortunatior. Erudita mihi suppeditabit principia. Imperatricis exitus. Maxima, queis regar, sunt, casus maximi nempe augusti; adit Borgias cubiculum atratum funebri panno, in mensa reperiet, calvariam, clepsydram, item in calvaria atramentarium, in libro calvariam, his visis Borgias. En mortis athenas. superbo pompæ apparatui superstes umbra, nocti favebit atticis. Evolvam libros, decurram paginas ad calcem rerum scilicet extremum. oculis paginas pererrato suprema clausas periodo. Integra tamen voluminum congeries, unum mihi objicit caput, eruditionis initium, extremum vitæ, Rhetorica & reliquis operam litabo: Rhetorum in persuadendo maxima, eadem ac mortis methodus. Hæc etiam vocalis, fatiscentes intra fauces dum vocem premit, loquitur ad motum Auditorum, quos a Regum Augustali, Principum aulis movet, an removet. Stylo insignis Lacone, succis, alethali ferro brevi: quod vitæ unam ponat periodum. Quæ vero post reliquis ætatum labores in persuadendo ultima, mihi nunc prima, mansmentemque autumo Minervæ sanctiori. Orationem moriturus olim dispono in syllogismum. Prodit apprehensio prima, sed secundis omnibus major, eaque judicium premit de morte secundissimum, eademque concludet. Ergo moriendum! ut vero Suada hæc decorem induat: limatam reddet Epiaseh wyszpuige z trupiey głowy mortis limatura. Sepiam infundet paginæ piorko wsku trzymaigc ator feralis, ostendet panni atrati lacinia a ferali atramentario pendens. Interea superveniens Genius fortunæ, honoris ac indigitant mensas 3, in prima Carchesium ex auro. in 2da insignia honorum, in 3tia insignia voluptatis ac Epulæ. Genius fortu=

na. Ergo ne Hispaniæ æstimatio, Gandiæ Lombaiæq pretium, Catalauniæ for-
tuna, coronarum gemma, Francisce atro squallebis ergastulo? Sæcula per
Aborigines tuos æstimatissima, majorum aurea meritis portendunt lucem pu-
blicam. Pretiosus affulget nitor, ad tuos devolvitur pedes orbita fortunati-
te Principum auspicatissimè felicitatum alto invectura. Interea clarior
feralis tuba insonat, mors adest ac atro panno mensam involvit, ac pe-
dibus fortunæ amota felice, subruit Borgias subridens. Breve auri fulgur
ita æternas desinit in noctes. honor alloquitur Borgiam. Regnorum honos et
mor Princeps maximè bellô infractum animum haccine terrebunt? iterum
clarior feralis perstrepit. Mors adest ac deturbat insignia. Sternit Genium
honoris, insignia ad pedes plabentia Borgias calcat et rejicit dicens. Re-
li fronte indigna calcar cum sterat, olim infami pulvere sordidanda.
luptas blanditur, dicens: Luderis Princeps, mentem ferali meta con-
vulsam atra hæc somnia inquietant, sed vinum spirans primum ma-
tis vigorem ac amœnitatis animam Falerni Spiritus instillabunt,
porrigit calicem reliquis mensæ accidentibus rursus clarescunt litui
ferales, pallent convivæ ac deloquio absumuntur. Mors evertit scy-
thos. Borgias. Discite Principes, è disco mortales fatis inescari. Dis-
piant suaves cui sapiant cyathi? è mensa epuli accipiens calvari-
am Borgias. Et hoc eruditionis meæ caput primum. Rediens ad men-
sam suam accipit calvariam libro impositam dicit. Caput 2dum
librum verò aperiens legit titulum. Meditatio cœlestium: dum legit du-
Genii ferales adferunt sphæras mathematicas, horum unus. Borgia de
Principibus, Philosophia sanctior saniorve tuo se sistit conspectui. Ma-
theseôs cœlestis amor invitat Ducalem obtutum. Borgias. Annu-
constitis sphæras legit in illis. Via Lactea. tum dicit. Repuerasco
libens: innocui candoris lacte me cœlestium innutrient deside-
item legit. Sidera erratica. subjicit dicens. Doleoq ô quot dignitatum
sereno corusca, aurea Regnorum sidera Empyreo ac toto cœlo a-
errârunt! legit. Libra dicit. expendi non opes non gloriæ pondus
valere ad Cœlitum fortunam anhelanti. 3tium caput libro impo-
situm arripiens dicit. Caput 3tium. in libro legit. Terrenorum
vanitas ac cœlestium cum exemplis comprobata. legit ultra. Ioannes
Chrysostomus orbis gratiâ tyaraq honore Bizantinorum Antistes hanc
musæis ac eruditis paginis effigi optabat epigraphen prima fronte le-
gendam: Vigilate. Iq immortalis memoriæ Prætul sepulchra compa-
bat. Pulveris thecas. Scholas humilitatis. Vincarticus invita. Sieras
cta quo tenacius animo apprimantur, sedula revolvat cogitatio.
Borgias à mensa surgens id revolvit mentem et interim eaq quæ le-
oculis spectat. nempe Xrostomum in coculari manu tenentem epigra-
phen Vigilate. aditui effigentem, eandem legit Borgias, demum Xri-
stomus urnam indigitans et calvarias 2 manu tenentes dicit. hæ pu

tt

veris theca, hac humanitatis schola. Borgias. Annumeret in nume:
ros Palaestra mortis me Duce Discipulos? redit Borgias ad mensam, et eun:
do revolvit librum, legitq. Exemplum 2dum. Graecorum Ducem Ducem for:
tissimum, bellorū gloria, nulli parem Achillem exiguō arctatum tumulō
demiratq Ovidiq ingemuit: Vix manet è toto parvq quod urna capit. Sur:
gens Borgias inambulat volvens mente. Achilles Ducum fortissimus:
Vix manet è toto parva quod urna capit. Aperitur interea Sepulchrum
Achillis, supra cujq urnam gemebundq inclinat Ovidiq; Vix manet è toto &
Borgias Hic fastum Duces ponimus, plausuumq pompam et quos
orbis complexus aegre urna capit. rediens Borgias ad mensam egit.
Exemplum 3um. Saladinus Aegypti Rex bello fusis gentibus le:
thali quoq saucius vulnere, vestem hostili mortis infixam per
castra circumferri mandavit, ac altum ingeminari: Hoc unicū
restat ex Domitore Orientis Lipsig. hac dum legit, aperitq Thea:
trum, in quo sub Tentorio decumbet Saladinus; inter clangores veri
homisonos circumferetq vestis à morte, Ĝ o iō in clamante milite. Hoc
unicum restat ex Domitore orientis. Borgias: opes, honor et quidq
intimas intra fibras latet Sanguinis, morti Eda cadimus. redit ad
mensam legit. Exemplum 4tum. Ioannes Godefridus Episcopus
Bambergensis familiare habuit illud: Omni momento sto an:
te januam Judicis. Borgias volvit mente hoc ipsum spectat,
nimirum mens elatq conspicitur in medio, porta insignis, cui &
foribus Cherub: cum ense, portam extra hortus amoenissimus, &
foribus flectit Episcopus, dicens. Omni momento & Borgias. latis
nusqm laudandam elogiis astutiam: vestibulo illi invigilat,
pandatq Terrigenis? ingreditq tmus, prior tempore, prior jure.
redit ad mensam legit. Exemplum 5tum. Laurentius Justini:
anq Venetiarum Patriarcha morituq adstantes monuit;
hactenus per jocum res acta est, serio nunc agitur. Id volvit
mente Borgias. Vale mitto jocis, morituro demum serio illusu:
ris, redit ad mensam legit. Exemplum 6tum. Numa Pompilius fer:
tur in abdito Augustali & oculis gessisse speculum defunctorum,
calvariis circumcinctum, hisq appendisse epigraphen. Specu:
lum hoc non fallit. Id ostenditur. Borgias. huc oculos animumq
defigo. redit ad mensam legit. 7mo: Ioannes Climacq Abbas mortis
meditationem summam Philosophiae compellabat. Spectatq in antro
Eremitario Climacus. Calvarium indigitans, repetensq sum: Phi:
Abdico animum sanctiori Philosophiae, ut recte demum concludam.
Demum cumulis, honori insistent duae matres manibq tenentes: Non:
plus ultra. Borgias. Turpe illusistis menti Borgianae pronam
demum haud inflectam frontem. Illusistis. non plus ultra.

Cantus.

Oraõ in laudem B. Stanislai Kostka.

Eiusdem *Propoõ* Laborantis Päð Clypeus, Regni Ancile, Kostka

Sublimi eminet Olympo Kostka, et prono in vota obsequo terris im-
minet. Cum illis cælestes partitus deos, ac postqm se totum dedit Syderibus,
totum se impertit nobis. Stanislaum offerunt Cælites, Incolam nec non velut in
gremio tripudiat Regnum. Trabeato Beatorum ordini apertus, Domesticum agit Sarma-
tiam. Quem innocentis animi dignitas ad Nativam Angelis indolem provexit
Illum angelicis insignem dotibus probarunt Supi. Numinum eta Dñi obtutu Solis
pupillam nutrit, ut nostram integritati prospiciat providendis terrigenarum
bonis ab alto hoc immergat palpebram. Regiam Numinis amplo virtutum ordine
circumstat ut pro Regno stet Custos pervigil, faustisq Regni eventibus assistens
Comes individuus. Non secus quam si ad æthera Auctarem Päð & intra Simides
avitos Empyreum coegisset. Non vano sit nisus et imo sublimis Polonia
Cælo in imperii edito complexa opes: eodem Polo quo apparuit Polonia Stanislai.
Illorum quos ut Soles adorat Regnum, alta progenies Juvenis Beatissime ta
te porrigis Phœbo affine, jubar: Ac integro ~~Constrictu~~ Coruscum Olympo ut
virtutum radios terra pelagoq diffundas ne Soli commensuratam Cælo q au-
met Kostkani Nnis magnitudinem in dissitas universi oras majestatem progen
ppe immensam. E Patria Arystociorum Prosapia Progenie Parentis Illu-
strissimam, augustas invitat palpebram. Effigiem Stanislai jam ori Mater
ne mille inter Lenocinia jam pectori appressa, et Cordi prope intimam spectata
re licet et dicendi argumento evincere, Kostkam, Laborantis Päð Clypeum Regni
Propoõ Ancile.

Non impar enim dictionis præsidium in Kostka Orator Conspi-
tuo. Vos vero Ilmi, Sapientissimi Auditores benevolentem Clypeum obijcite
ut sine vestrarum læsione aurium pro Kostkani gloa nhis decertem.

Merchis adamante in arari dies, qui Numam Pompilio Urbis orbis
q Sceptra deflexerunt. Fortuna potuit ne Secundior, blandiri Rñs, qm eum
Impatorem sortiti Numam Grandes ille tutandis Civib, cum centuriasset Exercitu
eum Cælum in suppetias evocavit. Iam quidem illam fulserunt Capitolio triu-
phi, jam siluerunt Classica, belli fragor conticuit. Pax alta regnabat, Eode-
que Pompilius vestigio provecti insolidum. Res ipsa tn ab hoste immunitas
immunitatem publicam sacravit. Licet in instarent ossia, in urgeret infernus
Mars longa quies funestis atrox contagii in viscera Päð deseviit eadq Ca-
tius finib procul hostis excepit Latium cladem sensit internam. Funestis totus sup
stes Numa C. Si tn superstitem compellare licet quem dirum funera prope
exanimabant sternebant ad nativam en optimo Principi gloam colluctabatur ut
subditorum cladem non aliter ferret ac suam; eademq generet calamitate qua
prostravaret subditos sub tanto igit malorum pondere fatiscens Numa infau-
sto ab exitio ut respirasset promptius, altum suppitia statuit Cælo, flex ipse adq

Clementia qdo e Sublimi deciduu Regali. Strinxit manu Ancile hoc est fata
litati exitiu, Romæ Civiu fato emorientis robur et perenne beneficii post tot
funera monumentu.
Clypeo illi integritate urbis calamitate quavis altiore inoravit Olympy
et Ancile hoc deinceps adeo strenue infesta Lachesis tela elisit, ut in uno vir
tutu Heroe Numa propugnato, reliquos oes fato eripuerit.
Veru silete fasti profunda premat oblivia ætates præterveetas Mihi est,
quidquid de Pompiliano Ancili veteru annales tradiderunt finxerunt Carmina
fabulæ adjecerint. Te ego in triumphali Numæ Clypeo hactenus Contempla
ti Dignissimæ Stanislæ cu Ancili deflexa Pompilio felicitate adoravit Lati
u. Secunda magis in te complexa Parens illma Kostkanæ Borapiu, an glori
ipsius monumenta revolvite Dignissimi auditores. Jam Terras deseruerat Kostka
jam Sublimes papus in alto syderu defixit cu interea Matre Margaritha
Kryscia superstiten adhuc moraretur tellus. Vel certe illa quoq jam rapiebatur
animo in Empyreu, eoq anhelis ferebatur gemitibus, quo Filiu penetrasse ge
stit. Sola nihilominus optato in limine constiterunt suspiria; spes attamen
celsissima, colligatarum Familiaru vinculu cum ætatu lustra in votis devin
ciens incolumem illa tenuisse diu plaudebat. Annos complures expectatio
tanta enervavit sed nondu vitæ filum abrupit ut Kryscia votis oibus contenderat
quo expeditior in Cælestes nati complexus rapetur. Momenta præcipientes anni
(suspirabat Margarithe.) diem ferant Suspiratu! hoc est in Olympi alto summum!
Cousq Matris vitæ mora obtendis Stanislæ. addita Empyrei recluderes viam ex
pedi maternis ingressibus. Adeo sollicite anhelantia Cæli desideria quia in
intimis Keriscia fibris exarserant, exitiale (si tn exitialis dici pt et n potius
fecundioris vitæ auspiciu) accenderunt febrim. Lentos inter astus dabascebat pectus
cæteru deliquia ipsa robur animabant et fatiscente spiritu excitabant, spes
Filii mox in Supero Senatu salutandi. Nec sola spes blandos conspectus portendit
Icone Stanislai jam tu in turriu fastigio temploru aris, prono Poloniæ
totius cultu adoratam mille amplexibus teneris, totidemq basiis Genitrix Illma
cordi apprimit. Istud mollite materni pectoris speculu, gemmas conebant ge
nu vultus Kostkani, frontisq innocuæ serenu dimulabatur an vincebat adaman
tes. Ubi tn cu grandi morbori violentia extremo robore colluctante Krysci
a Specto Effigiem Kostkana auspicatus Ancile ~~auspicasse~~ nuncupasse malim
Non quæ elisit Libithinæ tela Scutum istud: Materno in pectore reliqua meta
vulneri, sed illi solu, quo se deu vita fudit, influxit in Cælestem Eridanu; morte in
tegritate hausit deinceps fati ois immunem. Fortunatu illud vulnus triumpha
lem reclusit portam, qua ingens animus immortalitate ingrederetur de Orbe abjecto
triumphaturam. Kostkanæ igitur iconis umbone munita Parens Illma excessit
e vivis, et celsissimas viventiu spes quævis mortaliu fastigia excepit! Dissi
mina Modestiæ calcavit casu, quo sub ictu Libithinæ procubuit! Casus, felicita
tu gloriæq ~~carem~~ apex fuerat, Kryscia erexit ad honoris culmen, astris intulit. Jam
felices casus! Jam præcelsam sublimitate sibi vendicat triumphalis Clypeus Ima
ginis Kostkanæ Cum Demosthene meliorem Ancili huic fortunam inscribo

tranquillum impertiit quod nulla fatorum injuria temerare, nulla tempora possent convellere, qd Olympus velut felicitatum Illis gemmea pariter comple ctet. Ut vo cuncta in adeptam cladi securitatem dedit Chotimenses Viennen sesq. capti declarant. Joannes Ptij, quo inr Heroes Regesq. n jor alter, avita ambone abjecit, ad illi ceu Numa Sarmatico imminueret ab alto Stanislaj sub Ancili tanto retudit impetus barbaros fregitq. ad quemvis deinde aptum intrepi da, Othomana vim ricit Polonia Divinisq ancile hoc Kostka discrimine hor ror, cunctis metus hostibus Pas triumphus.

Ad vos jam devolvitur dictio Hospites Illmi Clypeum Polonia orator elogio cetuti, sed minus digne, humiles suadam erigite Vestram Sad. totis integritate in Stanislao plausu attollite; Secuturis annoru lustris abunde firmaturi et genuinum Stanislao encomium, quo Kostka Regni Ancile. Dixi. Dixi.

Leo Agrorum Praedo Vi Crucis Christi in Campis erectae sternitur.

Ejusdem Calissii 1725to Die Martii

Refertur in Vita Leo S. Chrisostomi Leo non infrequenter, ne quidquam proficientibus humanis remediis, vastabat agros. Res ad S. Chrisostomum perlata. Sanctus in Aditu agrorum erigi jussit Crucis Christiferae Signum. Erectum nec mora irruens in agros Leo ac conspectum Crucis concidit exanimis.

Prologus.

Crucis triumpho plausum dabimus. A. D. Conterminos Bisantinis agros rapina innutritus Leo cui aliena semper acuebant famem invaserat amplas messium opes rabidae in gluviei devovit. Nec rara vigiles quos excubiis prefecit frugum Cura prope exanimavit metu cum ferox Praedo Campos frugibus exarmasset. Quid agerent mesti agrico lae quod robur licentioso incursui objicerent et frugibus cunctisq simul occurren dimalo remediis se deficere altum ingemebant. Una mentem anxiam cogitatio subi it Bisantinorum Praesuli Joanni Chrisostomo velut in gratiarum sinum laben tem fortunam abjicerent. Supplicem recursum erexit spe antistes Crucem servi aegressionis exitum in aditu viarum defigi mandat. Attollitur salutis lignum salvasq agrorum opes vindicavit solum incolumem non sivit invasorem. ro bur proinde Rapinis firmum avita posuit ferus revixit a salutis tessera Co lonus animos quoq resumimus Christicolae Constantinorum Arcadiorum et multa fortitudine averna lystra Leonis rabiem Golgotheum in quo sterna tur hostis signum attollimus Divino profligaturi telo quoties impio se ausu ere xerit. Dum tamen Crucis triumphos promemus nullum abjectae dictioni refe remus plausum ex eo solum se triumphatura humilis suadet peroptat ut D. A. incultae orationi benevolam inflectas aurem et oratorem a plantis non re jicias Dixi

Ex una parte aperitur Hortus, ad Caleem montium, quibus jam Apollo, jam Orpheus, jam Alcinoi Thronus eminet. Ex altera parte late se porrigit Campus amplam segetem messi proximam proferens; huic vigil adjacet Colonus, illi Hor tularus adstat. Alius jactat Horti delicias.

Hortulanus Auream Saturno aetatem non invideo. Jam vere illas regnasse comper tum est, quam veritas fabulis genuina. figmentis Vatum; extra haec aniles fuisset viguerunt, quantum poterant viguisse in quovis declavit dies; et quemadmodum in

genioso duntaxat animabantur mendacio, ita extra illud dicere turpiter emori co
acta. Porro citra Commentum est floridum Horto isti immigrasse saeculum auri, gemmarum
pretia decore nativo imitantur areolae ac aemulam Caelo ipsi apponunt majestatem.
Ebrio Narcyssi nitent, gemmant Lilia, cognito Aurorae murice Hyacynthi, rosaeq fulgent;
neq Comptius Caelum Stellis ut Horti hujas se pingit venustas. Perpetuum hic amae
num ridet, blandiuntur Zephiri, leves mulcent florem Ethesiae. Quoddam naturae prodi
gium suavem Superis jecit illecebram: Apollinem, Orpheum, Alcinoum blando
sistit spectaculo.

Aniles illecebras! inconsulta mentis breve lenocinium! haecine pupillam tra Colonus
hent, animum rapient quae acrior aura sternet cunctaq florum venustas aë
ris inclementiae in spolium cedet? Indigitans Segetem dicit. Fructus hi quo uberio
res sunt, eo ampliori se proferunt solatio. Illos aurora liberali nubium fluento
prolacte pavit. Ver illis leni adspiravit favonio. Aestas Phoebi radium deflexit
ut in culmos copiosa fruge graves eriperet. Autumnus non secus ad divitem agro
rum gazas leget contraq ventorum injurias acervis conditos tutabitur bruma.
Sic tempore quovis optime fructibus istis provisum nôris.

Haec rudium oblectamenta. Ad abjectam servitutem damnatae manus Hortulanus
labor. Influente Caeli beneficio non minus, quam vestro sudore ac sanguine irrigata
seges. florentes vero hos veris partus, cum seu in Olympi sinu educassent Gratiae dota
runt Terrigenis; et quo carius fieret donum regali prope ostro rosas gemmeo nito
re lilia aureo vultu investiverunt Hyacynthos. Colonus

Puerilem genium aestima illicit superficies, virilis animi est ex fructu metiri
rerum pretia.

Non sola capit florum superficie. Odore, quali ne Arabia fragrat, Hortulanus
illicior. Ille delinit mentem vultuum nubes maestas dissipat. Ille cor dolore
pressum allevat. Flos ideo Regibus quoq in pretio ac amore augustalibus Prin
cipum dextris ac Pectori intimus.

Teneriorem (ne ambigas) procerum amorem sibi devincit Ceres prae Colonus
Flora utpote cum non inerti solum odoramento nutriat as delicato gustu pa
latum proritet et Reges in Solio, ac quamvis hominum sortem robore firmo sta
biliat Hinc Italis Gallis Germanis nostro autem prae reliquis delicato Mato
vitarum idiomate compellatur Stawinoga

Pertrahor in sententiam. Cereri Primas cedo: cum tamen utraeq quae Hortulanus
Camporum qua hortorum opes publicum alant Commodum, eò vigiles Conatus nostros
desudare necessum est ut illas, jam hominum rapinis, jam ferarum Praedae inacces
sos in tuto et toto Conservemus.

Interea Sus ex opino irruit invadit Campos segetem sternit horti septa dis
turbat. Colonus ac Hortulanus aufugiunt, demum post abitum ferae dum damna illa
ta recognoscunt. lachrymantur.

Adversam sorti meae vicem! Eheu! multorum dierum sollicito con Colonus
nisu, gravibus virium deliquiis, fesso sudore quaesita solatia, laborum spem non in
herba aerumnarum praemia rabies inimica tulit.

Non leviori dolore pressum mequoq summas clades communis est. Vi Hortulanus
dens disjectas areolas dicit. Ô solertem Hortulanum; ut novit areolas dispone
re! Rosas confractas ex terra attollens dicit. En delicatulum! quae palato arris erunt
bellaria? istudne arcendae fami congruebat edulium? Conus pinea vel crudum quod
piam urticarum genus nonne rabidam ingluviem satiare potuit? Demum alloquitur Colo
num. Quod ulteriori malo feremus remedium.

Non incongruus arcendi praedonis nefarii occurrit modus. Aspe Colonus

vis horrentes acuminibus sentes in aditu camporum invasori objiciam; non ambigo; arcebunt accessum immanem.

Hortulanus Placet Consilium ~~munit~~ vias vepribus tandem dicit. Hortorum Campe rumve securitati optime provisum. Abiit uterq. Interea irruit ex inopi no Leo explorat amo sepes, deinde disjicit, damna inorat. Abit. Superveniunt Hortulanus et Colonus querulantur. Hortulanus Nulla tam valido hosti impervia, nulla impetum fractura obstacula! Ergo Hortorum agriq decora opima laborum solatia patebunt rapinæ.

Colonus Minimè Concidendum animô. Sacerrimum Bizantinorum Antistitem Chrisostomum de cunctis edocendum censeo. Divina Ille suppeditabit remedia postquam modis omnibus humana deficit Industria.

Hortulanus Utinam votis eventus respondeat! Adeunt S: Chrisostomum, Hortulanus exponit Causam adventûs: Duo magne Antistes pedi, velut clementiæ solio affundimur; supplices ut quos propono deflexos obsequio spectas, in spem obtinendi postulati erigas.

Chrisostomus Votis ut satisfiat vestris pro viribus mei ac Præsulei muneris ratione collutabor. Adventus porro causam mihi declarandum cupio.

Hortulanus Agros ~~non in~~ opima fruge divites hortos floribus amœnos ferox non infrequenter invadit Leo. Segetem jam calce proterit, jam ingluviosus hospes cupiose absumit. Idem Horti virginiam afficit infortunium artes quæ sint pares avertendo malo succedunt nullæ. Non septa spinis horrida, non canum vigilantia irruptione prohibet. Ad tuas Præsul maximè abjecta plantas rerum nostrarum sors exorat calamitati remedium.

Chrisostomus Unum, sed validissimis quibusvis firmius tutamen, terrendo accernendo prædoni par oppono: Triumphale Salvatoris lignum in aditu camporum defigite; vesano dum feretur impetu Leo ad salutiferæ Crucis conspectum rabiem cum vita ponet.

Hortulanus Salutis desperam Præsulea ~~m~~ deprompta m ore accepimus; Postquam Salvatoris Crucem arcendis agrorum periculis sanxisti opponendam. Sancita exequimur prompti. Crucem viis agrorum præfigunt Colonus et Hortulanus Colonus dicit Calamitati terminalis esto columna. Juvabit interea e vicinis latebris Christiferæ triumphos Crucis prædonis feri supremam stragem præstolari. Atrox bellua clade nos soletur sua quibus recedunt. irruit Leo et conspecto amœnos vultus cuiusq ademerat recedunt Crucis signo ruit exanimis. prosiliunt e latebris Colonus et Hortulanus: Jam tandem auspice Deo hostis prostratus jacet. Summos Tibi Numen litamus honores: cum in triumphali trabe hominum Salvatorem egeris, campo quoq integritatem vindicasti salvasti propter hominem.

Supervenit Pietas in comitatu Juvenum. Isti primò in laudem triumphantis Crucis declamant. demum Pietas concludit ~~vim~~ vim Crucis esse contra Dæmonis impetus certam declarat id et singula Mysteria Passionis Christi et ultimato per signum Crucis in Lucerna Magica.

Adolescentum unus.

Ignominiæ quondam Theatrum
hodie triumphalem pandit campum Crux Christi bajula
vicit ille quem vulneribus quot tot cædibus victum lusimus

2dus

Respiravit ânlee cruor per verbera effluens instillavit animos.
Immane telum Divinis defisum fibris restituit vitam quam ademerat
ut perennem Stygis cladem animaret.

3tius

Crux Christo mortifera, refloruit in lignum vitæ, Purpureo sanguinis Divini
rore irrigata virorem induit. Altissimi Spiritu animata, Infernalis Belluæ
mortem spirat.

4tus

aperto vulnerum ore Numen sitit sanguinem
fusus hostis non satis extingueret sitim triumphalem vindictæ ardorem
sedabit cum integer, quantus quantus est fundetur Cocytus.

5tus

Altæ Numinis Cicatrices profundum dabit ~~Leonis~~ Stygis vulnus.
Illum infami configunt morte, postquam confixerunt Christum.

6tus

Stygium Leonem stravit Agnus
Lenitati furor, Innocentiæ cessit nefandum Scelus.

7mus

Vel certe triumphalis belli Aries, hic Agnus est.
Murum veluti aheneum se terris opposuerat Erebus.
Quod robur molem infaustam frangeret?
Agnus in Golgtheam sublatus Trabem, arietavit expugnavit.

8vus

Diviniorem ne ambigas Herculem Hominem Deum
Ferales Clavi, egerunt vicem victricis Clavæ
Infernale hinc elisum robur protritum!
Alcidæ nostro in manubias cessit Leo.

9nus

Fabulosus attamen ille monstrorum Domitor si lacertos Leonino
submisit spolio;
ad Calcem Divini Herculis abjectus erebi Leo
æternum Ignominiæ monumentum.

10mus

Nobile istud assurgit trophæum
telis ensibus exuviis Orci grave
amplos triumphi apparatus
vel unus hic fusus hostis dedit

11mus

Pulchrius ruinis tantis erigitur gloriosa moles.
Casus hi attollunt divinæ majestatem victoriæ
Triumphi excedunt orbem geminum.

12mus

Mortium Authori Adamo supereminuit olim Golgotheum onus
Illum jam, qui Protoparenti generavit mortem gravat,
premitque fortius, quam Æthna Enceladum.

13tius

Reviviscite mortalium sortes
Exanimatum in Cruce Numen vobis instillat spiritum
cum animos Erebo extinxerit

14tus

Constantinos Arcadios quævis parit ætas
istud quoties attollitur signum insigne protendit victoriæ
Orcus quo non atrocior hostis triumphalis objectu Crucis,
exanimatur sternitur!

15tus

Pretioso pondere deflexus ab arbore Golgothea Deus ignis creditur
Illum Stygis exitio exarsisse ut vidit avernalis Leo
fugisset; ast quia fugæ aditus sensit præclusos
en cadit exanimis

16tus.

Non eo inficias Causino: Indiæ arborem quandam nuncupari Regis
hastam asseruerit;
Supremus Moderator Regum
triumphale lignum in hastas tela in excidium animavit:
in uno hoste hoc universos erebi confodit exercitus.

17mus

Innovatur Premislai Stratagema
Sed meliori sorte vincitur
Triumphale lignum hostem non modo in fugam egit
etiam prostravit.

18vus.

Altis Sublimem Colossis Crucem faustis itinerum ingres
sibus præfixam velint alii
Crux hæc infelices Orci exitus designat
Infernalis rabiei terminalis censetur Columna.

19nus.

Illic fastum furoremve ponit averni bellua
ubi victorem posuit animum
triumphans in morte Homonum en

20mus

Pretiosæ Sementis indolem gerimus Terricolæ
cœlo uberem laturi fructum
In messem divinam falcem non raro miserat
Predo improbus;
En præda fit et spolium ipse Crucis.

21mus

Symbolum vigilantiæ fuerit Ægyptiis Leo;
ut pote cui nec alta nox claudit palpebram:
Leo nihilominus hic ad sua colluxit damna;
In æternam ignominiæ noctem clausit oculos

22dus

Samsonem robustissimum, sua, qua Leonem Stygium stravit
fortitudine, refert Homo Deus:
Orbi inter immanis belluæ ora favos pandit
hoc est devicto hoste, pacis dulcedinem.

23tius

Ignivomum Leonem hunc suo probavit Mundus infortunio.
flammam in dies proritabat furor
Pretiosæ cruoris divini stillæ sopixerunt rabiem, extinxerunt

24tus

Lignum vitæ, Golgotheo colle, Coronatisque Regnorum apicibus
attollite Christicolæ:
Non minori hodie Nominis incremento, mortis lignum
compellare libet.
mortem intulit Erebo.
Vel certe vitæ mortisque Lignum nuncupandum velim:
mortem, exitium Stygis animavit.

25tus

Fidium concentu arbores in saltem animaverit Orpheus
Arbos Christifera triumphis tripudiat
dum Styx devicta gemit.

26tus

In victrices, qua nec Dodona parit hæc frondescit arbor
perpetuos deinceps frondis istius honores speret Orbis.

27mus

Vesanos impetus furor averni exere.
Oppono Crucem, quæ protinus impetus omnis frangetur.

28vus

Anchoram alii, felicium votorum Insigne præfigant spei
Illam Christicolæ Golgotheo agro permutabimus;
votorum spes Cruce nititur.

Pietas per Lucernam magicam Mysteria Passionis Christi demonstrans dicit. Continuum de Styge triumphum egit Homo Numen, cum protentos inter Judaicæ Tyrannidis cruciatus, continuo animam egere videtur. Per Lucernam declaratur Christus orans in horto interim Pietas dicit. ad Sanguinis profluvia desudatum: Sanguine rorantes guttæ felici conflictus globi erantium cladem averni eraperé. Toto Sanguine repletus Corpore rubuit Christus an excanduit, in exitia Inferni, eum quod pallere metu, exanimari, sterni; fecit. Terra Jotius Gorgonis Cruor Cruentam monstrorum Sementem protulerit sed deciduus a Corpore divino Sanguis in Infernalium monstrorum excidia emanavit.

Pietas per Lucernam declarat Flagellationem Christi et dicit: Deflexo ad Columnam Numine majori strage, quam a Samsonis Colapho ruit Erebus. Verbera hæc Erebo vulnus insanabile

Pietas per Lucernam ostendens Coronationem Christi dicit. [illegible] to vulnere Divino vertice defixi sentes ultrices acuunt iras qua Orcum profligemus. Christi Cruentans caput spina, illum, Erebo hostem in caput evincit.

Pietas per Lucernam ostendens ~~dicit~~ bajulationem Crucis dicit Sub victrices Christi plantas abjecta Styx per protritos avernalium hostium vertices ad Gloriæ Capitolium (hoc est Golgotheo) ad Capitolium triumphalem urget viam.

Pietas Matrem Dolorosam repræsentans dicit Dolorum Mater vobis triumphi solatia parit. Gloriosos inter pro mortali um integritate, agones victoriis ac vita strenue functus, vos in bella fortunato marte Cæli hostibus intentanda, serenius animat

Pietas Crucifixum repræsentans dicit. E Crucis Tropheo sublime Numen triumphali calce premit avernum opprimit

Pietas In Sepulchro Christum jacentem per Lucernam repræsentans dicit. Post funera quoque Domitorem Erebi spiritus Christi; etiam in tumulo ad funestas Dæmonum clades animatus.

Pietas Crucis Signum per Lucernam demonstrans dicit. Crux telum est quo robur Inferni peremptum. Pietas per Lucernam demonstrat Christum offerentem Crucem dicitque Prehendite arma Juvenes Orcum contra Crux Scutum est Hæc que Corona victoriæ. Pietas per Lucernam Juvenem profugientem ad Crucis amplexus dicit. Hoc Duce Juvenes in Crucis complexum ferri gloriosum non ambigite.

Epilogus.

Christifera Crucis victoriis apposuit Suada sed adeo vocalem Divini triumphi plausum obtudit inconcinna dictio Tanto nihil ominus gloria classicum attollent acclamationes festivæ dum vestro Auditores Dignissimi triumphalis Echo deinceps a vobis audiet vocalissima. Incebimus proinde vos Cruci Trophæa elloquio, affectuumque glorioso plausu attollite in sublime.

Annus Poëticus 1724
in Annum 1725.

M

Clypeus

M Prusecki

Contra telum mortis

Veritas

Juvenem per Angelum custodem ab ultimo vitæ periculo defendens

propositus

Perillribus Coll. Calisi. Soc. JESU Poëtis

Argumentum.

Patri (qui hic parcus proponetur) filius erat; hunc ille aulæ, dein Scholis applicat. Filius facto prius voto Angelo custodi nunquam mentiri, Studiis dat operam Scholasticis. Contigit ut ab amico confidente visitaretur, ad chartarumque ludum provocaretur. inflexus chartas tractat, pecuniam perdit; iratus hospiti et fortunæ sibi non faventi, post jurgia hospitem interficit. Interrogatus si non sit author necis? memor voti, fatetur se occidisse. rapitur ad judicium, damnatur capite: Ducitur in locum necis, sed ab Angelo custode, gladium Carnifici jamjam demessuro caput continente, salvatur a morte.

Prologus.

Patrem parcum, filium Parcis ereptum proponemus. Si parce de parcis loquemur vatem, tu Auditor sapientissime parces liberalissime.

Inductio Ima

Pater suadet filio aulam, et inflectit animum illius; remittit itaque eundem ad aulam. Filio remisso, damnat suam, qua hactenus tenebatur paritatem, assumptoque meliore animo, vino liberalius utitur. ponit rationem de bonis suis.

Pater. Quid Patria tantum fili consumis in aula
Annos? continuusne mihi, tantumne Paterno
Assistes lateri? Magnis adolesis in annis,
Ipsa ætas suadet, venientia tempora suadent,
Eripe te laribus, genitoris et eripe terris
Teque aliis Fili dilecte penatibus infer.

Non semper poteris Patris inservire lacertis.
Vita mihi brevis est, Fortunæ consule fili
Ipse tuæ, superest nam vobis vita brevis.

Filius Consiliis inflecto caput, mentemq Paternis
Inclino votis, genitum quo jusseris: ibo.

Pr Aulæ da fili nomen. Filius consentio dictis,
Sed quod possit honos aulæ, ingeniumq; Paternis
Da largus manibus. Pr vestem, frameamq; tuisq
Obsequiis mitto puerum: do ponderis aurum
Magni. Filius vive Pater felix. Pater discede secundo
Numine mi fili, genitoris amorq decusq.

Oiciec uwara swoie skąpstwo zaruca go, i hoyniey sym sie sobie stawie.
Fortunæ faber ipse meæ, tot tempora parcus,
Tot vivo soles annorum! damno tenebris
Aurum ac argentum, et vitæ solatia nulla
Adjicio! tantum wędzigrosz audior, atq
Skąpy opleśniałey decrescentemq figuram
Exesosq gero vultus. Sed corrigo mentos
Antiquas. animus melior senis occupat annos.
Horrea complevi, complevi prædia; sola
Decrepitæ quærenda forent solatia menti:
Aurum si quæro? vires amitto diesq
Meq fatigatum curarum pondere perdo:
Et quo plura habeo sitio majora; famemq
extinguens auro, majorem accendo; seniq
Non licet esse semel misero. Dum congero pompam
Fortunæ, nummos nummis dum appono, voracem
Nondum animam satio; desideriumq recludo
Majoremq famem. Sitio dum congero gazas.
Tantalus inter aquas, tot et inter flumina opesq
Quis novit quantum sitio! cum divite Crœso
Me major fortuna gerit. Discedite parci
Ac viles procul ite animi. Meliora fovere
Mens jubet. E vivis ibo? quod inutile pondus
Cur et opes stricto concludo carcere? lucem
Ut videant nummi, libertatemq; sepultam
Erigo fortunam. Consumpta rubigine cista
Ad solem veniat, cœliq fruatur amore.

Lieszy sie otwiera pieniądzmi. Hæc domini, fragilisq senis solatia claudit.
O nimium dilecta meis æraria votis!

O et amor Domini Canæ suffragia vitæ!
Vos oculi medicina mei. Spes tota recumbit
In vobis, inclinatæ mea fulcra senectæ.
Vos animæ pars multa meæ. Sine numine vestro,
Annorum longam seriem multumq dierum
Solem projicio. *wzięwszy talar* centum suffragia vitæ
Calculus iste dabit. *czerwony złoty wzięwszy* dabit aurea secula nummq.

Sic me Numen amet, veluti sudore coactas
Dispergam gazas. Boligrosz parcus haberi
Nolo, ac szedigrosz populis audire, famemq
Allatrante pati stomacho. Meliora senilem
Invadent animam vitæ præcepta futuræ.
Frons inducta nives, caput ariditte fatisens
Quærit opes Bacchi. sitiensq Lydi
Poscit barba vadum. Parcam miser exuo mentem.
Tristes ite dies, anni procul ite priores,
Plena sedent isto domini solatia sacco.

Tu się z chłopcem rozmawia, quærit, coby czyni! gdyby tyle miał workow etc. Præterea quærit ex puero, co ten słychać o nimś, respondet puer, quod male quidem audiat ob suam parcitatem. Ceterum dixit puer se comperisse fama de suo Dno. *Stary* żeby od tąd złe od mnie nie trzymano, biegaj po wino, abit puer. *Dnus przechodząc się*

O voces hominum, voces sine pondere! quantum
Opprimitis non consulta ratione senectam!
Queos etiam prohibente anima mea dextra fovebat
En saturi famam comedunt, carpuntq voraci
Ore senis mores. Satis est ad munera velox
Mens mihi, me parcum mundo tamen ora loquunt.
Quam gravis est oculis nostri fortuna laboris,
Provocet ut lacrymas et voces provocet, ast
Fortunæ soles non possint hemine cerni fere
Sicco. Oculos posthac ne nostra pecunia pungat,
Ibit in Hungaricum, non egressura, Lyæum.

Chłopie. Jest niedaniewino. *Pan* a dobre? *Puer*. Za takie pieniądze iuż nie more bye lepsze.

Dnus Exspectata meis solatia dulcia votis
Vos animæ sitientis amor, stomachiq senilis,
Dulce refrigerium date decrescentibus annis.

Skosztowawszy wyplwie.

Toxica non vinum Domino scelerate tulisti.

Puer Skosztuy waszPan zinney. — *gustat* Non meliora sapit. — +
zinney kosztuie — + tamen hæc meliora propinat

Daleie, wypie, i rzecze bony. Delicium senibq potus hic esse solet.

Iterum naleie Vina Senectutis, sunt et medicina salutis
wypiwszy Non cito transibit qui bona vina bibit.
Iterum naleie nie pełno. Pocula multa, seni promittunt secula adulta.
dostawszy Crateres pleni sunt medicina seni

Pogłaskawszy się po brzuchu dicat teratem wesół. Chłopiec Sam sobie waszmość rad sam wesół. Pan Naści ter i tobie. Tandem podochocony Pan, każe chłopcu śpiewać, śpiewaj mu śpiewaj.

Wierz mi staruszku wierz niebożę
Że niedługo trwać nie może
Tak szkatuły jako złoto
Odbierzeci chciwa kłoto.
Wszycyi śmierć iuż zaziera
Już do skarbów twych otwiera
I złoto się nie pocieszy
Gdy śmiertelny dzień pospieszy.
Które teraz taisz w cieniu,
Z niemi poidziesz w okamgnieniu
Śmierć cię stary iuż iuż goni.
W Acheronta zginiesz toni.
Z ciebie zechce syn brać wzorki
I ładowne złotem worki.
Brząkać niemi wesół będzie
Gdy przy kuflu wina siędzie.

Nie bardzo się teraz śmieci
Że pieniądze są w twey chuci
Dobrze tobie prorokuie,
Bo w twym worku kota czuie.
Ty się pocisz wszystkie siły
Chodzisz dziadu iak trup zgniły,
Lepiey sobie syn poradzi
Gdy o tłusty kros zawadzi
W dobrey chodzić będzie cerze,
Gdy przy winie zie wieczerze
Wiwat stary śpiewać będzie
Twego kota gdy dobędzie.
Zbieray zbieray chciwy starcze
Nie pomogąć złote tarcze.
W kogo godzi kłoto grotem
Pożegnać się musi z złotem.

Jeszcze sobie naleie, nie dopiwszy naraz wlecie servata valent, i to wino, i ten ia płacił. chłopcze weź to na stronę. Przechodzi się, i rozmawia z sobie. I siły, i serca, i rozżywości za kilka groszy przybyła człowiek iak inszy.

W tym przychodzi Żyd, cum quo rationem ponit de bonis suis. gdy Pan podnosi summy, arendarz trzymać niechce, więc drugi Żyd przychodzi, i więcey iescze daie Panu. O co rozgniewany pierwszy Żyd, poswadziwszy się z drugim, zaraz z sobą idą. Chłopiec do Pana rzecze. Mospanie, iescze waszmość żyiesz, a iuż się biią o dobra waszmości, a co będzie po śmierci.

Dug Quid puer iuvenis nequam me mortis imagine terres!
Annos majores spero, licet induo canos.
Sunt vires, annisq vigor, roburq lacertis,
Quamvis obsedit cana pruina caput.

do Chłopca Przynieś wina co się zostało. Chł nie masz go Mospanie. Pan A gdzie się podziało. Chł Na stronę poszło. Pan A to iako? Chł W szakże go waszmość na stronę kazał wziąć, i poszło też na stronę. Pan uderzywszy go rzecze Na stronę-m kazał, to iest żebyś wziął i schował, nie żebyś wydał na stronę.

I Scelerate puer, juvenum nequissime perge.
I scelus, ac oculis ne videare meis.
Vina tibi sapiunt turco scelerate? bibisti,
Me miserum! nummis vina soluta meis.
Vina senectutis solatia, vina lacertis
Desudata meis, et mea damna bibit.

pogrzbieniego chłop Ut penam fugias crimen fateare scelestè. Przyznay się. Juści powiem. Oto Mospanie iak mi go waszmość kazał wziąć na stronę

szedłem z nim, w tym biec mi zastąpił, i to rzekł: jeśli tego wina nie wypijesz, i tobie i Panu twemu łeb urwę. Którem miał czynić? Kochaiący Życie Pańskie, wolałem, rad nie rad z wielką wstrętu moią wypić wino, niżeli życia pozbawić WaszPana. Pan a prawdaż to? Chł. prawda Mości Panie. Pan dobrześ uczynił, bardzo dobrze, dopierom doznał afektu twego. Widzisz ten kontusz? że wszytkich naymilszy mi iest, bo iescze po Nieboszczyku Oycu memoriae dziadu, ale teraz twoy iest.

Dnq Per mappam, Dominoq. libis puer instruce mensae. lepiey się ostawiełł napić, kiedy troche przetrąci. Siedzi u stołu, ie, w tym chłopiec z kamienicy wpadnie, że goście iadą. Pan nie rad gościom, daie się chłopcu ukryć gdzie gościniec, ktory go ustraszy. Chłopiec zmyslawszy, głosy gości kilku, sam siada, i wyspał. et tandem wyprowadziwszy zmyslonych gości, z szafy Pana wypuścił, ktory przestraszony, że do szafy chciał schodzić, żeby się ożywił i otrzeźwił, gorzałki sobie rozkazał. i piie w tym.

Syn od dworu wraca się

Inductio 2da. Filiq redux, incusat aulae incommoda, illiq dare nomen ulteriq. recusat. Ergo bonis a Pre instructq monitis, ad Studia schol. applicatq.

Filiq Patris stringo pedes, annisq fluentibus, aevos
Fortunae voveo, nec ficto pectore multum
Annorum Solem. Pater Patriis gratissimq hospes
Venisti Laribus, genetoris gloria fili,
Cara Patris Soboles. Et quis Te Daedalus aulae
Surripuit, patriisq penatibus intulit? annon
Aula placet? Filiq Sic est Pater optime. Pr quare?
Filiq Verbera, sera quies, parcissima portio somni,
Commoda nulla, cibusq miserimq, omnia fastu
Plena; haec haec, votis displicuere meis.
Pr An nescis, duris hominesq virosq probari?
Crescit in adverso virtus. incommoda mille
Disce pati; per et aerumnas, per et ardua, nomen
Grande tibi crescet. Patrios tantumne penates
Incoluisse placet? Vives sine nomine fili,
Si spernis, campum fortunae et nominis, aulam
In Te Patris honor, domus in Te tota recumbit,
Publicum ama Solem; sic incrementa paternis
Adjicies titulis. Rudis incultusq manebis,
Limina si tantum Patria nate coles.
Filiq Patris verba alto conscribo pectore, voces
Et Patrem veneror, sed ei in me noverit, omnem
Exuei amorem aulae. Pater studiis concede lacertos.
Si non aula placet, vitae meditare futurae
Subsidium. Filiq Studiis placuit dare nomen, amori est
Musarum cultus. Pater votis consentio, mentem
Et tua vota sequor; nam in te solatia fili
Multa sedent, et honor Patris. Tu futura paternae
Addes fortunae, consanguineisq decorem.
Ne vero rudis evadas, labesq Paterni
Nominis, ista tene vitae argumenta futurae.

Vis fortunatus, vis magni nominis esse?
Disce puer virtutem ex me, verumq laborem,
Numen disce puer. Multo sic parta labore
Ac Cælo, Te fida Comes fortuna sequetur.
Nec prius est quærenda Tibi sapientia, quam (quod
est fundamentum) virtus, probitasq Deusq
Sic ubi jam pietas, jam Numen corde sedebit,
Fiet difficilis Tibi nulla scientia. Votis
Unum addo. Custos vitæ, vitæq sodalis
Angelus, ut nunquam ex oculis animoq recedat.
Sit Studiis comes Ille Tuis, comes Ille laborum
Ille Tuis præsens assistat ubiq diebus.

Filius — Gemmea quæ genitor vitæ præcepta dedisti
Exequar, et voces Patris alto pectore pono.
Libros posco Pater supplementumq labori.

Pater — Est bene: virtutem studiis et Palladi amicam
Ut foveas, Dui liber hic accendet amoris
In Te scintillas; sit prima scientia Numen.
Nasonis fastos, Ciceronis et accipe libros.
Prima tamen virtus, sit prima scientia Cælum.
Juratos sceleri, ut pestem fuge nate sodales.
Angelus et pietas sit, Tibi fida comes.

Filius — Ibo vale Genitor. Tu felici sidere perge,
Perge bonis avibq mi dilectissime fili.

Intermedium — Inductio 3tia

Votum facit Angelo Custodi, quatenus nunquam mentietur. Simulq opem illius
implorat, ut sibi faveat in Studiis. Legit, Studet.

ad aram S. Angeli Custodis — Immensi supreme throni, Celsaq domus
Summe Pater, votis auxiliare meis.
Difficilem musis mentem, flagilesq lacertos
Cerno, sed incultis viribq adde manus.
Tu quoq siderei pars illustrissima regni
Angele, Cælestis nuntie, confer opem.
Te fidum vitæ Comitem, Comitemq palæstræ
Eligo, Tu Studiis sis decus omne meis.
Debile festinus doctis Caput instrue musis,
Instrue et ingenio nobiliore Caput
Da facilem Studiis animam, facilemq labori
Mentem, Dive Tuo Numine, Dive fave.
Obligo cor votis, et Cultibus obligo pectus,
Et tibi juratas obligo Dive manus.
Eloquar ut cunctis mendacia nulla diebus,
Nec patiar muto pectore falsa loqui.

Accipe

Accipe vota Comes vitæ fidissime nostræ,
Juratos cultus accipe Sancte Comes.
Do vinctas Tibi Dive manus, do pectus apertum
Auxiliatrices Tu mihi pande manus.

Surgit ab oratione, librum accipit legit.

Jam Studiis Committo manus, mentemq[ue] labori
Committo. Alta peto, nostrum Caput iste libellus
Vincit, quærendi faciles, Capitisq[ue] faventes.

alium librum accipit, legit

Viribus iste placet, nostris quadrat iste lacertis
Sæpius inspergit doctas Sententia voces
In verbis grave pondus habet; multumq[ue] decorem
Maturi spirant sensus. nec rara figuram
Vox loquitur. Scribi gemmis auroq[ue] notari
Iste liber, est quovis digna figuræ libri.

Inductio 4ta

Hospes amicus confidens venit

Hospes Fratris pulso lares, et amicum pectus, amica
Stringo manu Tibiq[ue] (seu Domestico) Cordi est magni præsentia fratris.
Fortunæ tibiliq[ue] meis adscribo, Penates
Te petiisse meos: optatum pectore aperto
Excipio fratrem. Hospes Simili Tibi Corde refundo
Affectus, Cujus Circumfero pectore nomen.
Quid rerum peragis? Domesticus Marci, doctumq[ue] laborem
Virgilii, Subjeci Oculis Hospes quid tempus et annos
In libris falles? placet an consumere vires
Atq[ue] juventutem libris immergere? mentem
Distrahe, cor recrea, melioribus utere chartis
Karty gosc wyjmuje, wyzywa go grać.
Non Tibi frange Caput. Domesticus Fraternis pareo votis
Cedite Virgilii, docti procul ite labores,
I procul a nobis Sufzyteb Marce Maroq[ue]
Doctior iste liber quia fortunatior omni?
Tu primus dispone libros Hospes dispono. Domesticus favete
Cœli. Ne simules astus mi Frater amice.
Hospes Fallaces ignoro modos inferre; Sed istud
ut Certum reputa, nobis fortuna duobus
Inservire nequit, tamen æqua fronte ferendum est,
Quas dederit fortuna vices Domesticus placet alea fati:
wir graią w karty. pregrawa domowy.
Infelix lusus, nostros sors inida Saccos
Exhaurit hospes Nondum finem fortuna labori
Imposuit, dubiam sortem patiare sodalis,
Fortunam tenta, venient optata Crumenis
Vota Tuis, desperatos sed erige vultus,
Post nubem Solem exspecta. Domesticus Sol occidit omnis

ut video, pregrawa domowy albo syn our Angelo custodi devoto

— multam fraudem in mea damna vocasti

Hospes Famae parce scelus, nomen pretiosius auro

Parce scelus lacerare. malo cur scommata mittis

Ore? furis? Domesticus furis ipse meis injuriae nummis.

O nunquam rediture scelus. do szabel sie porwie, domowy gościa

trupem położy — meliora loqui, post fata, scelesto

Disce loqui. nummos amisi, ast vindice ferro

Defendam nomen. sic ora latrantia, ferro

Excidentur, quae apent nudis inclementia. Famam

Indueto 5ta Post numen carpsit, nondum satur, usque voraci

Roderet insontes effrons scelus ore Penates.

— abit Parricida, venit Pater occisi, cadaver filii reperit, dolet, lamentat, inquirit homicidam, qui ultro se offert oculis. Interrogatus si non sit author necis? memor propositi Angelo custodi facti fatetur scelus rapitur ad judicium

Heu dilecte puer, genitoris gloria fili

Siccine crudeli cecidisti vulnere! Tune

Ille puer, spes illa Patris, decus omne Paterni

Nominis. O nimis in Patrem crudelia fata!

Quis te adeo turpi confecit vulnere fili?

O fili! o Patris dolor, o puer optime Patris!

Uno si tecum cecidissem vulnere, tecum

Uno si casu nuerer, felicior essem!

Fundere quid lacrymas juvat. irreparabile vulnus

~~...~~ Est. perii perii miser, uno vulnere tecum.

Te sine, non anni, non mihi vita placet.

Adest homicida, quaeritque ex Patre occisi

Quis gemitus miserande senex tua pectora rumpit?

Quis dolor in lacrymas te solvit? Pater occisi Cerne doloris

Materiem, nec causa necis mihi nota, nec author.

Si non vidisti, misero dic, consule Patri.

Homicida Estne tuus sanguis, filius estne tuus?

Pater Est sanguis genitusque meus homicida jam desine fletus.

Pater Cor mihi, cor dicit, loquitur dolor ipse, nefandi

Criminis authorem te, dic, fateare, tune

Ille manu cecidit? homicida mentiri nescio! Corde et

Jurato veris fateor tibi pectore, caedis

Istius author ego Pater Manus haec armata Superis,

En scelus est, authorque necis, votoque malorum,

Veniunt duo milites, arripiunt homicidam, e quibus unus id dicit.

Non fugies nostros juvenis scelerate lacertos.

Homicida O me infelicem, vetat concedite tempus!

miles Sero novisti crimen, dabis improbe poenam.

Incarcerat homicida, sit obducta scena, ad judicium rapitur. Intermedium

Indueto 6ta

Homicida ~~Statuitur~~ Judicio, coram quo ipse Pater occisi filii causam proponit

Contra Parricidam Pater.

Adustam annis, et multo dolore animam, fatis tenentibus, laribus orbis, prope tumulo eripui; ut Curiæ quam majestate vestra implevistis Judices, detulissem. Miserum me! quare, ubi multam vitæ partem accepistis fata; lacrymas, parva doloris solatia reliquistis! loqui calamitatem possum, diluere non possum. Lugubris venio Judices, quia omni serenitate animi sepulta, umbram nominis, et dies miser pluvios circumfero. Filio extincto nubem induo; non ut dolorem, et alto infixum pectori vulnus tegam, sed ut umbram hominis in me probem, non hominem. Filium amisi Judices, filium! cui pietas ævo maturior! futurum Patris Patrem amisi senex filium! Ille defluentis animæ meæ portus, decrescentis senii robur, cecidit occubuit, exspiravit. Ille consanguinitatis spes ultima, senii mei fulcrum, domus gloria, generis honor periit, occubuit. Sed heu quam sæva manu! Caput multo petitum vulnere; facies errante in ictu dextera, concisa; pectori etiam adegit ferrum; quasi toto corpore, quæreret ad mortem animam Parricida. multo vulnere et sanguis filii, et Patris dolor emanavit. Periisti dilectissime fili, periisti! unaq; in anima, nondum adulta Patris solatia periistis! uno vulnere duo, Pater et filius periimus! quanquam illa crudelitate, illis vulneribus, prosterni mille, mille poterant occumbere, si tot animarum capax pectus in uno reperissent.

Vidistis Judices, quantis vulneribus, qua immanitate ut juveni fecisset naufragium, fudit sanguinem! tabo immergi, natare inter vulnera, cædibus genitum vidistis obrui! date ploranti animæ ferro vindice solatium.

Sentio equidem Judices mihi quoq; opponi tela, bellum invehi, et iniquis causam protegi rationibus. Verba inquit, nomini injuria filius evomuit, famam multo infecit scommate, integritatemq; nominis turpi fudit dente. Fuerit ita! ergo non impari marte, sed verba verbis fuerant retundenda. Nolui, ait, inquinare os, voces nolui inficere. O innocentem animam, o pietatem sceleris! o criminis sanctitatem! os à verbis tenuit, et manus ad grande projecit scelus. Vultum defendit a vitiis, et crimini terga dedit, vocis parcus non sanguinis. Taceo patrocinari innocenti inculpatoq; filii animæ! ipsa mihi loquuntur præcordia, latrat doloribus pectus, et stantes oculis perorant lacrymæ. Ponite finem dolori, crimen sanguine eluto.

Homicida coram eodem judicio suam defendit innocentiam.

Sanguinem nuper, lacrymas hodie in sinus vestros funderem Judices optimi, si aut fluctuanti inter tot vitæ pericula portum, aut aliquod cladi meæ levamen ferrent, aut innocenti animæ diffiderem. Teneo animam à lacrymis, frena oculis injicio, non patrocinio, non inculpatæ virtutis vindicias. Mortem intuli? fateor, sed illi, qui malorum tulit fomitem et mortis. fatum quærenti, fatum dedi. Chartas vicinas sceleri, cædibus affines intulit, animum a studiis vocavit ad otia, dolo fortunam, iniquo ore nomen eripuit, prostituit, conculcavit. Quid agam hominum infelicissimus? crimen defendam crimine? defendi: sanguinem fudi illius, a quo naufragium tuli nominis; et quod accepi vulnus, ferro vindice, sceleris in pectore reposui. An vero marte impari dentatas voces punivērim? vestrum est, decernite. vitamne majore libra, an famam ponitis? Ego integritatem nominis vitâ omni majorem habeo. Turpe est

Sine nomine vivere, non turpe mori Cui fama funus instruit. Colligite fortunas in pretia, vitas in nervum, nondum par pondus dedistis nomini. quos fugit honor, ultrò fata quaerunt. Pudet vivere, quibus fama occubuit; nec solem amant publicum, si atra nox incubat ignominiae. Os itaq apertum Sceleri, quod pestem spirabat hominum, cum vita Concludi. si iniquum est quod egi, animam supplicem ad pedes, vitam justissimo depono Tribunali.

Woźny na ustępie

~~Judices Sententia [illegible], Decernent~~

Amicus ~~Judicium Patres Conscripti ferte,~~ Scelusne
Sit Capitale. Ddg mihi sedet haec sententia mente
Est Crimen Capitale. Caput pro Crimine, ferro
Vindice plectatur. 3tiq Similes Sententia vocas,
Et mea vota probant. Scelus audax, Sanguine Crimen
Eluat. audaces animas non esse fovendas
Censeo; Vindicias subeat, subeatq securim.
Atriq Et mihi mens eadem est, vobis Consentio. vitam
Qui fudit, proprio natet ergo Sanguine. non est
Parcendum Sceleri; est ipsis grave Crimen in annis.
Scribit decretum, quo damnatur Capite homicida, et legit.

Parricida audito decreto O infelices annis juvenilibus horas!
O infelices in mea vota dies!
Sicine flos vitae, nec adulta tempora vitae
Carpimur! ergo miser jam periturus eo!

remittit ad officium civile executio decreti. zasiada Pan Burmistrz z Panami rayeami; e carcere duatur homicida. et sistitur Proconsul. Quod nuper altiore venit e foro,
Ut termino claudamus ultimo Capita
Conferte. Panowie Tawiszni czyli rayey Conferimq. Burm.
remissus ad officium
Nostrum Capite damnatqi. Ut Sententiam
Fori sequamur; Criminis reus, necem
Luat. Vocet Carnifex, lictor veniat.

Przychodzi kat, i wota. Panowie a wolno przystąpić trzy razy. R. wolno. Bur. Sententia Capitis legatur. Pisarz est bene. i czyta.
Burm. do zasoycy Non judices, sed executores sumus.
do kata Tuus est, Tuum minister accipe, Cede Caput.
Cede sed innocuos astris spectantibq annos
Non labes, sed honos est sine labe mori.

homicida na placu iuz zrawinioną głowę dzierżat iuz się przymierza ucięć. advolat Angelus gladium detinet, cadit Carnifex. Angelus solvit Capit Strophio ligatum, et dicit homicidae suo clienti —
Propositae virtutis amor tibi sola reliquit
vitae, sed melior vita colenda tibi est.
Homicida Angele siderei pars illustrissima regni,
Tu Pater es vitae, Tu mihi vita Pater.
Do vinctas tibi Dive manus do pectus apertum
Plantis fida Tuis sit mea vita Comes.
Angelus Criminibus juvenes nec junge sodalibq annos
Quos fugit et pietas et pietatis amor.
Cliens Ejuro socios sceleris, sociosq malorum
Ejuro, sies tu mihi solus amor.
Lusus projicio, Sanctosq pericula vitae,
aeternum chartas desero, Teq sequar.

Epilogus

Patrem et Filium proposuimus. Spiritus Vatum nobis deerat. vos Scientiarum Numina Patres spiritualissimi, Spiritum vestro supplestis Numine; quos ubi supplex adoravit dictio, probavit Numina digna coli. Dixi

Elegia de S. Francisco Xaverio

Castigatione sui innocentis corporis militem improbum convertente.

Ao dd 25.

Fama locuturo recludo silentia cornu,
Fama, locuturas vulnera sume tubas
Vos quoque pierii purissima numina montis.
Numina Phoebeo digna sedere throno:
Xaverii caedes et fracti vulnere pectus,
Pollice dispersis ingeminate plagis.
Fortibus innocuos quantum petit ictibus artus.
Possit ut aeternum conciliare Deo.
Fama loquax tacuit, situque silentia dixit,
Et Hippocrenes conticuere Deae.
Sanguine quod rubeant, quod sanguine vulnera spument.
Nil audent musae, nil dare fama tubis.
Aspectu fama tacet, sunt ipsa silentia voces,
Sunt oratores vulnera, Rhetor amor.
Aonius unus metior Francisce Camoenis;
Ergo fave nostris sis et Apollo metris.
Est tibi sospietas, est illustrissima virtus,
Omnia Phoebeae lumina frontis habes.
Numine te vates fiam, te numine narrem
Quae dedit Heroae tela salutis amor.
Nec timeo nostrae ventura pericula cymbae,
Nam tua, Xaveri crux, mihi Tiphys erit.
Mens durae cervicis erat, cervicis et altae
Difficilis flecti, difficilisque peti.
Dixisses Sypiso fabricatum marmore pectus,
Esse vel e Phrygio ex, Parioque sinu.
Orbis portentoque magis natura reliquit,
Ossibusque e terrae Deucalionis opus
Non flecti precibus poterat nec vulnere flecti
Non voces avida nec bibit aure preces.
Non sic Thebanae spreuere Amphiona rupes.
Spreverat aethereos miles ut ipse Deos.
Desperabundus nullas acceperat aure
Voces quas fudit Xaverianus amor.
In scelus effusus potuit Thetys impia dici,
Fugit ab Odrysia nobiliore alvei.

Difficiles virtuti animos indutus amori
Divino, abjecto Numine terga dedit.
Crimine nutritum pectus, Stygiâque palude,
Non profecturis sollicitabit aquis.
Miles erat, sed castra Erebi sub pectore fovit,
Ipse sibi miles, victor, et hostis erat.
Bellum virtuti, Martem indixisset Olympo.
Si vitiis pectus par, scelerisque foret.
Sic pulsa pietate Deo, effrenis in omne
It scelus, et lapsum jam Phaetontis amat.
Viderat ipsa Pater, manibus rapit arma, sed arma,
Vulnera deciduis efficitura fibris.
Adstitit affinis virides indusa sacerdos.
Sylva, sub arboreo foedere juncta comis.
Et licet è medio rideret adultus Olympo
Sol, multam noctem fecerat illa jubis
Has igitur sanctas Pater ille subivit in umbras
Artus, â Phaebo ne videatur, abit.
Jam flagris armata manus nudique lacerti,
Jam diras caedes expetiere sinus.
Pectus amans scelerum, et plagis amantia terga,
Vulneris immedicam hanc didicere famem.
Immersi proprio patiere cruore lacerti
Jam sanguis Tyrii muricis instar erat.
Fervebant humeri, fervebant verberis ictu
Terga, nec extincta est multa cruore sitis.
Sic ubi sylvestres se comportavit in umbras
Jecit et histrices in sua terga manus.
Ut vidi, caedes ventura pertaesa Patris
Haec lacrymabundo pectore verba dedi.
Heu quid agis, Divine Pater! dimitte furores.
Non aliena tuo, crimina, plecte sinu.
Quid petis insontes repetito verbere vires?
Sunt tua, Dive Pater, nescia membra mali.
Quam mundo debes animam, cur perdis in uno
Milite, quo dubia vota salutis habent?
Es Pater orbis, honor populi, spes tota recubit
In te, vita hominum, te pereunte perit.
Plura loqui vatem vetuit Pater, utque loquentes
Audivit lacrymas, haec mihi vota tulit.
Cur sic sollicitis distes mea crimina rivis?
Quod dat amor populi, est mihi tela nocent.

Sanguine quod rubeant humeri, reparabile damnum est
Sed semel amissus vix reparatur amor.
Vita hominum, populique salus, cultusque Deorum
Hoc puto millena nobilioris dei.
Vile satis pretium cruor est: si numine dignas
Mitto animasque votis est, decus omne meis
Quid juvat immensos vitae, si novero soles?
Soli, vix aliquid, commeruere dies.
Secula Nestoreis redeuntia sperno diebus;
Una salus, annis plus valet una meis.
Ut nihil et lacrymae, nil profecere querelae,
Cogebar proprias repetiisse vias.
Vix Deo, sitiens caedis, sitiensque salutis
Franciscus, laceros damnat et arma sinus.
Jam pectus rumpit chlamydemque togamque restringit.
Membraque reddidit dilanianda flagris.
Artus insontes aperit ceu lilia pura,
Heu in purpureas mox abitura rosas.
Armos ut feriit, fulmen tonuisse putares!
Sic data tela, sacris ingemuere fibris
Saevit amor, niveosque latus rumpit in artus
Quique dat hic sanctas, vulnera ridet amor.
Ipse sibi crudelis erat, Nero saevus et ipse,
Tergum sanguinea concutiendo manu.
Non sic praecipites feriunt grandine rupes,
Cum gravis e gelidas excutit aethra aquas.
Quantum verberei fluctus, nimiumque procellae
Caedibus immites dissecuere latus.
Tela nihil, sanctis nobis induxere lacertis
Verbera, in innocuos praecipitata sinus.
Missae volant tergo caedes, scinduntque volutae,
Atque gigantaeo vulnere pectus arant,
Et velut jejuna forent, sitientia caedis
Pectora, sic multo verbere vulnus alunt.
Membra patent, sed aperta flagris, rubet alta cicatrix,
Et nullum, toto corpore, corpus erat.
Sanguine permisti, jam defluxere lacerti,
Et vix in propriis dissiluere locis.
Fugissent vires, fugisset corpore vita,
Illam ni sanctus detinuisset amor.
Ante diem spirare animam sibi visus ubi ipso
Attactu terrae convaluere fibrae.

Convaluere fibrae, ubi convaluere lacerti,
Fatum vita fuit, mors medicina fuit,
Ipso etiam, multam traxit de vulnere vitam,
Totus, ut effuso sanguine vixit amor.
Mille animas Ignati fudisset vulnere, mille
Sed poterat mortes vincere, mille neces.
Non gravis ictus erat, repetita nec arma, dolorque;
Non gravis ipse fuit mors, in amore mori.
Ipsa salus stimulos, dedit et calcaria Divo,
Ut laceraturas proveheret ille manus.
Purpureum mare, sanguis erat, cruor instar Hydaspis,
Xavier et Phoebi solis et instar erat.
Sol fuerat pietas, sol ille pressissima virtus:
Hoc tamen occasum non subiere mari.
Ardebat pietas etiam suffusa cruore.
Aurea sanguineas arsit et inter aquas.
Et licet examines effuso sanguine vires
Essent, in rubeis incaluere vadis.
Extinqui facilis vixit Franciscus in aestu
Ceterum, Ignatii sanctior ipse sibi.
Facundus tam in isto dolor, facunda fuerunt
Vulnera, Pyreides quae didicere loqui.
Audivit voces, audivit Fama dolores
Patris ut insolitis ingemuere sonis.
Nec mora: Fama latus pennis, latus instruit alis,
Ut locuturas instruit arte, tubas:
Calcar Fama gerit, cursu calcaribus urget,
Ocyus ingentes possit ut ire vias.
Non satis est tangenda volat: secat aere pennis
Bellerophonte promptior ipsa equo.
Non sic praecipites, vindex jacuit Olympus
Ignes, ut velox Fama terebat iter.
Icarus, et volucres nec jactet Daedalus alas,
Non Atalanta citos jactet avara pedes.
Fama peregrinas dum progrederetur in oras,
Hanc et Phoebeis ocyor ibat equis. XX
Numina ~~[illegible]~~ β Navarrhae celsissima Numina Reges,
Nupta Diis, alti, Xaveriana domus.
Fortunae decus omne tuae, decus omne corona,
Ultima Franciscus jam prope fata subit,
Vulnera mille fibris, et tela minantia morte,
Mittit et immites, in sua terga, manus.

XX Utque Navarrhis habitatum manibus orbem
β Attigit; hoc plenis fama locuta tubis:
Numina Regis

Scindunt arma sinus, armos mala verbera scindunt
Multaq cū multo sanguine vita fluit.
Fugit ab ingenio pulcherrima gratia vultu,
Fugit et ē facie coccus et ore decor.
Dixit et admotis urgens calcaribus armos
Jt redit, et pulsat nuntia signa tubas.
Vix voces accepit honor seu Doulias ales
Damona flet, et nidis n̄ reditura videt.
Mille venustates et blandimenta paravit
Ut deceptrici falleret arte patrem
Sicq laboratos ubi vultu sumpsit amores
Ibat præcipites excutiendo pedes.
Vidi ego cū dubiis penderet ab ære pennis,
Ut Ganymedæas vicerat ore genas.
Frons illi titulis, vertex diademate cinctq,
Pannaq purpurei plena, decoris erat.
Una fronte, dabat decus orbis totius. Ipse
Geminus omnis honor geminus omnis amor.
Cæsaries Phœbi vultus imitata, Deorum
Inter sidereas digna sedere faces.
Ardebat titulis facies arsere lacerti,
Luce illa, accendi posset et ipsa dies.
Pendebant humeris fastq et Arabesq Jaguq
Et Tyrius, et multus fronte sedebat amor.
Phœbæos vultus, cœlestia lumina dixi,
Frons, caput, et rubeis emicuere pyris
Palpebra genia fuit gemino duo lumina gemmæ
Et bini soles unus ocellus erat.
Ridebant vultu charites ridere lepores,
Risit et in niveis gratia multa genis.
Et propriis pretiosq honos, est dignus amari:
Magne pater, pulchro victq ab hoste cades.
Miles honor vicinus amor tibi bella loquuntq
Victus honore cades, victq amore cades
Major Alexandro comes it Fortuna, Gradivo
Major tot titulis it comitus Honor.
Hic computavit, conjuravere locandi
Ibis, nominibus præda petita pater.

Hac loquor. Ales honor, multo caput aëre septū
Astē sideribus miscet, et urget iter.
Sidera calcabat, calcabat et aëra passu
Nulla fuit pennis et mora nulla pedi.
Fortuna, et fastu multo titulis recinctus,
Solis ad imm[...] gemens arsit Honor.
Non vulg; tunc propositor via Regia, quivis
Calliserat quivis, Appia trames erat.
Duxq; licet bē cum Numen fortuna prodiret
Non tamen it dubias, nobilis error vias.
Vix desideriis, sylvas tetigere petitas,
Pulsat adhuc multo verbere terga Pater.
Jam animas oculis, fidas jā consulit aures
Tetane per saltus sic repetita gemant.
Utrū mentitas auri tulit Echo queretas,
Ut Leo suscepto vulnere, currit Honor.
Tunc legem capitis, si qua inclementia venti,
Producere pennæ deposuere, colit.
Ut venit, caput inclinat, manibusq; salutē
Fugit, et ex sanguis verba dat ista Patri.
O animæ sanguī genus: irreparabile vulnus
Iste dic innocuas verbere scinde sinus.
Hirsutas cædes et mille pericula vitæ,
Corporis in niveas qd jacularis opes.
Hos tibi flos animæ est, purissima lilia fibræ.
Depopulatrices ne dicicere manus.
Præcipites teneris fasces adhibere lacertis,
Nec licet, et diras ut patiare neces.
Hac multis nocuere viris, quæ vulnera tentas,
Hoc fato grandes jā periere viri.
Quid misces rubeo crystallina membra cruori.
Hac tibi Naufragiū, sanguis et arma ferent.
Es, Regū sanguis, Regū te purpura cinget,
Non decet ē proprio purpura facta vado.
Tene senatorem multo de vulnere murex,
Tene viro fingat purpure nonq; Patrum.

Unio Navarrhæ, pretiosior unio fies,
Sed non, sanguineo digne natare mari.
Te Labyrinthiacæ, claudunt mendacia sylvæ,
Errores fugies, si comes ire velis.
Filum et fortunæ torquem tibi porrigo. Fila
Accipe Theseis nobiliora globis.
Sperne catenati durissima vincula nodi
Et prædatorices ferrea tela neces,
Non se purpurei genuere Promethea patres,
Pectoris insontes, ut populeris opes.
Desine candorem propriæ perstringere vitæ,
Et laceraturas, depone ferre manus
Qui superis bellum, et Marte indixere Gigantes,
Non sibi, sed cœlis imposuere necem.
Unus tu, magnis majora Gigantibus audes,
Projicis in proprios, dira mala tela sinus.
Hyblæis vox mista favis, superabat Hymettos,
Vicit Aristæos, mellea dona, favos.
Dura locutioris aures accclusit Ulisses
Vocibus et contorta rejicit ista Pater.
Heu quo mentitæ dilubris imagine formæ.
I procul ex oculis a se iniquè meis.
Non fastus tituli, nec et decora alta coronæ
Deflectent animos, in mala vota meos.
Nomina fortunæ, consanguineosque supremis
Projicio fastus, quas dat et Indus opes.
Nec plura: ales, ubi non proficientia vidit
Verba, flet et lacrymâ flente dispergerat.
Nec die deciduis plorabat captatus undis
Illi dum niveas sol liquefecit aquas.
Plorantes oculi faciesque gementis honoris
Ut lacrymabundis immaduere vadis.
Sidoniique, Tagique vadi, Tyriique veneni,
Vicit Hydaspæas fletus honoris opes.
Non tot Erithræo gemmæ jacuere fluente,
Divitiæ in adeidis, quot jacuere genis.
Lacryma gemma fuit pretiosa penicula patri.
Hermo nobilior, nobiliorque Tago.
Sed spreuit fletus ut temeritatis se fletum
Franciscus, plorans quod jaculatus honor.

Increpuitq̀ animam mendacem flentis, et inquit,
Carpe Navarrhaeas, ni redis, tute plagas.
Erubuit tunc pulcher Honor, pennisq̀ erectus is
Ibat in apricas nobilis ire vias.
Vix abit. Ecce Deos pietas induta, serenos
Xaverio vultus fert, animatq̀ datis.
Non vulnus, non flagra tibi, ni tela nocebunt.
Virga sed ipsa decus fiet, et altus honor.
Es Princeps; magnos et claudis sanguine Reges;
Ex viris fasces sume, Senator eris.
Perge cornandis plagas inferre lacertis
Hostis et ipse tibi victor et ipse tibi.
Fundent tela decus, stillabunt vulnere nomen
Pro tibi, purpureo murice, sanguis erit.
Si rubeas, pudor est isto decedere campo,
Et pudor est parvo, si vel ab hoste cades.
In Capitolinos Tarpeia culmina montes
Ibis, sub caesis fige trophaea fibris.
Ire coronato de sanguine, fama loquetur,
Te, si purpureo membra cruore fluent.
Facundus Divinus amor, probitasq̀ diserta,
Proq̀ domo propria Rhetoris instar erat.
Audit vôce avidosq̀ flagri, caedisq̀ lacertos,
Et sine consilio verbere dextra ferit.
Dicite vos Sylvae madidae vos dicite frondes,
Dicite vulnerei conscia lustra mali.
Vos etiam Lauri, immortalisq̀ gloria vatu,
Doctae virgineas, intemerare comas.
Quantum decidulis, quantisq̀ ruentibus undis,
E laeso Divi pectore, sanguis abit.
Sed lauri et sylvae, et dura mitescere fagi.
Arbor et attonita quaelibet ore stetit.
Sydarum stupuere Dii, stupuere Napaeae
Cum vasa per saltus contulit aura sonos.
Ne tamen interitus coralli a rubra bibisset,
Iret et invisum nobilis imber humum;
Excipit hinc fusos pietas tellure smaragdos,
Delibatq̀ rubrum flore timente vadum.
Interea, dum moesta, nemus circumfluit Echo,
Atq̀ repercussis ictibus aura gemit.
Quas nuper miles virtuti clauserat aures,
Nunc aperit, tristes ac bibit aure sonos.
Ille ferox tandem mitescit. Ferreus ille
Heros inflectit cor, animamq̀ DEO.

Qua dolor auditus trahit, et qua verbera ducant,
It, sequitq; cito clopica mæsta pede.
Ecce autem, lacero sese aufert corpore Divus
Artus exhaustos vulnere, et arma gerens.
Obstupuit, gelidusq; stetit ceu Gorgone visa
Volvit in lacrymas, captus amore Patris.
Totus mox sitiens fieli, sitiensq; flagrorum,
Sumit ab innocua, sibi, flagella manu:
Siste ait: insontes artus quid verbere scindis?
Non mea jam tergo crimina plecte tuo.
Virtutum sceleris causa lacerare, nefas est.
Vita sui pœnas vindicet ipsa mali.
O furiis deferte flagra ignitasq; Cerastas,
Per nostrum multo vulnere pectus eant.
Ipse mihi vindex fiam, mihi Juppiter ultor,
Tergum fulmineâ concutiendo manu.
Me videant Superi, videant me Numina Cœli,
In me luminibus totus Olympus eat.
Quod si non merear Stellis Divisq; videri,
Et spernant vultus, astra videre meos:
Testentur frondes, Dryadesq; Specusq; Nemusq;
Quâ cupiam nostris, indolis esse malis.
Post tot ploratus, et tot suspiria: tergum
Excutit, et multo verbere pectus arat.
Erubuere humeri, madidi erubuere lacerti,
Atq; cicatrices erubuere flagris.
Non sic populeo tumidum Phaëtonta sorores,
Quanta tunc rubeis crimina flebat aquis.
Heu quod non animam rapiunt, solatia Patri;
Sicubi, Lernæam in milite, vicit Hydram
Tunc animâ misere animo, tunc pectore pectg
Stringere pro nimio visus amore Pater.
Plaudebat virtus, pietas plaudebat, ut istud
Funus tartareis eripuere Diis.
Ingentes plausus pulso cecinisse dolore
Urgebat virtus ~~anima~~ miles, et junxit amor.
Non tot Xerxei gens invictissima Martis
Hoste triumphato, læta tropæa tulit.

Quot laetabundi subiere trophaea lacerti
Patris, ut Heroëm sub juga sancta dedit.
Iam veluti Decios, et nomina magna Camillos
Duceret in spolio, sic saliebat amor.
Annibale Hercúleaq anima, Hectoreisq triumphis
Major in renitis corde triumphq erat.
Ceu Capitolinas Romani montis ad aras
Iret, Francisci sic saliere fibrae.
Heros ipse caput coelo infert, crimina deflet,
Nomen virtuti dat, fugit omne scelus.
Oscula mille pedi, manibus dat et oscula mille
Deucalioneas sensit ut esse manus.
Pectus et astrifero vitam commendat olympo
Et vocat aethereos in sua vota Deos.
Annos Numinibus, veluti probitate futuros,
Et velit intactos labe fovere dies.
Utq fidem sceleri, percusso foedere, rupit;
Hic etiam rumpit noster Apollo fidem.
A. M. D. Gloriae.

Ejusdem

Rustici ebrii in Regem mutatio. argumentum vide in Utopia Patris Jacobi Bidermani.

Prologus

A stiva ad sceptrum, à tabernis ad imperia; Antonium qui Regna bibit, idest; ebriam vulgi animam in crapula elevatam ad solium, iterumq pristinae redditam fortunae exhibebimus. Nil fingemq; meliorem enim rusticus hic dabit historiam, quam vates possimus fingere commentari. Ut verò in Rege ~~ad~~ cultum, ita et in Carmine, videbis. deprimemus stylum, quia et Regem. Sabi tamen profunde sibi dictio, si suis stud. saepissime, in pedibus altum merebit.

Grela   Arva fatigari durisq laboribus annos
Insumi prohibent vires, prohibentq lacerti
Post curas, senosq dies multumq laborem,
Agriq culturas, est concedenda tabernis
Una dies curas pellat cerevisia tristes
Et jubeat procul ire dies saxumne revolvam
Sisyphium nolo quivis labor otia quaerit
Ipse fatigatus sub adulto sole remittit
Bos, nec aratra trahit donec meliora quiete
Surgant membra jubis nostris quoq viribus alto
Pondere curarum pressis medicina Lyaeus
Et Clibano cocti distillatiq liquores
Quos Dryndula vocitat quaerendi solus hic humor
Instaurare potest animam. Bar. tua stringo pectora
Salve mi Bar! felix dedit hora sodalem

Bartsch B. Et quid agis frater. Gre. socium fratremq tabernae
Quaero. Bar. comes fidus venit mi Gre. tulisti
Saccum. Gre. quid quaeris? quaerenda pecunia. Saccus
Est, sed jejunus. Gre. nescit jejunia Baccus.
Ibit jejunus qui fert sine pondere munus.

Vis multi venas? imple multo Gre crumenas.
Tunil fers? nostro quoq parva pecunia sacco
Bar. non mihi laeta canis. Gre. nec tu meliora tulisti
Bar. ergo laboranti sacco succurrere, kochany
Greta. Gre. reluctari votis parcusq videri
Nolo tibi Bar. quod si me deserat aeris
Nervus. fulcra mea ne Bartholomaee recusas
Ferre tibi. Bar. fido promitto pectore votis
Respondere his; tecumq futuros
Ad kuflos explere dies Gre. bene: nolo moremur
Frater. pergamus: vires lassumq laborem
Et guttur sitiens consolatrice cremati
Confirmemus aqua. Bar. tua post vestigia laetus
Ibo comes. Przyszli do karczmy, piją. Greta pije, wypiwszy dicat —
Ut video tristem pellit cerevisia mentem.
Laetior est animus. Saliunt praecordia, pectus
Incaluit, fugit moeror, fugere dolores
Quos labor intrusit membris, viresq fidelis
Invalescere vadis. Bar. animam dare pocula, vere
Frater dixisti. crescant mihi pectore vires.
Hoc crater bibi melioris pharmaca vitae.
Et satur et sanus venter. dent sidera plures
Det tales mihi vita dies. nil caetera curo.
Gre. quid loqueris? nondum satis implevimus horas
Nulla lyrica sedi, mentis solatia nulla
Musicus omnis abest sic alta silentia tantum
Ad kuflos coligimus. Bar. verissima dicis amice
Greta do Gęślinnego.
Fac veniat lyricen gos. veniet ~~pen~~ date tempus cuti
Gig nad chodzi muryz.
Bar ecce venit. Gre. Salve noster basica kochany.
Venisti nostris hospes gratissime kuflis
Gre. hoc deerant tantum nobis solatia tecum
Laeta dies venit. bibe frater Mar. vivite fratres
Magna tabernarum Nomina Bar. vive Gre. bibe
Bar. tange lyram Mar. pronus votis inservio vestris
Stroi basice, rżami kotki natrzą ca. smyczek poplewa miasto kolofonii,
sekoleus oeiera
Gre. do Bar. vive propinokki, Bar. multos tibi cedat in annos
Gra tarcusiq iterum Gre. do kufla vivat gra
Gre. omnia laeta dies melior, priori bq na annis
Bar et Baccho et horeis multas concessimq horas
Iamq satis bibimus domus est repetenda. quid inquis?
Nondum sunt sabari sensus me pocula poscunt
Si placet ire redi. Bar. quo desolata loquetur.

+

Uxor? quid Soboles! desolatique penates?
Vescitur owsiana + Soboles sua pane, nudique
Unda sitim frenat, sitis in ubere diebus?
Grela: Quid tum? perge domum meditaris! perge taberna
Plus animis placuere meis. Bar. est curta supellex
Parva chudoba tibi est; cerevisia tibi portio parva,
Omnia consumes crateribus omnia perdes
Desine jam luxus bibo pessime desine baccum.
Grela: Quis furor in verbis a dyst Bartosza quid tanta licentia vocas
Bar. heu quid agis Gre. pugno respondeo verbis;
Bar. an tibi falsa loquor? Gre. loqueris; vis pergere perge,
Non tua damnabis o duras comprime voces, i bibe Bar
i bibe Bar. nolo, satis pugno saturatus iniquo.
Grela: Irae pone modum mi Bartholomaee; furori
Parce meo mi dilectissime; crimen
Audax, et durum scelus in me nosco; sed iras
Comprime. quid non auderet manus ebria! bellum id
Non ego, sed nostrae fecit temulentia mentis.
Bar. hanc, quae te stultum fecit temulentia sperne:
Ausus es affini fecisse pericula fratri!
Laesisti fratrem, ~~amicum~~ laesisti fratrem amicum
Grela: Etsi fraterno vulnus reparabile cordi,
Quasi juvat arte, placet laesos reparare dolores.
Ne tibi posco, mei pectore cedat amor.
Bar. vulnus, et accensas excludo dolentibus iras
Affectus animi qui fuit ante manet.
Grela: Qui non poteras verbis meliora dedisse
Discordes, dulcis jungat Cerevisia fratres
Na piwo się ożeń quod sunt hic guttae tot tibi lustra precor.
Offensae crater hic sit medicina sodali.
Bar. ~~Gras~~ Iras hoc haustu submergo doloris et ... wypiwszy
Multa bibi, quia multa tibi precor optime grela.
Bierze Gre. jur... pić duszkiem ... upadnie ...
Bartosz sup. obvio: Implesti satis implesti ~~...~~ jejunia ventris.
Quam pius est! nuper me spreuit, adorat
... terram. Grela vires engi ... surge,
Ebrius in nuda quid stulte jacebis arena?
Surge! domum meditare! lares invise profundo
Eripe te somno, se terris eripe frater.

An placet hic duras noctes consumere? Dormi,
Me jubet ire domus, jubet ire domesticus ordo.
Greta veni, meditare Lares! labor iminet! ... ad Ladri Bartosz

Scena alia. Rex ad Senatores.

Circumfusa meis, vestri præsentia, regnis,
Dat lætos Regi vultus, multumq Coronæ
Dat decus. Sen. 1 Adstantes, quos Regum maxime cernis
Hic, omnes magni Patris veneramur amorem.
Rex Fortunæ titulisq meis adscribo et honori,
Imperio subjecta meo capita alta Senatûs.
Senat. Odq Te Regem, Patriæq Patrem, caput esse Senatus
Et nobis est grande decus. Te Principe, Rege,
Te, quivis nostrum regnat. Dent Numina tales
Det nobis fortuna Patres. Rex quo pectore, Regem
Clauditis, altus amor docet: omni ostendere soli
Affectus vestros, et respondere Paternæ
Fronte, laboris erit nostri. Sen. 3 Quia sanguine Regem,
Et Patriæ Patrem spiras, dabis omen amoris
Rex idemq Pater; cujus clementia, Regni
Sceptra gerit. Nostrum est, magno submittere Patri
Et caput ad nutus, et voces Regis amare.
Rex In me difficilem non invenietis amorem,
Quem pietas, et vester amor, ~~...~~ Regemq Patremq
Fecit. Sen 4. Regum animus, virtusq, millena Sceptris,
Et probitas tanto dignum diademate Regem,
Mille coronandum votis, et mille Coronis
Imperio posuit, post tot suspiria Regni.
Rex Vobis fortunas, et vobis debeo regnum.
Sen 5 Virtuti, meritisq tuis, diadema thronumq,
Et quæ regna geris, debes virtutibus ipsis.
Sen 6 Non voces populi, non et communia vota,
Sed probitas Tibi fecit iter, de Principe nata
Sanguine. Magna Tibi Princeps fuit appia virtus.
Rex Vocibus et vestris, et vestris debeo votis
Quod regni diadema geram, qui pondus honori,
Et pondus meritis vestro adjecistis amore.
Parebo votis, Procerumq studebo favori
Sen Omnes devinctos Tibi cense maxime Regum.
Rex Quæ Regni fortuna mei vos consulo. Sen votis
Ipsa studet fortuna tuis: Si secula vives,
Secula fortunæ vivet, Te Patria Rege.
Sen 2 Felix annorum cursus, Princeps, dierum

Quovis hera fluit tanto sub Principe. Sen 3. Cælo
Imperium par fecisti: pax alta triumphos
In populis agit, et Saturni provocat annos.
Rex Vivite felices, fortunæ vivite soles.
Sen. 4 Major fortunâ est, clemens in Principe vultus.
Sen 5 Talis vive Pater, qualem tibi vultus amorem
Ipse notat, scribitq genas clementia; Patre
Te, nobis ibunt horis felicibûs anni.
Rex Hos vestræ probitatis amor, non Principis, annos
Felices reddit, quibus et concordia, multa
Stat pro fortuna. Satis est bonitatis, amoris
Est satis in superis, nostro felicia regno
Tempora quod mittant Dui. Me Principe, Rege
Me, fortunati vobis, multiq dierum
Accurrant soles. Sen 1 Patrem vox ista probavit.
Sen. 2 Vota damus votis, annisq refundimus annos
Addat ut e nostris annos tibi Juppiter horis.
Rex Votibus, affatus, nostris inflectite; votis
Adspirate meis. Sen fient quæ jusseris. Rex arvis
Vultum animamq placet nobis concedere. Sen Regi
Paremus; terimus magni vestigia Patris
Rex Carpamus sylvas, campiq fruamur amore
Nam vitium capiunt ni moveantur aquæ.
Sen Est bene, porrigimus socium cum Principe pectus.
Krol wpole z Senatorami wyiezdza, napadaią na grele pianego.
Rex super ebrio Quid monstri, quod sorbenti jacet? Sen ebria vulgi
Est anima. Rex O stultum caput, o ignobile pectus!
Sen Mersos in Baccho sensus animamq reliquit.
Rex ad servum meyorem domo Si valet ars, durum somnis abstergite vultum.
Servq percutit, excitat, sed s. pt Extincto par est, clausit temulentia sensus.
Rex Si potes i tenta; Servq alter bie go, trzęsi, iak kamien chłop
tandem dicit servus dormit, nec verbera sentit,
Nec voces. Rex dormit? Concedite dormiat; apta
Materies fiet risibus, apta jocis.
Do Strz Insanum pondus junctis attollite dextris
Et laribus deferte meis. biorą go pachołcy, do pałacu Krolewskiego
Zanoszą, tam się z niego naśmiewaią. o pondq iniquum.
Rex Dignum Rege caput, dignum penetralibq istis
Personam. Sen Quanta est majestas frontis honorq
Sen. 2dq En Ganymedeo vultus formosior ore.
Sen 3 Ingenii felicis homo, licet ebrius est.
Dormiat, os non oblitus reserare Lyæo.

Sen. 4 Nasus firma basis Patriæ, Columenq Senatus,
Imperii fulcrum, quo Patria tota Sedebit,
Nitentur populi, fiet pro Syrtibus hosti.
Sen 5 Mystaces Regni vellus, meliores Jasonis argô.
Sen 6. Et Sceptris Cognata manus, quæ nuper aratas
Et Stiva Secuit glebas, populabitur hostes.
Rex Dignam Rege animam, dignam diademate frontem;
Sub centone animus Regum latet. apta regendo
Frons est. Majestas vultus aptissima Sceptro.
ad Servos Centones, lacertos humeris avellite, durum
Gausape Servetur, Cento Servetur agrestis.
Murice cum Tyrio Regem Superinduat. Adsit
Tonsor, mystaces et vultum Corrigat. przychodzi
Cyrulik ogolic chłopa — — — adsum
Subditus imperiis Rex invictissime. Rex quidquid
Ars valet, hic ostende. Comam, barbamq genasq
Corrige, deq rudi Stipite finge virum.
Bierze się cyrulik do golenia, spyrznawszy na głowę i włosy Rzedlate dicit
Turritum Caput est, Consanguineumq Medusæ.
postea Quis Tibi Sic vultum, formam quis pinxit Apelles?
Thersitem nequit ars Ganymedem reddere. vanus
Ipse labor. frustra Corvum Æthiopemq lavamus.
Non cultro Sed eget, durissima barba Securi.
O durum Caput! o barbam Sed falce metendam!
Furcifer i nequam tot cultros totq labores
Destruo. et ipsa chalybs timet! i turpissime buro,
iurgo ogolit, wymył. O major domo kaze go odziewac w krolewskie szaty
Huc Socii Coccum tergo date; purpura Cingat
Centoni natum pectus: Sub imagine, regni
Fortunam videat, Simulati munus honoris
Primis delibet labiis. przysiedszy do niego cur illustrissime dignissima Rege
Majestas. Asino dabimus diadema? quiescat
Interea, donec mala Crapula mente recedat.
Dormi asine, et pulchro bove pulchrior helluo dormi.
Spi Grela troche ustroiony, Consumptaq in Somno Crapula, expergi. fait.
Stupet ipse quis sit; ubinam loci? miratq omnia Splendida, quæ
nunquam vidit

Grela expergefactus Quæ rerum facies illudit imagine menti?
Quæ Capitis vertigo? quis error? Somnia fallunt,
Mendaces fallunt oculi. vertigine totus
Decipior. non me talem genuere penates.
circumflectendi Illene Sum Mopsus qui duxi nuper aratrum?

Ille ne Grela rudi sate natus? rusticus ille?
Grela veni, mea vita veni, ~~Sensusq redite~~. quis te abstulit error
Mopse redi, mea vita redi! fugisti ab uno
Pectore, fugistis! quo me mala fata trahetis!

Do audientes

Dicite vos Domini, si non vidistis euntem
Ex me animam, si quo perrexit, dicite. vivo,
Vivo miser, vita nescius ipse mea.
Nil habet e veteri fortuna corpus, an ille
Ille meus cento, cento rudis ille colorem
Finxerit? an sensus me destituere! quis error? -
Quae metamorphosis? vel adhuc temulenta mentem
· Fallit? vel nondum sopiti pectore Bacchum!
Si qua fides oculis, videor mihi sobrius esse,
Sed quis sim, vel ubi sim, nescio. dicite coeli,
Dic ubi terrarum Grelam fortuna locavit!
In me, me quaero. mentem mihi reddite somni,
Reddite fata animam, Mopsumq reponite Mopso.
Conscia fatorum coelestia Numina Divi,
Interitus date signa mei, vivone? vel omen
Depositi vitam? Grelam me sentio, Grelam
Sed murex reprobat. hominem cum veste reliqui!
Cingeret o utinam me nunquam purpura, vita
Quando me reddit dubium Spieszy na zgie za ktorych
Szukaty Krolewskie bedą quis circulus? aureum est,
Non Mopsum mancus ista probat. quid fata tenetis!
Me miserum! Superi, fatis imponite finem!
Jam satis est misero. wirzy Zwierciadło speculum meliora docebit.
przeziera się, ~~podoba się sobie~~, poigc się me mile
Quis nitor! ipse decor vultu sedet, ipsa venustas.
Non rudis est facies. majestas frontis, honore
Digna omni. Mopsus, non Mopsus! rusticus annon
Rusticus? hirsutus fueramq verterq capitq
Crinibus erectum, nunc mollis barba, capitq
Comptum, mistaces torti, tortiq capilli!
Frons fucata Grelam mentitur imagine. vultum
Amisi cum anima! miserum me! hominis umbram
Non Mopsum video. periisti Mopse, periisti
Mopse redi, mea vita redi, sensusq redite!
Totum fata triumphastis! quid demoror auras!
Me siquidem non nosco, domus me noscat et uxor.

Ac famuli natiq mei, viduiq Penates.
O ubi sunt ocreae pedibus tutis optima nostris! Szuka swoich botow, kia, siekiery sunej
Nec baculus nec pera mihi est, nec acuta securis,
Heu quo ligna secabo miser! vel regna bibisti
Mopse, vel insana claudis deliria mente.
uxor chara veni, Bartosz fidissime, fatis
Auxiliare meis. geniti Succurrite! Patrem
(Dicere si liceat Patrem) cognoscite vestrum.
O infelices animis servilibus horas!
O infelices in mea fata dies.
Bartosz, Maciek, Woyciech, Domino succurrite vestro!
Nemo venit! Miserum Grelam! Superesse propinqui.
Gdy tak płakał lamentował bydzie, wzywał do siebie, w tym Sludzy Krolewscy
przychodzą, dzien dobry Krolowi Bartkowi powiadaią.
Major domo Venimus ad nutum Rex invictissime Regum,
Dicturi fortunatum Tibi mane, Tuoq
Imperio dignos, dignos diademate sistes.
Krol. Grela O Domini! quis amor, quae vos clementia duxit?
Servq Imperiis audire Tuis accurrimus omnes.
alter Ablue Rex vultum, noctis vestigia pelle. wody ieden zalewa, ręcznik drugi
podaie. wziął oreso, ~~[illegible]~~
Grela Sum mopsus, sum Grela rudis, vilisq Menalca,
Non mihi conveniunt, quos exercetis honores. Czapkę zdeymie Krol. Grela
Serv Quid laedis majestatem? Caput indue Princeps.
Grela Vos Domini, sed ego sum rusticus. Serv imo
Es Princeps, magnoq venis de sanguine Regum.
Grela Sum Mopsus, sum vile caput, pars ultima vulgi.
Serv Servis forte Tuis illudis maxime Princeps.
Grela Non illudo, Grelam me sentio, noscite mopsum.
Servq Noscimus esse Tui, Te caput esse throni
alter prosi go żeby siadł do ubierania się
Quiesce Princeps, Principem cultum dabimus.
Talem non merui, quo me investitis honore! — — gdy go ubieraią
Servq Obsequiis Princeps nostris meliora mereris.
Grela Non ego vos novi. Serv sed nos agnoscimus esse
Te Regni, soliiq Caput, Dominumq Coronae.
Gdy mu złoty łańcuch dają na szyię, porusz się, rozumieiąc że mu powróz za-
kładaią na obieszenie, i woraiąc mowi
An suspendendum Domini me fune ligatis?
Ebrius an furcam memini, qui ebrius omni
abstinui furto! Miserum Te Grela! quid ergo
Peccasti? O domini funem demittite collo.
Si me somnus habet, si me deliria tangunt,
Si quid peccavi, stultae dimittite culpae.
Serv Desine Rex voces indignas Principe, honori

Parce Tuo! Solio dignus furcam meditaberis? omni
Voto Regna geris = regni decor omnis Amorq.
Te Regem colimus, Regem de Sanguine Regum,
Obsequii res ista mei est, cum torque Coronam
Imposuisse Tibi: Grela misero quid videtis? annon
Me Mopsum scitis, vilibusq Penatibus ortum?
Pauper ager, pauperq domus, possessio tota
Est mea. Servq Non sic Rex, erras: Te Principe natum
Sanguine scimus. Honor regni est Tua Patria. mentem
Rejice, et insanae mentis deliria sperne.

Na wołanie prosi go Sługa

In Solio subsiste Tuo Rex maxime Regum.

daie mu berło w ręke Sługa Grela. Non meus est baculq Servq quid Tibi cum baculo!

Sceptra damus Regi, manibusq insignia Regis.

Grela Nescio ubi, vel quis sim, me meliora doce.

Servq majordomo Hic ubi stas, Solium est, Majestas debita Regi
Fortunaeq locus, majestatisq supremae.
Quae loqueris ficta est somni mendacis imago.
~~Vel~~ Forte labor tristi Regem de mente, vel alta
Pondera Aerarium. Virtutes consule dignas
Rege, loqui disces de Te meliora. Grela quid ergo
Principe dignum egi? major Domo nescis Te dona dedisse?
Grela Nescio: Servq Mille mihi nummos, totidemq Philippos.
Huic torquem ex auro non parvi ponderis: illi
Persam quadrupedem. Taceo, majora loquentur
Te Regem Tua facta, animo dignissima Regis.
Grela Non memini quaecunq dedi, vertigine tactq;
Vos tamen o domini, regalia reddite Regi.
Scitis ab insanis nil posse darique petiq
Idcirco dispersa, mihi volo munera reddi.

Servq Et licet infandq sparsas per littora gemmas
Non repetit Pontus; ripis quas ejicit Eurq
Donat opes. Majestati contraria vestrae
Res esset, si quae larga, quae Principe dextra
Sparsisti, manibusq Tuis repetita redirent
Fortunaeq Tuae. Donis jam parce. dedisti,
Turpe est si repetes. G Ergo data dona tenete.
Me siquidem Solio Regem posuistis in isto,
Atq Coronato venisse e sanguine Regum
Dicitis, Imperii morem regimenq docete

Majordomo Quod majestatem Regis concernit, et auget
Pompam, pono modum: Nulli depone Coronam
Ut nisi par similisq Tibi, vel major honore.

Si vero minor est, Caput inclinato parumper
Nec solio desere Leo. Sit vultus amantis,
Et multo gravitatis honor. Qui dignus amari est,
Pelle supercilio nubem, frontemq serena,
Et Charites assume genis. Si noveris hostem?
Instrue Marte caput, vultumq rigoribus arma.
Ad Majestatem si nescis figere passus? — z powagą chodzić uczy go
Cum tanta gravitate pedes inflecte. Choreas —
Novisti? Si Choreas? novi, me tota taberna — tancowac po Polsku a chce po francusku
Nuper saltantem vidit. Serv. Quod somnia narras,
Offendis majestatem. plebs sola tabernas
Et rude vulgus amat non Reges. desere voces.
Sic compone pedes. tancuie Sługa tancuie i Grela cale po chłopsku
Serv — — — magna cum lege movendi:
Nec minus ut debet, nec plus. Concede vel ipsis
Rex, majestatem pedibus. prosi go siedziec Soliumq thronumq
Nunc ascende. Caput ne vili mente fatigent,
Regalemq animum propulsent patere fata.
Consule Doctores medicos, artemq Galeni
Restituent sensus restituentq Caput.
Grela Veniant medici. Grela Stomachus me torquet et urit — Idą po Doktorow
Dulcia latranti pocula ferte siti.
Serv. Ad nutum venient. placet an Cerevisa? Grela nolo
Dvindulam mihi fer Serv. Capiti nocet, ipse liquorum
Pessimus est succus, mentisq est pestis et hostis.
Serv. Vina feram. Grela bene fer. napiwszy się ebto delapsa tulisti
Vina a quo emisti? Sługa Sed haec sunt vina, Tadz
Fortuna. Grela mea sunt? Serv. Sic est Grela da plura. Sługa parotq
Obsequiis. nalewa Sługa w mały kieliszek Grela woła patera maiore ~~iiiiiiiiiiii~~ wina mu
nalawszy w puhar wielki porrigit: his secula vive.
Regis adoramus submisso vertice plantas.
Sługa do nich Fata premunt Regem Capitis vertigine, mentes — Medici veniant [terni nomina]
Se male confundunt, animus delirat, honori
Consulite et vitae medici tota sedulitateq arte.
Nic doctores ingrant, morbi causas, alij in pectore, alij in Capite, alter in lingua, hic in oculis, ille in manu.
Serv. Quis morbus conturbat Caput. Doctor I. Sic sentio, multo
Has Capitis turbas concitat sanguinis aestu
Quod Rex Lethaeis omnia mersit aquis.
Quodq alium Princeps se dicat, opinio fallax
Inflectit sensus ad meliora potest
Doctor 2dy Vertigo Capitis, Capitis mendacia, pelli
Arte queant facili. letaq genialibus horis
Concedatq animam laetis. Sic omnia mentis
Excludat Princeps veteri deliria vino.

Sint Citharae semper sunt instrumenta tubarum.
Sic veniet reparata salus.

Dod. 3 Hoc quo mente sedet Capitis vertigo, recedet,
Si Rex continue biberit sit poto vini
Semper de siccis annorum quinq vel octo.
Mane bibat calefacta semel, sed frigida semper
Vina, sed Hungarici veterisq laboris. Sit autem
Ad somnos ibit Princeps, tepidissima sumat
Multa croce. mensas habeat Rex Principe dignas.
Et quo cor recreet sonet optima musica Regi
Sic veniet reparata salus.

Dod. 4 Ebullit sanguis tamen est insania clemens
Remedi facilis si bona vina bibat.
Mane bibat, vinumq bibat cum sole cadente,
Mane bibat decies Rex, totidemq die.
Quodsi nil sit Princeps profecerit ergo
Nocte bibat decies ter deciesq die.

major Domo: Nil grave. do Kuchni młodszego Curre, jube, si qua valet arte, laboret
Tota culina. Exsuscitet magno Principe dignas.
Tym czasem wszystko jest dając zabawa się panu [illegible] Krol Grela. tandem
przychodzi sługa że już czas do Stołu.
Prandendi sonat hora. major domo Cibos coxitne culina?
sługa Jam coxit. major Regine pares? sługa pro Principe mensae
Omnia sunt. major Ergo citius date prandia Regi.
Mensas sterne, argentum affer, Bacchiq liquores
Hungarici, veniant latus Citharaeq Lyraeq.
przychodzi sługa Omnia sunt visis —
Siedzą u stołu, krol Grela ze [illegible] partyi.
Pyta się major domo Grela Quid sapiunt? Grela sapiunt sunt optima fercula, tales
Non memini sumpsisse cibos. major domo z nim u [illegible] communia Regi
spadet
fercula sunt similes dant quaevis prandia mensas.
Na wiwat [illegible] przy Stole grają, [illegible] Grela Krol [illegible]
Quid vult esse sonus? major Tuus est Rex optime Regum.
Rex Est meus? major Est. sedet cuivis vox ista dies.
Rex Par nihil audivi. major hic morbo qui Principe Regis
Mente sedet, tanti ingenii est, ut pristina Lethes
Omnia mergat aquis. Grela membra appente, non est
Brassica. major non Regum cibus est ista, sed omnia sunt
Ad nutus. Grela etiam diphtongos ferte. major feram

Gdy siedzą u stołu, w tym przychodzi chłop ow Bartosz, który z nim
był w karczmie, z którym się krol poznawszy, wstanie
od stołu i wita się z nim, poznawszy, na wszystkich zagniewany
major Domo uderzy Bartosza że się z krolem Grelą wita jakby
Bratem swoim. et dicit:

Heu quid agis Princeps? Zrzucą do Bartoka [illegible] Salenum nequissime perge,
Perge Caput Stultum. Cum Majestate Suprema
Quae Raritas? Si Regem Regem sistis, at Regis honorem
In te; Consortibus, te sordes, et omnibus illis
Quos Solio fortuna gerit non viribus. Ille
Rusticus est, regniq tui pars ultima. Mentem
Erige, et abjecti cordis deliria pone.
Quis tibi mente sedent; mendacia tantum
Sunt somni, Capitisq mali malus ordo. nec ille
Rusticus est sanae mentis; per somnia forte
Te novit Grela ficto domini me nomine Regem
Dicatis; ille mihi frater, mihi fidus amicus.
Es Sanguis Regum. vilem Rex projice mentem,
majar Distrahe cor, somni mendacia pelle.
Si doctoris eget Capitis variatio? Fortis
Judaeus Doctorum Celeberrimus arte Galeni
Huc veniet. Do Króla Concludo Lubin data prandia Laude.
Pięą, ciągą wesele się, grają muzykanty, Ktoś się kandy, po stole inter pocula
nes pięge do Króla majar domo mówi
var. Secula fortuna Rex inclytissime vive.
drugi Vive Pater Patriae [illegible] Secula viv. ziera
Króli gdy zechce majar domo wypić, Grela Król wydziera mu kielich. jednak pie
majar domo jedzie za Królewskie zdrowie et dicit.
Mille meo Cratere fluant tibi Secula Princeps.
przychodzi Żyd Doktor, i daje recepe żeby pić dobrze.
majar domo do Króla Utere Rex Cratis, melioribus utere votis
Sic Regni fortuna jubet. mens Principe digna
Sic jubet, et Medici Sententia [illegible] fefellit omnis.
Grela Jam Satis est domini, quod [illegible] refsio. [illegible] voces
Desine! quid loqueris? non aliena bibis.
Fortuna sunt ista Jud. Grela Cortatio tolis,
Sunt mea? majar non aliter Grela date plura bibamq. majar et omni
Vi bibe, nam sic Doctores jussere, nec ista
Est melior medicina mero. Deliria mortis
Vino naufragium patiens in isto.
Pije Król a bardzo. podpiłszy idzie Kare grać na skrzypcach żeby
wstania [illegible].
Jam satis in litui. Citharas pulsate, choreis
Vox sonet apta meis. grają ale się nie podoba tamże Króli, bo
[illegible]. wszystkim inego grać każe. aliis date pectore voces.

graią muzy tanica ale się i ten nie podoba bo Pasterz Non placet istre sonus. Istum quid-
graią mu podleyszy Król totiq. ozemu chłopskiej prosty tanica graią, dopiero
Kantent — — hoc hoc. gdy się przehasa prosząc go żeby pił.

Confirma vires, bibe Regum maxime. mentem
Corrige, pelle laborantis deliria mentis.

Pił, i iuż usnął tak że od zmysłow odpadł.
Tandem przychodzi Aligre dyli Król prawdziwy który tylko z boków
poglądał na akcyę chłopa króla, et Rex Ohio dixit:
Verè delirat, clausit temulentia sensus.
O Caput! o Stultum pectus! Satis omnia stulte
Egisti. Fatuinam et Regem jam exue, quem non
Indueras; idem Tyrio sub murice simplex
Ac proprio Centone. Tuum Tibi reddimus omnis
Haec Tua fortuna est. do sług Barbam compinge, vultus,
Crines et facies illi reddatur ut ante.
majar Cento, sagum, baculus, pedis ocrea, tota supellex
Et tibi, sume Tuam sortem, quam stulte tulisti.
ustrainsy go w swoie chłopskie sukinie, wynoszą, kładą tam gdzie go znaleźli.
Qualem repperimus talem te reddimus. ille
Rusticus est, qui nuper eras, Cuculde lepores.
Ocuci się Grela, i dziwie się co się z nim stało
Quis metamorphosis? quis me malus abstulit error?
An fallunt oculi? Regem me purpura nuper
Vidit, Centones hodie pro murice. Grela
Sum video, Grelam probat istud gausape. forte
Insula detinuit me fortunatae, Atrus?
Elisii. vel Timothei meus somnia vidit?
Non mihi delirio veri fuit illa figura.
Rex fueram, cinctumq caput diademate vidi!
Venter adhuc loquitur qualia vina bibi:

Praeludia sunt Pris Bidermani, qui et ipse hanc conscripsit historiam

Ibo, me solio loquar stetisse
Fulgentes manibus tenere gemmas
Et testudineo jacere tecto
Et molli latus abdidisse pluma
Et gemmis bibere, et cubare Cocco—
Multaq fortunas uno vidisse dierum

Epilogus

Timotheum vidistis Patres Religiosissimi, in somnis Regum

fortunam, Regum accepit imperia, amisit in somniis. Cratenbus ad fortunæ infulas appulit, impegit Cratenbus et in Syrtes. momento Rex et Subditus, Princeps et egenus. Sic nutrit fortuna suos, quos in meridiem honoris evehit, deprimet ad occasum. Disce, cui amor magni nominis continuo sedet in pectore, omnem fortunam mundi, unius diei lusum esse. Tu vero Auditor Religiosissime parce, quod de Rege nil Regium diximus; nil siquidem in Rege Regium vidimus. Dixi.

A. M. D. Gloriæ.

Aliud Dramma.

Prologus simulq. Argumentum.

Etiam lacrymas habere pondus et Reges posse dare videbis Aud. Rel. quibus, unus è geminis Regis Patris filiis enatavit ad solium, emersit ad imperium. Sed nè nubibus tectos soles Regnorum Principes propenamus, rem evolvimus. Rex Pater, cui duo filii unum fuerat imperium, fato proximus Filiis regnum legat. Quià vero nec geminum caput una corona, nec potuit binos imperium pati dominos, liberæ filiorum electioni dat regnum. Uterq. quia imperare voluit, neuter alteri votum contulit ut regnaret. Ergo Patris judicio committunt, ut decidat. Recusat ille, nè si unum elevet ad solium, offendat alterum et deprimat. Ut tandem decidat soboles, id dat consilii. Inscripta chartis nomina probet libra; qui Principes major pondere surrexerit, ille Patris imperium accipiat. Placuit consilium; scribunt nomina, ad libram vocant. Pater, cui amor minorem commendavit filium, illiq. chartam accipit, plorantibusq. oculis, paginæ cadentes immittit lacrymas; quæ uti pondus chartæ, ita fortunam Patris minori conferunt, et imperium. Hæc uti exhibuerimus, ad Regis dolorum lacrymas supra Jerusalem plorantis sudantisq. in horto, ibimus ligato pede, insulsumq. carmen, Dei condiemq. lacrymis et dolore.

Rex in solio coram Senatoribus gratulatur sibi de felici successu, et fortuna Regni sui.

Rex. Ipse meis arridet honor, fortunaq. Regnis
Infortunati nil habet ulla dies.
Ipse meis arridet honor, favor ipse coronis
Fortuna, et plenos Numine vivo dies.

Senator I. Est bene dum titulis Rex Invictissime Regum
Ducis ab Ætheriis tempora plena Deis.
Orbem qui meritis imples, tua regna Deorum
Auxiliatrices promeruere manus.
Qui caput es Patriæ, caput immortale coronæ
Te fortuna colat, te colat orbis amor.

Senator II. Numen amet tua Regna, et amet Te sidera Princeps
Ad te cum titulis integer orbis eat,
Sitq. tui fortuna comes fidissima Regni
Te petat æternum non rediturq. honor.

Quae mihi consertis, vestris ego vota refundo Rex
Votis, quos Regis corde reponit amor.
Fortunae comites amo, fortunaeq; sodales,
Ipse serenatos vivere nolo dies.
Principe me dignos Regem puto vivere soles,
Si sors ipsa mihi vos facit esse pares.
Qui proceres solio Rex invictissime vincis, Senator 1.
Nos et fortunâ vince supreme Pater.
Imperij caput es, Procerum frons una, decorq; Senator 2dus
Nos tibi fortuna non decet ẽẽ pares.
Vos ego, quos sceptri Comites, Comitesq; coronae Rex
Fidaq; purpureq; Nomina fecit honor.
Posco pares, grandesq; Viri decora alta senatus,
Ut vestro sedeat pectore Divq; amor.
Quem petis à nobis, Excellentissime Princeps Senatu
Ille pridem nr̃o pectore sedit amor.
Divorum me jussit honos, Regniq; Penates Rex
Ferre Sabea Dijs munera, ferre preces.
Numina culturo, socium cum Principe vestro
Ferte caput, cordis Nomina fida mei.
Pectora fida damq; Proceres, Regiq; Dijsq; Sen 1
Imus, et in jussus astra minora Deos.
Es Regni primus Sol, nos tibi Sydera Phoebe Sen 2
Porrigimq; Comites in pia vota pedes.
Rex Ergo Deos adeo, sancti ferimq; vestigia Princeps.
Sen 2dus It veneraturq; Numina noster amor.
O immortalis Caelestia Numina Regni, Rex ante delubrum
Numina sidereo digna sedere throno.
Vos Regni fortuna mei, et decora alta coronae
Vobis submittit Rex diadema Dij,
Submittit diadema sacris accline figuris
Et dat odoriferis dona Sabea focis.
Dona Sabea focis vestras accendit ad aras
Imperij custos flam̃a sit ista mei.
Te Pater Omnipotens, et vos sacra Numina posco,
Sitis ad auxilium, subsidiumq; meum.
Per titulos vos oro meos per Regna, fidemq;
Ut procul a fatis sit mea vita Dii.
ad senatores Fortunae Comites socio date pectora cultu,
Vestraq; Divinq; munera, noscat Honor.
Thura damq; vobis celsissima Numina caeli Sen 1.
Sumite de grata munera parva manu.
Juppiter Aetherei pars illustrissima Regni
Tu Patriae Patri Principibusq; fave.

Vos Superi petimus, Regno Regique favente, — Sen. [?]
Vivat ut innubes, vivat in orbe dies.
Munera parva damus, Regi non secula ferte,
Multa sit, et genus Principe digna salus.
Ergo valete Dii, mea Regna videbo precorque — Rex abitur
Ut vestros cultus integer orbis amet.
Quos, Superis coram Proceres Tibi vovimus annos, — Sen. Regi in solio sedenti apprecant
Hos tibi nunc, pleno pectore, corda vovent.
Vive Pater Patriae, felicia secula vive,
Et fortunatos cum Jove vive dies.
Cum Jove vive dies, felicia tempora vive — Sen. [?]
Qui deus eo populo, Principibusque Diis.
Quae mihi concordi vovistis secula mente, — Rex
Haec vobis, coeli Numina, vota ferant.
Mille mihi Princeps, coeli si secula ferrent — Sen.
Soles mille tibi, secula mille darem.
Languor habet mea membra duces me somnia poscunt
Ibo fatigatum depositurus onus.
Dormi Serenus, felicia somnia dormi, — Sen.
Sit tibi fortunae Thimotheique sopor.

Cantus.

Panskie imiona Złote korony, niby ranne Zorze
Dzis coś iaśnieią, ietro Znikszeią przy swoim splendorze.
Serca ludzkie budzą ah ah ah
I sen twardy budzą ah ah ah
Nadto żal serdeczny
Serca lament wieczny
Zadaią.
Kolo ah Kolo toć nieszczęsliwe iestes przy cyrkule
Ciężkiey ruiny kogo wynosisz nie uydzie w tytule
Jesli ślepą szczęscia odmianą
Przyiazni fortunne ustaną
Z ktoremi się mile
lecz tylko na chwile
Swiadczą.
Farbuie szarlat, rzuca kolory niemi ubudzone.
Iak na lep lecą uydzą ptaszęta serca uwiedzione.
Bo i blask purpury bezżnieie
I Tyryiski szarlat blednieie
A co dziś w koronie
Jutro poda skronie
pod marmur.

Nieufaj ufay Zdradney fortunie gdy złote kolory
Rzuca na pozor iakby się warzesz swoiemi fawory
Wieczności obiecuie przyjaźni,
Lipszkąc serce raną zadrażni
Gdy iey złote pęta
Nawet i momenta
Stargaią.

Nie trwały w statku u niey iest obłąg na Pańskie imiona
Gęściej ubiega prędszą ruiną koło Ixiona
Szczęściaż obiecuie południa
Patrz iak z Tobą iuż obłudnie
Bo się nie wpromienie
Lecz w grobowe cienie
wprowadzi.

Więc nie zatapiay chęci w fortunie nie tęp serdeczności
Każdey godziny serce się strzec będzie od zazdrości
Gdy z nią w nieprzyiazney odmianie
Affekt uwiedziony zostanie
Żal nie utulony
Nigdy nie zgoiony
Zostanie.

Sen. Venimus ad magni Celsissima pectora Regis,
Exploraturi tam breve noctis opus.
Rex. Fatalis me languor habet, cor deserit artus
Saevus et e vivis me jubet ire dolor.
Quos Regni fortuna mei dedit esse sodales
A vobis Proceres non rediturus eo.
Sen Quis dolor o Princeps Tua per praecordia regnat?
Quae te, tam grandi vulnere fata premunt!
Rex Forte fatigatos, languor gravis iit in artus.
Unde cor a fatis debile pectus habet.
ad servum Magne Cliens. Servus Adsum Rex invictissime. Rex longas
Rumpe moras, genitos ac mea fata voca.
Fac veniat soboles, charissima pignora Patris
Quam cito dubiam sors peregrina habet.
Senator 1 Quod sic decumbas fatis, mihi magna doloris,
Materiesque animis est gravis orta meis.
Sen. 2 Et me fata premunt, animamque doloribus urgent
Dum Te Rex magne Pater cerno dolore premi.
Veniunt filii Filius 1us Ad gemitus dolor ipse tulit nos, venimus ergo
Exploraturi funera saeva Patris.

Pr Rex Multus amor Patris, Patris solatia vestri
Vos medicina mihi vos mihi multa salus.
Filig nor O utinam Tibi nostra salus Pater adderet annos,
Ut Tibi sit multo tempore multa salus.
Ergo Pater moreris! moreris Pater optime natis!
Et Pater a genitis non rediturus abis?
Jor Non rediturus abis? Tecum Tua fata sequemur
Non Pater a genitis incomitatus abi.
Pr Ibo, valete mei charissima pignora cordis.
Jor O utinam comites nos Tua fata trahant.
Pr Jam me vita fugit, Patris jam deserit artus
Omnibus in membris dum furit ipse dolor.
Ite coronati diadematis ite decores
Ite mei tituli purpureiq throni.
Nil mihi cum titulis, nihil est cum Principe sceptro,
Scindit ubi vitæ stamina Parca meæ.
Vos mea pars vitæ fidissima pignora fili
In vobis Patris vita superstes erit.
Ad vos qui morior moritura silentia solvo,
Patris ut in vestro pectore vivat amor.
Jor Vivet amor Patris, natorum pectore vivet!
Tu quoq millenus secula vive Pater.
Na O dolor, ô utinam Te secula nulla viderent
Qui genitis lacrymas elicuturus eras.
Qui fereris duro sedisse Promethea saxo
Auxiliatrices nunc mihi pande manus.
Jor Divide cum genitis Tua vulnera, divide lethum,
Optamus comites istius esse mali:
Decrescit dolor in plures divisus: amamus
Esse Patris socii funerisq mali.
Nor Non genitis moriture Pater lachrymabile vulnus
Sed vag non natis fata relinque Tuis.
Pater Jam me fata vocant. Vobis mea regna relinquo.
Jor Sit Tibi vita Pater, sitq corona Tibi.
Plus genitis Tua vita placet diademate regni,
Vitæ ac imperii Rex diademat tene.
~~Filig~~ Cur regnum, genitosq Tuos, populumq relinquis?
Sic dolor, ætherei sic voluere Dii.
Pater – Consule magne Pater medicos, artemq Galeni,
Jor – Ibit ab hac dextra proxima vita Tibi.

Pr Ergo vocate manus medicas, solatia vitæ
Ultima. ~~Jar ad Stug~~: Vade, voca; sit medicina Patri.

Pseychodi Dokter: Accitus veni Rex Invictissime Regis
O utinam nostra cedat ab arte dolor.

Rex Pater: Tange manum, venasq proba; remanetne futuræ
Spes vitæ. ~~medic~~: Vitæ spes tibi parva datur.
Exanimes artus, venæq silentia, vitæ
Jam prope claudendæ sunt documenta tuæ.

Pater ad advocatos filios: Desero fortunam, moriturus desere vitam.
Quem prorsus medicæ destituere manus.
Imperii, sceptriq ~~[struck-through word illegible]~~ decus, stirpisq Paterni
Vobis et regni sit diadema vale.

Jar: Sicine te genitor trahet irreparabile fatum!
Sicine fata subis non moriture Pater!

Nar: O Pater, o Genitor, quod grandia vulnera natis,
Fataq quod cordi pectoribusq jacis!
Sit sceptrum, soliumq tibi: Pater mea regna tenete,
Me diadema fugit, me quoq vita fugit.

Pr ad filium ~~Nar~~: Patris in amplexum de natis ultime fili
Adsis. Nar In ultimis cor, animamq fer.

Pr: O nimium dilecte meis puer optime votis
In te, multus honor Patris, amorq sedet.
Ista tibi dilecte puer, precor optime fili,
Ambiat ut chari te diadema Patris.

Nar: Dum Pater a Senibus superas te mittis in oras,
Nec mea vita mihi, nec diadema placet.

Pr: Non prius ætherei subibo limina ~~[struck-through word illegible]~~ Regni,
Quam Patris in vestra fronte sedebit honor.

Jar: Partiri diadema negas, geminisq coronam
In Dominos unam, non licet ire Pater.

Pr: Concors vester amor Regem conspiret in unum
Possit ut imperii sceptra tenere mei.

Nar: Quem Pater è geminis Regni diademate cinges,
Det hic imperii Rex decusq tui.

Pr: In geminum caput, ire nequit diadema, nec unum
~~[struck-through word illegible]~~ Regni, scit bina fronte sedere decus.

Jar: Vertice si gemino nescit diadema teneri,
Et binos Reges una corona pati;
Ergo solve Pater dubii discrimina regni,
Unus ut unius tempora cingat honor.

Jv Ne Pater ad lites damnem mea pignora; nolo
Cingat ut unius vestra Corona Caput.
Ite; Senatorum dubias sententia mentes
Themidis ad libram judiciumq vocet.
Jor Consiliis votisq Tuis Pater optime Patrum
Subjicimus mentem subjicimusq Caput.
Rex Pater do majore domo Fida Senatores adsint mihi pectora, vade,
Nec mora legatos retrahat ulla pedes.
Przychodzą Senatorowie Venimus acciti Rex invictissime, ~~[illegible]~~ vitæ
Sen. 1. Multa precaturi lustra diesq Tibi.
Fortuna meliore dies Tibi currat et annus
Sen. 2dy Secula se Regni nobiliora petant.
Rex Spes vitæ moliens abit, Sol occidit omnis
Cogit et è vivis me gravis ire dolor.
Consiliis spes una meæ fragilisq senectæ
Fulcra Senatores, mæsto solatia Patri
Ferte. Sen. 1 Caput submitto, citis pernicior alis
Quæ dederis mandata sequar. Sen. 2. pectusq paratum
In me crede Pater. Quæ nunc accepimus aure,
Pectore festino Tua Rex mandata sequemur.
Quid placet a nobis Rex invictissime? Rex Regni
Est unum diadema mei, sunt pignora bina
Et cadit in binos una Corona Patris.
Unius, diadema caput præcinget; ut alter
Possit inoffensus vivere, ferte modum.
Sen. 1 Arbitrii res ista Tui, quem elegeris; ille
Imperii Dominus, diadematis ille Paterni
Fiet honor sceptriq decus. ne vero furoris
Fomes, et invidiæ genitor videare futuræ,
Decidat Soboles, in se suffragia vertat,
In se vota ferat. dederit quemcunq Coronæ
Imperii diadema gerat.
Rex Consilium placuit, placuit sententia Patri,
Sed tamen hoc genitis displicuere meis.
Sen 2g Hinc aliud subjungo. Schedis scribantur in albis
Nomina natorum; sic insignita vocentur
Ad libram. fiet Princeps qui pondere major,
Imperii diadema gerat. Rex placet hæc sententia Patri,
Est bene, propoponam genitis modus iste placebit.
Rex ad[illegible] Adsint filii veniunt. Dum successorem vestri decidere regni
Nolitis, decidendæ propono Coronæ
Consilium. Jor Fhig Quæcunq Pater porrexerit, altum
Patris judicium nos consiliumq sequemur.
Rex In puris conscripta schedis proponite libræ

Nomina, qui vestrûm trutina meliore valebit,
Hic regni Dominus, Sceptriq creabitur heres.

Jov — Judicio submitto Caput. Nov Submitto Paternis
Mentem Consiliis et ego. Pater Ergo libra ferenda est?

Jov — Est bene. (Rex ad servum) Fer lancem, calamum, chartamq papyri
Ac atramentum. Na równych kartkach pisząc imiona synowie invocantq Deos ut sibi faveant. Pr ad majorem chartis imponite nomen.

Jov ante. quam scri bet dicit. — A quibus imperium pendet, pendentq Corona
Auxiliatrices Numina ferte manus. piszemkartce

Nov invocat Deos et fortunam. — Regnorum Fortuna Parens Diviq Senatus
Magne Pater votis auxiliare meis
Majestas meritis non est grave pondus et annis
Tu tamen et meritis pondus et adde libra.

Senator ut libra po nat nomina Rex jubet. — Pergite, natorum nomina libra probet.

Wazy Senator, Equilibrium est, et ait. — Nulli libra favet sed habet par pondq uterq

Ociec karę sobie kar tkę podać młodszego, nad którą gdy stawie, tra padła, i przeważyła. — O dilecte puer genitoris gloria fili,
Mille relinqueo tibi vota, relinque preces.
Extrema vobis mitto suspiria vitæ
Vos colat orbis amor, vos amet orbis honor.
iterum date nomina libræ

Drugi raz wazy, przeważa młodszy. Sen. ait: — Libra favet, genitoq favet fortuna minori
En grave pondus habet, majoris nomina vincit

Pater ad minorem filium — Illius ergo Caput Cinget diadema. Paternis
Insistes titulis, Sceptriq Creaberis heres.
Nam decidenda modus ultimq est Coronæ
In votis fuerat vobis mea pignora. Regnum
Accipe, Patris honor sies, Sceptriq Paterni.

Na drzwkię Oyca — Cordi habeo magni Genitoris vota, meaq
Fortunæ Patrem veneror. diademate Cingi
Non anni meruere mei, non debilis ætas,
Atq pares humeri, sed ubi suffragia regni
Adjecit fortuna meis felicissima votis
Mitto coronandam Patrio diademate frontem
Et Solio submitto Caput. Rex Patris accipe regnum:

Ociec Syna koronuie młodszego. Majorem pernis- — Do diadema; Tibi sceptrum Soliumq relinquo.
Jov — genitor! — Me deseris ergo?
O moriture Pater! quocunq vocaverit orbis
Ibo! vale frater, titulig valete paterni.

Żegna Oyca i Brata zagniewany starszy. à parte dicit — Illudis fortuna meis, illudis olympe
Votis. Major eram Patrii Successor honoris
Nune Solio privor, Patrio diademate privor!
Fugit honor! fugere mei, et regna [illegible]

et R

Et Patris fortuna mei. Sic vivere! morti
Par est. Imperii solium minor occupat omne?
O dolor! Ordo quis est meritis, annisq quis ordo?
Annis sum major, titulo minor! Improbe regni
Hæres! perge, peri Frater. Tibi sanguine junctus
Sum, sed et hostis ero. Patris diademate privor?
Restat ut et vita privor. Sine nomine, nolo
Vivere; vita mihi hæc fatum est. Legatus Senator a Fre Rege
ad Fratrem Regis venit, mitigaturus iram et dolorem simulq nuntiat mortem
Patris. — Nuntius ad Pr.
Veni; jam Genitor Tuus invictissime Princeps
Concessit fatis. Filiq por hinc comes ibo Patris.
Hoc deerat fatis complementoq dolorum
Ut Pater, et fugeret me diadema Patris.
Legatq Non tituli non regna Tuos fugere lacertos,
Sed comitatur honor, comes it fortuna, sequuntq
Te fastus, Capitiq Tuo diadema reponent.
Princeps Spes mihi fortunæ, regni spes ocadit omnis
Dum me regna mei deseruere Patris.
Legatq Non omne imperium, periere nec omnia regni
Nomina, dum tituli Te deseruere Paterni.
Major es, imperioq Patris majora mereris
Princeps Non spero majora, satis foret esse Paterni
Hæredem imperii. Legatq Dubii spem rejice voti;
Spes desperatas et vultum rejice tristem
Te melior fortuna petet: Nunc nominis auge
Pompam fraterni, ac tandem venerare minoris
Fortunam fratris. Princeps Miror quod verba tulisti
Non bene cocta mihi tale. me in sanguine fratris
Fuso, me fratrem, gladiumq natare videbis.
Injusta quod fronte gerit diadema, thronumq
Illius venerabor ego sed vindice ferro.
Legatq Non decet ut proprio contendas sanguine ferrum.
Princeps Fraterno primum maduerunt sanguine muri,
Et nostrum manus ista bibet, ferrumq videbit.
Legatq Verum est, fraterno maduerunt sanguine muri
Sed mala fama canit, quinis miratur et orbis
Illorum deforme scelus, labemq perennem.
Ne de vobis Princeps Celsissime, turpis
Fama canat, nov bella move, non effere ferrum.
Pone odia, accensas mentes, et desine flammam
Ac iras nutrire animo. furor iste, malorum
Est fomes,. Frater sanguis Tuus imperat; illo

Rege. Tibi crescet honor. Te regna tenere
Reg puta Dominum. Nunc fratris in oscula perge.

Princeps — Accensas magnis excludo doloribus iras
Consiliisq Tuis mentemq animumq resolvo.
Flexisti pectus, flexisti fratris amorem.

uraszujeo Bra te Krolestwa. — Frater es, es Princeps, Patrii diadematis hæres
Te Regem Frater veneror. cum Sanguinis ambo
Unius simus; titulis adscribo, meoq
Fortunæ, quod honor Patris Tua tempora cingat.
Millenos Soles, felicia secula vive,
Fortunaq dies vive invictissime frater.

Rex frater — Fratris vota alto conscribo pectore. Quamvis
Te minor imperium teneo; Tibi Numina majus,
Et nutrit fortuna decus, ponetq lacertis
Imperii diadema Tuis. Non deserit illas
Sed Te sublimi Frater conservat honori.
Es Sanguis Regumq decor, vicina supremis
Sceptra geres, Soliiq videberis hæres.

Princeps Fr — Quid Frater majora mihi, sublimia Princeps
Quid mihi promittis? Fortunæ pectus, iniqæ
Jam me corde gerit. Rex Fr Non sic mi Frater; honori
Te nutrit, nostro qui sit diademate major.
Non Te spernit honor, non et sublimia regni
Nomina te spernunt. Cinges diademate frontem
Et Solio Princeps nostro majore sedebis,
Quem semper fortuna alto sibi pectore ponit.

Princeps — Spe dubia nutris fratrem invictissime Princeps
Cui et fortunæ et regni sol occidit omnis.
In titulis ego pono meis, quod Patris honorem
Et Patris regnum geris invictissime Frater.

Rex Fr — Non dubii Tibi vota loquor diadematis: alto
Te fortuna Parens genuit quia Sanguine Regum,
Regna Tibi, Soliumq parat, Regniq Coronam.

Senatores apprecant Novo Regi.

Imperium felix, felix Respublica regni,
Te Patre: felices populi Te Principe: Teq
Rege, diem quemvis fortunæ vivimus. Unum est
Quod Tibi Magne Pater, Pater invictissime, pleno
Corde precaturi, de Cœlo vota vocamq.
Scilicet, ut Soles fortunæ Principe dignos
Vivas, qui Procerum populiq mereris amorem.
Te Patriæ Patrem, majestatemq profunda
Fronte Senatores colimus; Tibi colla paramq,
Subjicimusq Caput, frontemq inflectimus omnes.
Sis nobis, populoq Pater, Pater omnibus unum.

Rex Quod Regi fers vota, Tuis meliora precari
Nemo mihi solioq potest. Id pectus amore
Confertum Regi placet, aeternumq placebit.
Rex vobis, vobisq Pater, Pater omnibus idem
In solio populis esse studebo meis.

Sen. 2dq Imperii, Patriaeq Patrem, decus omne Senatus
Te Regni frontem, de Principe Sanguine Regum
Et Regni fulcrum, decus immortale Paterni
Nominis, affuso plantis ubi vertice, noster
Te Regem veneratur amor! Tibi vota perennis
Fortunae, multumq diem, seculumq precamur.
Te quia Patris honor, Regni diademate cinxit,
Pace alta diadema tene. Respublica, regni
Te Regem, Patriaeq Caput veneratur, et altos
Imperioq tuo, majestatiq supremae
Affundit cultus. regna, rege, secula vive.

Applicatio ad lacrymas Xsti et sanguineum sudorem.

Epigramma 1.

Vidimus, ut lacrymae, Regni diadema dedere,
Et genitum Patris imposuere thronis.
Terrestres fletus poterant si regna tulisse,
Xste, Tui fletus quod diadema ferent?
Est murex sanguis, rubei sunt purpura fletus,
Et fies vobis ipse corona meis.
Ipse corona meis fies Deus optime votis
Ac ego Rex fiam te lacrymante Deus.

2.

Duras cervices et non tractabile pectus
Vidit et in populo ferrea corda Deus.
Displicuere, malas imitantia pectora rupes,
Cordaq de duris displicuere petris
Tunc ait: de gelidis mollescite pectora saxis,
Et rigidas, duro ponite corde petras.
Ac tandem in molles tenerasq liquescite ceras
Figat ut in vobis stigmata noster amor.
Ferrum cor hominum, durosq liquescere mentes,
Heu non duritiem deposuere ~~[illegible]~~ fibris.
In lacrymas abit ergo Deus, fusoq per ora
Fonte, rigat populos, mollit et imbre petras
Vix lacrymas accepit homo tractabile pectus,
Et non difficiles flectit in omne manus.
Vult cor habere Deus, dat cor, dat et intima cordis,
Molle dat et pectus, molle dat ille caput.

Vidit ut a lacrymis se profecisse dolore
Motas non parvo flumine fundit aquas.
Sed quo majores homo mollior accipit undas,
Virtuti facilis fit, facilisq Deo.
Hoc Deus ut vidit, plauditq triumphat et inquit:
Quos mea non vicit gratia, vicit aqua.

3

Quod mare sit salsum Jesu mitissime! dictum
Lachryma multa probat, fletq et iste probat

4

Desudat lacrymis, flet toto corpore Christus;
Fons est, debuerat fundere totus aquas.

Christe quid innumeros lacrymarum depluis imbres?
Et tristi fletu Christe quid ora rigas?
Terra fuit maledicta, fuit maledictus et orbis,
Sanctos, ut fiat sanctior, addit aquas.

6

Hauris qui puteum, fontem diademate cinge,
Sic quondam inverso nomine jussit amor.
Es fons, et nimiùs Jesu te fletibus hauris
Quod decus ergo Tibi, quod diadema feres?
Rex es Sanctorum, geris et diademata Christe
Manibus es Sanctis alta Corona Deus.
Quamvis Te nullo Jesu diademate cinges,
Ipse decus fies, ipse Corona tibi.

7

Et liquido solvis Jesu mea crimina! toto
Corpore, dum mistas sanguine fundis opes.

8

Hyblaei procul ite favi, sacra munera veris,
Ite procul veres, dycaeniq thymi
Non ego per florum lacrymas nec virgine cera
Arte laboratas expatiabor opes,
Nectareis meliora favis mihi vina salutis,
Vina sed e lacrymis facta dat ipse Deus.
Non sic Hybla animis, non sic placuisti Hymetti,
Ut placuit Christi sanguis, et unda, meis.
Talia non fuerunt, totum claudentia regnum,
Qualia Divinus vina propinat Amor.
Pocula fortunae, sitio nec pocula regni,
Dum Tua Christe mihi lacryma potus erit.
Lachryma potus erit, mihi lacryma sola placebit,
Aeternam, hoc, moriens, fonte levabo sitim.

Desint Crateres, et Lesbia pocula desint
Tu mihi sola sapis, Tu mihi sola places.
Hanc ego cum bibero, dicent mihi Sidera; vivat!
Æternum vivat! dicet et ipse Deus.

9

In tergo, Scelerata, Tuo, mea crimina scripsi,
Tu plorans Jesu, contere flendo Scelus.

10

Qui peccatoris tergo mea crimina portat,
En pro peccatis flet Deus ipse meis.

11.

Fletu pro verbis, Jesus, oculisq perorat:
Est bene: nam et lacrymæ pondera vocis habent.

12.

Purpureo dum rore fluis mæstissime Jesu
Sanctaq dum multis fletibus ora rigas
Te Regem lacrymæ Regem fecere dolorum
En Tibi purpureum dat cruor ipse decus.

13.

Forte pudor maculas alto sibi Corde sedere,
Vidit et in Casta fronte sedere notas:
ut decus, et niveum fronti reparasset honorem
Quærebat roseis Casta lavacra genis.
Audit, Ausoniis, quas dat Campania, Bajis
Posse sibi formam, posse redire nives.
Ergo pedes cursumq parat: videt ista Redemptor,
Flet; Pudor ut viso fonte reflectat iter.
Quo pergis? (Sic Numen ait.) vestigia fige!
Ista pudor et longas non meditare vias.
Balnea si quæris? noster Tibi balnea fletus,
Qui fluit ex oculis ros meliora dabit.
Pro Bajis lacrymas, pro thermis accipe fletus;
Sit Tibi, qui nostro pectore fervet amor.
Audit hæc, pressitq pudor vestigia; Casta
Bajarum sprevit nomina, sprevit aquas.
Ac ait: ite procul Romani flumina regni,
En vada de lacrymis me meliora vocant.
Cedite, de nostra maculæ quæ fronte sedetis
Cedite! forma redi, frontis honorq redi.
Hæc ubi: divinis vultumq genasq lavacris
Mergit, et in sanctis membra reversat aquis.
Prior ergo Pudor, Caput ut porrexit ab undis,
Vicit olorinas, frontis honore nives.

14.

Ex humeris pendere Dei mea crimina cerno,
Inq Dei tergo cerno sedere scelus.
Quam grave pondus habet, turpis mea vita scelusq?
Novi ego peccator novit et ipse Deus!

Tu quia fers labem fers et mea crimina tergo
Quam tibi Xste gravis sarcina, cerno miser!
Sarcina Xste tibi gravis est, quia sanguine sudas
Quem tibi ego eliciu Xste scelestus homo.

15.

Inter sanguineas Xstus natat usq; procellas,
Et lacrymas inter mergitur ille suas.
Gemma Deus fuerat pretiosi gemma decoris
Debebat pretiis ista procella suis.
Irus inops mea vita Deus, sed es unio Christe,
Sis pro divitiis unio Christe meis.
Spero coronari, cingi diademate spero,
Æterni spero regna tenere throni
Sed quis Xste meae fiet mihi gemma coronae!
Nescio; Te posco sis mihi gemma Deus.
Sic et Erythraea spernam suffragia pompa,
Dum mihi gemma meae Xste salutis eris.
Vera loquor quia fido tibi Deus optime: fies
Tu mihi gemma Deus, tuq; corona mihi:

16.

Orbis ubi totus caeno jacuisset in alto,
Et sceleri immersus dum jacuisset homo.
Purior ut tandem populus sit purior orbis,
His, quas fundis, aquis ablue, Xste scelus.

17.

Quisquis es et foedam nutris sub pectore labem
Quas Deus effundit, proluе crimen aquis.
Purior argento, fies et purior auro
Si Divina tuas eluet unda notas.
Si cor, et in corvum pectus tibi transiit: istis
Suadeo, cor lacrymis ablue, cygnus eris.

18.

Irus erat, quia pauper homo, fuit Irus et orbis,
Dum tua Xste cadit lacryma, dives erit:
Fiet homo posthac, et fiet ditior orbis,
Par siquidem gemmis, lacryma Xste tua est.

19.

Est mundus mare, sed gemmas non continet: illi
Flens Deus, è lacrymis gemmea dona dabit.

20.

Alpha Deus vocatus eras. Sed quando liquescis
In lacrymas, liquida es litera, flendo voces.

21

21.

Dum nec virtutis guttam mare mundus haberet,
Flet Deus, ut Sanctis orbis abundet aquis.

22

Ut fiat, qui vilis erat, pretiosior orbis;
In lachrymis gemmas dat, pretiosus erit.

23.

Orbis avaritia, febriq cupidinis ardet,
Consule avaritiæ, consule Christe febri.
Spiritus est, lacryma; est essentia quinta doloris;
Hæc sit avaritiis, sit medicina febri.

24.

Solem Justitiæ Te dicunt biblia Christe:
Dum fles, es tristis sol, pluviusq nimis.

25.

Orbis amarus erat, fuit et mare mundus amarum,
Dulces fundis aquas, dulcior orbis erit.

26.

Es via Christe, graves mæstissime desine fletus
Ardua nam fiet Te lacrymante via.
Non fiet, mihi Christus ait; mea lacryma nulli
Et nulli faciles perdidit unda vias.
Si cupis ætherei bene tangere littora ponti:
Ibis felices, me lacrymante vias.
Non sic felices humeris vehit unda triremes,
Ut meus ad cælos sanguis, et unda vehit.
Te lacrymis committe meis pluvioq dolori
Hic Te purpureus ducet in astra cruor.
Est bene, committo, citius Tua Regna videbo
Porro cor, in lacrymas meq resolve Tuas.
Non Scopulos timeo, non sæva pericula Ponti;
Si mihi portus eris, si mihi Tiphys eris.

27.

Irarum flammam, flammamq cupidinis omnem
Ut Deus extinguat, Cernite fundit aquas.

28.

Ut tempestatem faciatq pericula probris,
Flet Deus, et pleno lumine fundit aquas.

29.

Vir Deus, est et puerum teneros imitatus et annos,
Si cur flet pleno lumine, quæris homo?
Divinis Tibi pro Christo respondeo verbis,
Hæc infallibili pro ratione tene.
Vir Deus est, sed amor tener est puerumq secutus
Vir Deus ex magno flevit amore Tui

30

Flet Deus, et crimen latatur in ore Scelesti
Flet Deus et populi videt in ore Scelus.
Flente Deo, quia videt homo, quia crimina videnti,
Hinc vidente Deo flebit iniquus homo.

31.

Ne crimen sitias Scelerumque venena Scelestae,
Flet Deus, has lacrymas orbis inique bibe.

32.

Cor mihi terra rudis, cor terra simillima petris
Durius est ipso cor adamante mihi.
Nulla mihi virtus sterili de pectore crevit
Et nullus sterili pectore crevit amor.
Nec flos est anima, casta nec lilia vitae
Gaudeo nullius fertilitate boni.
Terra, cor, est sterilis par ipsis rupibus, in quo
Nec pietas crevit nec pietatis odor.
Fertilis ut fiam, lacrymis me Christe rigasti
Ut mihi cor fiat fertile Christe riga.
Messem virtutum fer et incrementa salutis,
Ut Tibi Christe, meo in pectore crescat amor.

33.

Quid pluis in terram pretiosa Corallia Christe?
Fluido tamen eloquio, reliquis eandem persuadet partem. Obsequiorum proinde tuorum Bacche me nor in præmium Premisli cor, quod insuperabile hosti subjicis tibi trado. Cujus hedera nobiliorem revirescet in famam, si diadema illi involvetur.

Etiam si sæcula integra in Bacchi distribuerentur annos, obsequiis illos volupta consecrarem. Amara enim sunt et mercede nobili Gmiani. Plebejerum non nisi eousque obsi credidit Bacchum, sub hedera inserto Dcpis ssmum adorabit. Lucis proinde restituimus hederas. Nostris enim in frontibus, ab hinc non sylva excrescent, sed coronæ quæ Cpto sint. Bacchi diadema ornet caput, cui eam majestates associans. Ne vero invanum corona frontem, manus occupet sceptrum, repleas mero, relucebunt contraposita si coronata ad pocula, flamma, qua in ulteriora obsequia volupta, exardescimus haud extingues. Optima proinde spe pleni, tot sæcula, quot hauvimus guttas volupta apprecemur. Ne vero sociorum guttura, quæ huic concessere tempori arescant siti, illos nos restituamus. ~~Non~~

Non serenant Olympum Patrium illa sæcula, quæ tanta fluunt tempestate, ubi luag vix non integris plorat doliis. Regnum Lechiæ intemperies Dcpis in Cauponam Metamorphosi quadam transformavit. Nec hac ex causa Premislo Tiphi supremo Reip. nostræ commisimus rate, ut eandem decumanis phalerni committeret fluctibus. quibus certò certius concedet latus si ulteriori malacia non prospiciet.

Pares

Senator 2. Pares mente revolvo curas et inter pocula Regis noster fluctuat animus, à quo adverso rapitur vento, bibat proprium sanguinem, si explere sitim non valet mero.

3tius Juratos Characteres, quibus nostram Principis subjectionem inscripsimus effusus Principis delevit luxus. Proinde Conscientia sorea arbitra, bibat acharontis lethen, prius, quam statum Reip. aegro teneat. Si enim quovis sole, suo in capite naufraganti Patriæ hostis affundet copias approximant fluctus. Adversi vero casus in spes optimas enavigabunt.

x universos Sarmatas.

4tus Assertorem quidem libertatis hæc vota prement. Sed pereat ille Princeps, qui expugnare quidem hostiles novit impetus, rebelles vero appetitus nequit superare. Sunt nobis tot frontes Polono apta diademati. et dextra, quas adversa metuit manus. Præcepta igitur desideria, activitate celeri exequantur.

Amor Patriæ Lechia membra à Supremo divisa Capite interitu Reip. corpori pollicens. Odium hoc, quod accendit invidia Patriæ extinguit amorem; quis furor o Cives! quæ ferri licentia? ense proprio scrutari viscera interitus Principis Patriæ præcedet capum quietem amet, cui Lechus pars cordi est.

Senator. Pacem secundo fluctu effusus sanguis vehet; illis qui amori Patriæ impendunt opera! ne temulento Cum Principe profundum petat. sanguinei vero cruores si ~~Suum~~ effuderint iniquos impetus haud nos panitebit, dummodo ad illius remissionem Reip. convalescat ~~Corpus~~ Corpus.

Qud

x

Quae Sanitas in vulnere. in funere exiliis vita desperato hoc in Casu fortunatas in spes Lechia non assurget tandem in fata ruitis certare impares indissolubili passu neces vos insequens. Amor Salus.

Si Patriae impendet ruina propria in fundamentum Senator ponimus capita properemus in ense, peat et ipso cum Rege Regnum.

Vestris ex Peordiis exul linque Regnum cujus mode Amor Salus ramen ad odium et invidia deflexit

Ut vero optime communi ausu tyrans capta, socias et in Senator dissolubiles nobis jungite dextras juvati sodales. Pro peremq igis et Baccho sacratis feriis gravatum. Regni caput, opprimamq. | O tempora ipsi glatia par Premislaus. quos ameni serenant soles, meror et umbra quidem excluditis proinde utamur hilaryis instruant pocula quae nobis torrente felici ppinant gaudia

Concedamq aliquantum quietis Principi qui a Somno expeditq ulteriora Solatia ppriam nobis donabit ptentiam. Sklst Smilkeln

Quies cui aliquantum concessi temporis vobis me restituit. Sed heu quam exacta est mortis imago coterum vana sunt Somnia quae nobis ubi in amenam assurgimq vitam extremos minatq casq et Cerussa quam pingit falernum fatales appingit colores bibamq, vivamq dum juvenes sumq post molestam senectutem rapiet nos humq

Manus Socias rapula oppresso capiti Regni Comi. Djurati litones inicite, mles temulentq feri.

Epilogus.

Exhibitio 5ta

Prologus

Non mortifera, sati pocula, etiam mortalibus ad vitam hominum devotissimus. Veritatem hanc Principe dolorum Regis cultore actus comprobabit. Licet autem Lechi scaenam praeferet dictio, nihil tamen funesti pollicet. Si eandem Auditores sapientissimi, humanitas vestra animabit

Principes Jejunium ab omni nobis vanitate indixit absti nentiam; ultra trecentos dies rebus transitoriis donavimus, aeternis, et quadraginta cedamus. Vos autem mei Proceres, Principis in cultu mundi socii in obsequio etiam Numinis opto comites.

Comes 1mus. Si Orbis Regis ad exemplum componitur, et nos ad Ideam Principis genium fingimus, caelestibus desideriis vota nostra assimiliando.

Comes 2dus. Induat verecundiam animus difformis super sine fructu expedirentur tempora, a pomo Regio aliena. Principem gressum si non assequi cordi est, et comitari.

Comes tertius tot soles luci publicae impendimus, superest ut reliquum increato Sideri consecremus, ab illis etiam occasu serenum habituri

Comes 4tus Non humili passu virtutis adita penetrabimus Majestate praeeunte, ad mentem Universi facturi si totius Regni Capiti conformabimur

Principes Ornatus etiam Regius habeat ferias, pudet illo tempore diademmate redimitum incedere quo frons Regis Regum cruentas inter versatur spinas. Corona non caput sed ornamentum. Domum Regium minime arridet palato; ubi virginei uteri fructus hic pendens ab arbore cordi est. Aedes Dominantium Domini nos invitant, paremus gressum. Linquimus solium ubi caeli majestas solo allidetur. Regumne inhabitabimus Palatia, Authore Principum ad carceris tenebras damnato. Aedibus Salvatoris quibus cum nos pervenit salus, advolvimur. Mille basia illi infigimus vulneri; quod nobis integritatem restituit. O manus! victrices de potentiis

palmæ, nostræ libertatis causa, vinculis adjudicatæ, prægravatæ catenis, cruci tandem affixæ. Cor Xsti amori Regio nostrum propter dilectionem sociorum centrum. Genæ fel sputæ oculi in lacrymas resoluti, aures in auditu crudelitate affectæ. Quo gemitu quibus suspiriis quanta sitis passione vos prosequi consentaneum foret. Trado me pacientis Xsti vinculis in mancipium, mærori in solatium, contemptui in opprobrium. Appia mundi ad hunc non placet, illi insistemus tramiti: quod dolente Salvator trivit pede. Quoties enim fuero negotiorum vacuus, ad liminem Crucifixi dies hos sæculorum omnibus ad votis expediam. Comes sit Regio capiti corona assistet procerum et effusæ in pacientis Xsti amorem menti affundet vota.

Devotioni aliquantum insistamus et mentem boni publici solicitudine toties fatigatam, meditatione Xsti vulnerum relaxemus. Princeps

Aulicus 1mus Devotioni intentum Principem imitemur. Illo orante, nos quoque pii simus. Impleans vitra. Sabili prima in laudi memoriam ad secundam deveniamus, ab esu carnium indicta, abstinentia, ab aleis.

O scelestos quibus majori in pretio pocula, quam sanguis Salvatoris. Quod vinum dulcius lacryma Xsti. Amoris erga nos volumen contempsistis, chartis occupati. Illum trepidate, in cuius manu sortes universi continentur Princeps

Aulicus 2dus Ne authores imperfecti operis supponamur, acepto, minime desistamus, fatigatum pro tracta devotione pectus quieti Princeps nos menti hilari dabimus. Instruantur proinde liquore mensæ, presto sunt nummi

O deliberatum facinus! o reflexam malitiam! penitentiæ tempus assignatum, consecratæ horæ, momenta dicata, vos sceleri impenditis! O diservo erebi mancipium, nemo mi charus cui ista placent, e tantos animus, v aulæ meæ numerum deseretis, nostris obsequiis n'idoneos reor, acultu numinis alienos Princeps

Aulicus 3mus Quo meantis sociatum opprobriis verta!

postrata non corruit animæ fama; Infimi etiam Calones, no-
stræ illudent sorti. Sed quæ doloris materia, x honoris punctum
Injecit ne manus Princeps, utinam injecisset. Afficit ne vulnere,
Sed integritatem honesti eripuit, non adjecavit morti, Sed vivum Cada-
ver effecit. Illud pectus prostravit verbum, quod maximi etiam imperii
frangere non valebant. O graviorem armorum pondere mortalium
linguam; Terro enses, et igni ardentes animos, pila pilis oppo-
nus. Linguam vo expugnare etiam Achillis non valet hasta, qui
incisis Atlantis humeri æ pares sufferendis, Sed mœrorem ulti-
nis recreent Solatia. Si Sanctus Princeps, terram non occupet, astra
petat. Struemus Altaria, adolebimus thura, obsequiis, victi-
mas, Sed non honestum, immolabimus.

Aulic. Dux. Sed qua arte præmeditata desideria, effectum sortientur
armis tentare fortunam, temerarium est, comitum enim manus
Hostris fortior dextris, tutelam Principi, ausui minas pœnas, Sed
toxicum comparemus, illo Crucifixi pedes, quibus accumbere
Regi in consuetudinem abiit inungamus, hauriet ex vitæ
fonte, etiam necem.

Aulic. N. Amicum est cordi consilium, tacito proinde gressu, ne
dissimiliore, Apothecæ pete limina, cum pharmaco veloci acce-
lera gressu.

Servus. Diem optimum fausta omnia spectabili Domino apprecor

Apothecar. Votis refundo votum, adjuncta obsequii mei promptitudine.
Quæ causa meis intulit liminibus hospitem.

Servus. Importuna Muscarum insolentia, quarum injuriam com-
pensare fato intendimus.

Apothecar. Prompto animo explebo mandata.

Serv. Optime valeat spectabilis Dominus.

Apothecar. Fortunâ pergat comite, redeuntem aperto semper corde,
et ostio expectabo.

Serv. Explevi mandata, et pulverem, qui etiam Majestates incinerat
Comparavi

Aulic. Intenta executioni daturi pergamus, tempus enim excludit

Napisverenij Thuiing Nerki P. Jerusa.

Dulci pedum vulneri omni nectare ~~salvatori~~ [vanon?] clavorum loco infigo oscula. Princeps.
Quid est socii unico privamur solatio approperabit satum, pede Salvatoris recedente, sed persistamus in proposito.

Immensa amoris Majestas, integrum complexa orbem, tenuem etiam minoris mundi athomum, non rejiciet. Si non ausus punitur quo comite delibare inquinato ore purissima vestigia decrevimus Salvatoris, excludet licet candor maculam, frons serena rugam. Sed patitur justitiæ Sol umbram, fumum etiam consumens ignis. Etiamsi abeuntes sequamur plantas, nec avelli animus poterit.x Tandem infensum nobis concludo Numen, adversi materiam animi ignoro. Si invitam mentem occultum invasit scelus illud pellat dolor, miseri cordia clementissima Numen tua addente robur, non subsistam enim illo in quo movemur universi abeunte, scrutemur pectoris abdita, an hæc non torqueat morsu fs scelus, Solenne enim Numi est privatorum errores publice in fronte et membrorum crimina in capite vendicare.

x ab hac cicatrice et medii impulsa doloni.

Parce heu parce Princeps ~~et omni modo~~ cadunt animi assurgente prodigio plantis, et omni modo quam Justitiæ officinæ fabricat, nec efferre non valentes, toxicum illis reposuimus. Opponendo vita, quam nostris insperasti animis, mortis apparatu. Aulici.

x Nos submittimus. Salubri enim manu.

Infudimus ~~penam~~ venere Xsti vulneri Lethi poculum, ut spiritum effunderes. Non pœna Tuo impendens pectori sed prodigium plantarum Divinarum, habitum, comitatur, tanto pro scelere millenæ obnoxii morti, unam prostolamur.

O ausum grandem sed sublimius illo prodigium. Summa Dei bonitas, quæ viles mortalium actus immensa rependit mercede, supplicibus vobis Numen condonet ego offensam et corde dissimulo. Princeps.

Epilogus

Princeps, sceleri, vos actus errori debetis Auditores sapientissimi, qui recedentes Numinis, secutus plantas Si non ad votum processit pede, vel humanitate vos abeuntes subsequetur dici. Kamuzates a

ccccc

Affixiones de Christo Patiente.

Prologus.

Prostratum manu sacrilega Numen attollere eloqu presentis theatri opus est A. S. Ut amore, quem immen so æquore nostra in comoda Salvator fudit è Oratoriis fontibus refundamus. Spinis quæ ad seculorum admirationem Divina penetrarunt tempora acumen reponendo. Sive impexa dictio excludet ornatum majorem illo tempore mere bit gratiam quô decus est ab omni etiam cultu abstinere

Affixio 1ma.

Abluit Discipulorum pedes Xsus Joannis 13.
Antequam Crucis ascenderet fastigium
Chrystus
Ad plantas se discipulorum
Demisit.
Illisque affudit Lympham
Ut effusus in se amor
Spectaret
Sed quid prodigii si ille lavit pedes
Quem
Ad abstergendas maculas
Ad depurandos iniquoratos Scelere
Decreto Patris,
Oblatione voluntaria
Universi solatio Credimus
Descendisse.
Mundà Apostolici Collegii vestigia
Liceat intueri
Nec minima enim atthomo
Inquinata.
Hippomenis grepu Passionis viam
In euntem Xstum amica sequitur
Cohors.
Celeritatem nepulvis quidem retardabit.

Qui
Ex plantis cum aqua
Defluxit
Ab hinc frontis solix
Apostolorum pupilla
Infensi Hebræorum animi
Ne athomum quidem prdument
objicere
Sed haud alter decuit
Nisi ut primum Nitorem
Fundamenta Ecclesiæ
Salvatoris ex fontibus
Derivarent
O duriorem saxo,
Judæ animum
Quem
Limpha alpes cavens
Non emolivit
Afflixio Idæ
Chrysus in Horto orans sanguineum liquescit in
sudorem

Tædium Xsti quod vix integros
Popedit artus admirabili contraposito
Gessemani auxêre
Amænia.
Sudorem cui sanguis pingebat cerusam
Grato aquarum murmuri
affundendo.
Sed angularis lapis
Ahatis naturâ excipset
nisi
Ad propinatum universo
sudasset toxicum

Spes nostræ reflorescunt
In Nazareno flore
Dum
Hic unda reficitur
Et fortunato fructu in nostra
se fontes Salvatoris effuderunt
Commoda
Erebi incendia
quæ
In orbis ruinam averni accenderat
extingendo.
Inquinata lue scelerū pectora
Salvatoris ex pectore
Promanans depurat
Lympha
Majore in nos
Quam fervor Vesuvii
Hostium animi æstere invidia
Quos vix non decumano flumine
Ex vitæ fonte extinxit
Unda
Sed o graviorem
Omni pondere molem scelerum
Quæ tantos extorsit sudores.
Cunas Palladis
Quibus Olympus aureos affudit imbres
Antiquitatum fabulis
Relinquimus pretiosior Fortuna
Renascenti mortaliū generi
Secundo fluctu in sudore defluo
Enatavit
In opimos electorum frumenta
Lise exporrigere fluctus
tam copiosis suffusa

x
Influenciis
Sed Principem Syderum
Decebat Purpura
Hec erat Justitiæ Soli
Occasui vicino Sudoris proprii
In oceano mergi in decorum.
Si verò
Caucasus Mortalium possedit corda
Hæc numerosæ cymina
Defluens Xsti e vertice gutta
excavabit
Affixio Gloria
Osculo Judæ Xstus traditur

Tenellæ pomum fraudiis ferculæ
Non subest crimini si amicas etiam genas astus
Et Simulatio implet
Amoris nexus haud firmus est
Si amici vocabula
Affectum intimè pectus catenis tradit sed amorē nostri
generis
Ex verbo discamus
Patris
Quòd ore et osculo traditur
ut monstret deliquia supprema
Exundationes imensas Sanguinis millena vulnera
Proprio futura gustui.
Blanditiæ quas Sphæra vexit orbis
Non fortunatæ mortalibus
Si Morum authorem
Etiam oscula Ixionis involvunt rotæ
Et orbitæ infortunii

Sed fallaci Orbi fidendum minime
Si verbum etiam ab Ore
Non securum
quia arte palliatur Scelus
Infigit proditor
Passionis in exordio oscula
Ne futuris cruciatibus
terreatur.

Affixio 4ta

Hostes prosternit verbo X[illegible]
Effusos propria in fata Hostium impetus
Chrysaus
Verbo fundit.
Nec mirum divinior enim Pericles
Fulmineo instructus eloquio
In adversam detonavit aciem
Illamq profligavit.
Et toto se cum infensis decertabat
Animis
Quia voce verbum
veri Patris.
Siquidem Acinacis ~~vero~~ naturam
Et robur lingua induit fauleminas
fata.
Nec ipsas Olympi Aedes
Cum Universo
Verum etiam et victorias
Numen verbo
Efformavit.
Acumen quod exornat dictionē
Oculorum hostilium percellit aciem
Animos dejicit
Et prosternit.
Caeterum actus hic
Septena excepit prodigia
Licet vox verbum aeternū
tueatur.

Prostrata humi pectora adorasse dixisses
Numen
Nisi illi erecto corpore manus
Iniecissent.
Sed fortunatior casus illorum extitit
In scelera enim
Et averni precipitia ruere
Assurgendo visi qui
Casu subsistant

Afflixio 5ta

Unus militum dedit alapam Iesu
Sacrilega Tartari victima expedivit
Manu illas ingenas
quas
Non tres sed innumeræ gratiæ
Efformarunt.
Et Lilio convalio ultra naturam
Rubeum appinxit colorē
Decuit quidē Regem Regum
murex
Sed qui artus non vultum
vestiret.
Adeo immanem ictum modesto
ore. Reposuit Incarnatum Numen
Ut tantum crimen
vocale,
Demonstraret
Deinde inconcussæ sacræ eloquio petræ
Xstum miramur petrum
Ad ictus non potuit n' esse vocalis.

Afflixio 6ta
ad ignis Petrus negat Xtum
Etiam ad ignis fervorem Petri reffrixit In Xsto
Charitas

Nam ad mundi x flammam
Quam ipse fovet luxus cælestes
tædæ extinguunt.
Miram elementi istius activitatem
Non signorum tantum Nuem,
Verum etiã in bene cæptis assumpsit
Constantiæ
Tormentorum numero et magnitudinẽ
quam
Judæorum ferocia Xsto fabricabat adigni
clare perspexit Apostolus.
Evitat illum Salvatorem pernegando
Et ex Apostolorum Principis ad illam
Casu orbis interea dignitatis
In fastigio
Positorum Crimina
Non esse non clara,
universæ
Sed quo errore ad lucẽ a veritatis viâ,
Sceleris in tenebras
Petre aberrasti?
Induit individuus Incarnati Xris Socius
temporis apparatum.
Taborreo enim in monte
In quo
Xstus
Solis induit faciem
Amoris flagrabat incendio,
Hunc umbris vicino tegit
ubi
Eadem Luminis velat faces.
Sed paradoxum stuporem causat
Ille enim qui ignibus amoris extinxerat
Ignes, eosdem

×

Arsuros perpetuo poenitentiae Lymphâ
Sse accendit

Afflixio 1ma

Petrus ad Galli cantum Convertitur
Justitiae Sole mortis ad occasum
Vergente Syderum,
Princeps
Pullam induit faciem.
Vela templi scidit dolor
Concussa moerore contremuit terra
Unicus Gallus
Canit.
Quem doloris praecedentis fato
Naturam induisse dixisses
Nisi
Vox haec
Nascentis etiam diei nunciam
Toties extitisset.
Sed congruè Galli excitas voce
Petrus inter noctes Sceleris
Vitiorum Correptus Somno.
Qui
Ad cantum miro contraposito non
In tripudia sed in moerore et lacrymas
solvebatur.
Nec enim aliud quam mutationem hanc
Gallus cecinit.
Et ante Lucano tempore
Non quod Justitiae
Sol
Pulsis delicti umbris
Serenum in Petri accendere pectore
Nitebatur Consuetudine ales proclamavit
Naturali

Affixio 8va

Alba veste indutus Statuis ante Herodem
Herodis
Vicinum Lumini
Numen
Alba Chlamys texit
Et per Artus
Primo pares murici lacerna ventorum
Ludibriis exposita,
ventilatur.
Fuisset hodie superstes Trajanus
Integram Purpuram
Suppremo Duci
Generose decertanti
Haud negasset
Qui eandem in militia
Scidit vulnera,
Sed candidum tegme ipsi Innocentia debuit
Et Agno sine macula
Candore Notabilis Lana
Albo tontonum est
Vestiri ~~amictu~~ nec ultra naturam abit
Ante tempestates
Quæ ipsas fati procellas minabantur
Justitia pallere
Soli.
Tandem Unionem Hipostaticam
Nunquam non candore insigni
Admiramur

Affixio 9na

Flagellis cædi ad columnam Xsti

Columnas Herculis forti complecteres Solimae
si non plus ultra cruciatuum.
Acuto quia Stylo ferreo
Illis impressiset.
Sed decebat tot post victorias quibus
De immani triumphabat Sabie
Exercituum Dnus Colossy triumphalis
In prodigio, Codio: superis Collapsus
Suo in capite Orbis forti erigiss brathio
Simulq fulcitur marmore
Ne similes in ruinas
relabatur.
Deinde ex saxo colligite Sapientis virtute
Non anni unius structuram
Sed aeternitatis fabricam extitisse
Caeterum liceat prodigia admiratione prosequi:
alligatur Columnae
Ut Humanum genus
Quod vincula scelerum nexu
Gordio majori stringebant
Solveret.
Sed haec libertas
In quam Averni mancipia restituisti
Incarnatum Numen universum
Tibi reddet obligatum

Afflixio 10ma

Chrystus coronatur Spinis Joan: 15
Pudet etiam Regiam frontem
Vel momento ornari diademate
Quo

Dominantium Dn̄us Spinis
Redimitur.
Ex quo discat universum
Suppremas etiam Majestates
Sine aculeo
Haud posse subsistere
Dixisses Verbo Patris cognatum fuisse acumē
Et Lilio affinem Spinam
Vixisset nostro sæculo Lator Legis, Moyses
Novum prodigium et visionē spectasset
Simulq́ in Rubo
Deum
Et Dominum adorasset
Sed quid prodigii est
Si florem Nazarenum
Etiam inimica manus sepsit Spinis.
Licebit nunc Olympi viam
Inoffenso metiri pede
Ex qua Spinam quæ offendit
facile
Proprium in frontem transtulit
Numen.
Tandem Domitori Hostium Xsto
Præter obsidionales
Navalem Civicam muralē Coronas
Spinea etiam debebat
Ut triumphi vocaliores
Has inter arbores existeret.
Sed Spinosum Diadema
Haud dedecori fuit Numini
Quinimo antiquā consvetudīē Quirinalē
Renovavit Ierosolima
Fontes Salvatoris
Coronando.

Affixio 11ma
Cruci affigit Christus.

Certamen cum Averno.
Consumaturo Numini iam Crux
Triumphi offertur Signum
Solius enim Numinis
Est ante triumphum victoriam canere
Et ante certaminis exitum
In victrici extolli Ligno.
Sed Ingeniosum Salvatori
mentes
Licet invisæ præmeditarunt fata
Quando
Virginei Uteri fructum
Defluum ex Arbore collocarunt.
Mentes perditæ conatu facili
Salutis vos invenit portus
Quas
Expansis in Cruce Salvator excipit
Manibus
Qui ecce in hoc elevat Signo
ut nos abstractos ab humo
Cælo reddat propiores
Nisi enim præduce mortalium amore
Signum hoc antiquis
Infamem nostram propter gloriam
Numen ascendisset
Universi i malam crucē ivissemq
Ingentem
Salvatoris fructum passio
Orbi protulit, pendere
Proinde debuit ab arbore
Si recto calle

Coeli in adita est cordi pertingere
Non lactea ad infantili Animo
Nec molli pluma
v Rosis Stracta cu Sardanapalo terit
via,
Sed Heroum mentes
Ducis
Crepus Persici precedentis vestigia
Crucis tramite insequens.
Affixio 12ma
Inclinato Capite Xstus moritur Mat 27
Si mentes, quas excaecavit timor
Oculatas aliquando
Reddidisset gratitudo
Spectassent.
Haud se abeo deseri
qui
Patri animam, acclinem vero
Illis porrexit frontem.
Etiam post fata universos
mente
Complectendo.
Et aurem postulatis,
Basiis genas
Non negando.
Septena uno hoc
In prodigio miracula ille
manifestat
Qui totus oculus est.
Et inclinatione Capitis
Ad admirationem Compellit universos.
O prodigiosam dilectioné nostri
Ex eo enim Chrystus proprium
Demisit caput

ut nostrum erigeret verticem
Diem ultimum justus etiam
formidet
Sub qua Sanctus Sanctorum
Vix non frangit verticem.
Elati mortalium animi
Non attollant supercilium.
Ubi tam profunde
Ad Mandatum Patris
Filius Aeternus inclinat frontem
Et mortis sententiam
Submissione tanta,
Et inflexione capitis humili
acceptavit

Epilogus.

Etiam actioni immorimur illo concedente fatis in quo vivimus et movemur Universi Auditores Sapientissimi. Nec loqui enim connaturale est, Ubi Patris Verbum conticescit. Taciti proinde abhinc Stylo vestro Auditores Sapientissimi benevolentiam prosequemur. Dixi

Præfatio Poëtica

Ex Anno 1725 In annum 1726

Ut belli signum Laurenti turnus ab arce
Extulit, et rauco strepuerunt cornua cantu.
Utq acres concussit equos, utq impulit arma
A Dobek Extemplo turbati animi.

Quis iste inter asperos duræ sortis strepitus, mollior haut so-
nus aut mentis ludibrium A. S. L. Fractus concitatissimo tur-
bidine ruit Orbis, omnia ejulatu miserrimo fletu gravi gemi-
tu plusquam Giganteo permiscentur, et Poeta canit, Poeta lacry-
mis alludit an illudit populorum. Superi boni, quæ ista in nos For-
tunæ Sævities, ut nec felices nos nec miseros sentire liceat, nec la-
crymis etiam levissimo nempe calamitatis ulcisci telo fata. Sci-
licet hoc unum deerat Poloniæ eversæ malum lætari, & in luctu pu-
blico canere Phreneticorum ad instar qui gravissimo quidem tor-
rentur febrium æstu attamen ardores inter veneratos occinunt
sui funeris præfici, & vitæ ante tumulum exequiæ. Recte recte Po-
etæ, nos cadimus vos canitis, ita nimirum Carmini vestro deerat
cadentia, inter casus Patriæ, ut tota nunc cadens Sarmatia, toti-
us Orbis Elogia, id est dolor debeat apellari. O triumphale nunc
tempus! o diem natum cantibus! et plausibus Poetarum. Quid jam
versus quæritis Virgilii! en totus Poloniarum Orbis eversus est,
Quid jam acutos sales et jocos excuditos Martiales! en risum po-
pulorum Sarmatiam, quid flebiles Nænias, quid tristia Ovidii!
en luctum mundi Poloniam! quid ligatam orationem Poesis
vocem habes ligatam Polonorum! Lyram pulsatis Horatii! nos
quoq deliramus! fides tenditis! nostra etiam qualibet manu ten-
ditur fides. Canite, Canite Vates hi. Sunt scilicet gemitus mise-
rorum, hæ sunt lacrymæ, risus Poetarum. Sed quid ego inhuma-
niter et ignota Poesi Cæsura humanitatem proscindo! quid
damno Musarum Cantus! quasi vero Sirenum sint voces, quibus
Patria in malis suis sopiatur. Time infelicitas, trepidate infor-
tunia, cantibus nostris calamitas profligatur, fortius, quam olim

aut

aut Scipionis manu Africa, aut Annibalis pugione Roma, aut Alexandri gladio Orbis confossus jacuit. Novimus molossis nostris venari Leones, novimus felicius quam olim Medea Colchis in Polonia cantibus sopire Dracones, nostra Cheli et noster Amphion saxa quoque cicuravit. Nostris pedibus assurget Polonia nisi Poesis Patriam in pedes erigere affine est. Et nostra oratio eo altius consurget A. S. si illam ad pedes admiseris.

Gravissimi sunt rerum ingentium lapsus, alta rudera altissimae magnitudinis vestigia sunt, quo latiores ruinas, eo ampliora stetisse arbitramur, et stupemus fastigia. fulminis casus est quem totius Orbis terrores metiuntur. Fracta si strepat, vix auditur arundo, auditur Leonis rugitus etiam fatiscentis. Unius folii languor risus est Nemorum, ventorumque; unius scintillae occasus, ludus puerorum. Cruenta sunt Solis occumbentis deliquia, quoties inter Caelorum lacrymas (rorem intelligo) occidit, et inter sanguineos Aetheris rubores acres radii hebetantur. Vos ego ingentia Sarmatiae mala vos testor quantam olim diruistis Poloniam. minima Orbi mentita est fama Lechiam, calamitatem nostram do testem. vix major post exustum Orbem cinis, quam post consumptam Poloniam, estaret eadem, et exusti Orbis et consumptae Poloniae favilla est. miserum me! quantis calamitatum et futuris incendiis torrebatur Polonia, adeo ut dubitare cogantur saecula, an unum in Orbe imperium, an in uno Imperio Orbis universus absumptus sit. Si enim mala nostra inquiritis auditores, totius Orbis calamitatem cogitate. si Orbem casurum imaginamini, Poloniam cadentem aspicite, sic ruet Orbis, istud evertet universam terrarum molem, quo nos cecidimus. Nihil minus contra Europam Asiam, Affricam, Americam, expediet Fortuna, quam quod contra nos armavit, jamque olim infunesto illo furiarum concilio decretum est, iisdem facibus, eodem telo, aut Orbem petere aut Poloniam, quod enim malum? quod alibi partitum est, totum in nos non eferbuit. O malum simile Poloniae ea enim in nos libertas est fatorum ut quidquid alibi vetitum esse voluit Fortuna, hic concessum sit adeo ut in Regno isto, quandam malorum rempublicam in nos liberrima posuerit calamitas.

Et leve quidem esset Fortunae nostrae onus, si aperta fronte, et torvo ut alibi solent vultu, nobis mala occurrant, (perimus perimus!) amica sunt, blanda et ridenti facie in nos lacrymas, et gemitus devolvuntur.

voluuntur. Mansueti in Poloniam furores, piissimum scelus, li
beralissima in Patriam avaricia, modestissima ambitio. liberri
ma servitus. Strenuus in praelio metus, et fuga audacissima, ho
stis denig sine hoste evertit Poloniam. Adeste populi! gemina
jam miracula ostentat Sarmatia, bellum sine hoste victa et ever
sa omnia sine victore. Quid enim victorem appellabero. ubi in eo
dem sinu bella nascuntur et victoriae, idem victor & victus, iidem
et spolium sumus, et nostri interitus venatores. Sentio vulnus
nostrum. Sentio! tantis ne impedus constat nostra ruina ut cum hostem
n habemus nos ipsos debellemus. qua illa (Dii boni) malorum si
tis ut infelices nos credamus, si duo felices nec Polonos appellari si
constanter beatos nec aliam nominis integritatem novimus, ni
si ex fractis rebus oriatur. O nostram scilicet Nominis integerrimi
magnitudinem, huc vestros ferte oculos terrarum Imperia; fonten
illam super cardines rerum omnium exporrectam, et qualem vix
Jupiter contra Gigantes extulit, spectate, Polonorum! en terrarum
Numina! gentium admiratio, mundi timor. Quid plura cinere
Patriae cernite, cernite, dicite Poloniae cineres, ubi Nomina Po
lonorum! gravius ne aliquid potuit Fortuna, cogitate, quo nos
opprimeret. Jacemus sub illo malorum pondere aspectu truces, pal
lidi, exsangues, et quos ipsa flevisset calamitas, luctatur, gemit,
anhelat, spumat, Patria sub illa mole et toties collectis viribus,
frustra se in pedes erigere conatur. Quid tandem proh fidem ho
minum eriget in pedes Poloniam. huc properant Senatorum Con
silia, et caput illud Regni fatiscens ardent attollere sed Sisyphi in
star saxum suum in sublime rotantis, iterum colapsum lacry
mantur, huc armata fortitudinis brachia ut manum illam Re
gni jacentis, qua, totus concusso rerum cardine tremuit Orbis, lan
guidam exsanguem et qualem suam putaret desidia, ut inquam
supra mundi fastigia porrectam efferant, sed haec iterum in caput su
um relabitur proh mundi arbiter superiq quondam Polonae te
stes dexterae, fortissimus ille manus nostrae ictus, nullam malum
nisi se prosternit. Stringuntur gladii, rotantur hastae, eviscerantur
tur pharetrae, strident per aëra, sagittae, qua tandem Hydra
a novo Hercule superanda. contra suum sagitta tenditur,
seipsos et sui feriunt ictus, contra Jovem suum fulmen rebellat jam
inter Gigantes Jupiter recensetur, et avitis ignibus Jovem prosterni

O miracula Poloniæ calamitatis, & jam hic vel maxime e
dax rerum nostrarum tempus adeo vastissimum illud Imperii cor
pus absumpsit, ut vix jam pedes, id est vestigia Poloni no
minis reliquerit. Accurrite accurrite Cives, erigite in pedes Pa
triam. Sed quid ego populos advoco Poetarum officium est et
gloria domesticum nobis est, et similiter cadentia Carmina
et Orbē cadentē in pedes erigere, fictionē putatis? agite mecum
et ad Thebana Mœnia transferamus. Spectatis ardet, heu me totis
montibus assurgens in Æthera pulvis, ingens sonitu tumul
tuatur in aere, fervet sedibus suis, pulsa tota ventorum seditio
tremit sub ingenti pondere tellus, Sol ipse aut armorum
nitore aut densa hastarum Sylva extinguitur, quis ille passus
pulvere excusso Orbem sepeliens? urbs attonita primo credi
dit aut Jovem contra inferos, aut vulsis terræ repagulis iterum
contra Superos bella movisse Gigantes, Ad arma ad arma
tota Urbe conclamatum est. Effunditur in mœnia universa
ferri Thebani seges, suspensis animis, & trementi animo ex
plorant cuncta, quod illud tonitru Divini cujuspiam pedis
percrebuit. heu actum est de nobis Thebani, Alexandri vesti
gia hæc sunt vociferantur universi minus timuimus dum
Jovem castra duxisse putavimus. Quid tandem agimus O ci
ves perditi huic ferrum opponimus si universam hanc Mun
di Machinam in gladium Superi addidissent quo suum Cælum ab Ale
xandro defenderent tunc etiā fregisset ense Macedo.
En totus Alexandri signa comitatur Orbis et Urbem petit,
quid agimus? nulla jam consiliorum mora hostis instat. Mode
stia nostra fortior Orbe erit, vincetur precibus qui mundū vicit
Decretum est Legatus mittitur ad Macedonum castra, id est
ad Alexandrum. tanta enim erat inter Ducem et militem ar
morum vigiliarumq laborum ac fortitudinis vicissitudo ut et
Universa legio Alexander nunc et ipse Alexander Legio debuerit a
pellari. nec minus Princeps quam exercitus nec digniq quā Alexa
der decertabant ordines. Ventum erat ad Conspectum Imperato
ris ille tunc forte strictum ad instans prælium vibrabat ensē atq adeò
fulgor ille ensis Regii Legati animum et oculos perstrinxit ut Jo
vis ignitus aduri videretur. Cæterum præsens rei periculum jam
abeuntem revocavit animū tū ille trementi et pavido vultu. Clemē
tissime Princeps hanc quæ in tuo obtutu est Urbs ne Orbem puta
Quid iisdem armis mœnia hæc quibus mundū petis iras meruimus?

Sed mortales

Sed mortales, id est h[unc] tuas Alexander. Telum q[uo]d contra te strin
gimus scutum, quod tibi Urbs opponit tu ipse es, te respice ante dece
at contra Urbem bellare Orbis domitorem. Parce supplicibus nisi
forte clementiam tuam id est teipsum vincere velis, at dedecet
etiam ab Alexandro vinci Alexandrum. Quid ad hæc Imperator.
Quid stas miles ferrum rapite hæc manus responsa dabit, simul
vocem et concitatissimo impetu mœnia Civitatis abrupit. Tantus
erat properantis Victoriæ ardor ut eodem pene momento et locu
tus et pugnarit et vicerit Alexander. Quia vero flecti nequit
stricti ensis ira tota Urbe rabidissime discurritur, lateq[ue] p[er] funera
Civium furor indomitus grassatur. et sitim illam bellandi a
trocissimam Civium lete fuso cruore arò et extinguere. Tacec
Urbis illius excidium ut vulnus illud non nisi ab Alexandro
inflictum sciat Orbis neq[ue] enim Minora vulnera Magnum
decebant Alexandrum. Ventum erat ferocissimo et quali mū
dus ipse everte poterat impetu ad tecta Poetæ Pindari. hic vero, ve
lut scopulo rabidi fluctus franguntur, Tiaminus irati Principis pe
nitus concidit repente inclamat siste ferrum. ad voces mei obri
guere universi et erumpentem cum præcipite ictu suspendit iram
miles qui tandem Alexandri gladium cohibere poterat attonitis
circumspectat oculis Poetæ hæc domus est Orbe amplius et Ma
jus aliquid credite subjicit Imperator mundum vincere didi
ci Nescio Poetas! Præsiluitque et caput illud cœlo ipsi timendum
galeamq[ue] Regis terribilem nudo fultus ense inclinat Pindaro.
Quid agis Macedo, huic parcis Civi, cujus Clementiam Urbs to
ta haud mereri poterat. Agite triumphos vatibus Sæcula! sic sta
mus. sic valida pedum nostrorum vestigia quæ neq[ue] terræ do
mitores concutere possint Utinam vero Urbs illa universa di
cam melius utinam totus Orbis in domum Poetæ confluxisset.
staret immotus nec ipse etiam mundum vicisset Alexander. Fri
gere in pedes Orbem Patriam lusus est Poetarum et quotidia=
na occupatio. Dissiparetur moles hæc terrarum nisi nos vin
culis Sermonis nostri colligeremus et liquescentium frontiū
sudoribus conglutinaremus fractos rerum Cardines Quantis Re
gna Regumq[ue] Majestas pacis assurgit incrementis ubi Poetæ
non vile pondus Imperii. Nec enim loqui nec agere nisi famæ
incrementum possunt Poetæ Nunquam ita securius etiam so
pitus in sinu pacis bellorum furiis quiescunt populi quam dum
in ulnis Poetarum et Principes recumbunt et Coronæ. Quod olim
dormientis Alexandri Cervical fuerat quæritis! pugio et Homerus
hæc Regis capiti supponebat Princeps. hic vero Sæculorū prælia hic to
tus Orbis somniebat victorias, ubi Homerus Cervical erat. Recte

Orbem vicisti pugione Homeri Poetarumq, paginis Cœlum ipsum
ad Æternitatem tuo Homini obligatam Superabis a pugione invi
ctus bellator ab Homero Jovis Filius dici merearis Telumque
nihil Fortius habet orbis pugio erat Alexandri quo nihil gra
vius Cœloq, ipsi optabilius erat Homerus, Credo ego si olim du
Juppiter et Superi contra Gigantes decertabant Scipsisset
Homerus primum pro fulmine rapuisset Poetæ volumen
Summus Pater quo suum Cœlum ab hostibus defenderet
et labentem jam Regiam domumq! omnipotentis Olympi
in pedes erigeret. Fidite Jampeloni longitudini pedum no
strorum, ultra Orbis fastigia vos efferemus Fidite robori li
gati quamvis ingenii Cæsuris nostris cædemus hostes et totam
cum reliqua malorum plebe corripiemus id est brevem faciemus
calamitatem Dixi.

Exhibito Poëtarum.
ima

Pro-logus.

Irae victima crudelitati exemplum tibi proponimus. A. S. non
enim licuit nobis amœnioribus insudare literis quando vel ipsæ
Novembris feriæ Stylum exagerant. Quando intra publicos terro
res vivitur et communes perrant lacrymæ nefas est hilaritatis
nectar animo delibare prius. Antequam plena felicitatis
horrea securos pendeant menses gaudiorum. Non igitur ju
ratam Policrati Fortunam non Regnorum pretio æstimatas
Cleopatres gemmas non risum Democriti. Sed vel Heracliti La
crymas & compositam ad luctum horroremq, nobiscum Scena
agite. Et servilibus etiam animis ultrices iras inesse advertite. Dixi

Aurea Sæcla fluunt felices vivimus Annos. Dominus
Ad votum nobis quælibet hora venit.
Ipsa mihi Fortuna favet dant munera Cœli
Munera vel Midæ æquiparanda domo.
Undas Pactoli nos exhausisse putares.
Nostra quod auriferos hauserat arca Tagos
Cerne puer nostras Strepitus quis verberat aures.
Ausum quod nobis rumpere Verba Scelus?

Aulæ turba venit veniunt fidissima Præses. — Puer.
Pectora. Dnus. Fortunæ munera conde citus.

Aulicg 1mus — Principis ad nutus famuli Imperia ante parati
Venimus obsequiis turba sacrata tuis.

Aulicg 2dus. — Quos sibi sinceros toties Fortuna probavit
Expectant famuli jussa diserta tui.
Tecum Danubium istrum tranabimus Austri
Ingelidis furias et patiemur aquis.

Aulicus 3tig — Arma petes, etiam Dominu super astra sequemur
Si placet aut istis pectora kara probes
Vulnera si Princeps tuleris famulabimur omnes
Sit fidei nostræ testis et ipse cruor.

Dominus — Vota placent nobis karissima pectora amamus.
Vocibus et vestris dant mea corda fidem.

Legatus — Non me bellorum facies aut vana timentem.
Legatum Princeps expulit hostis iners.
Primo qua gentis nostræ quæ gloria vestri
Cantus bellorum classica tela jacet
Bella movet nostros in fines luminatestes
Sunt hæc, cruda movet qualibet arma manu

Princeps — Ergo bella movet nostra etiam pectora sperrit
Nostraq contemnit robora tela duces
Proh superi quis et iste timor qui audacia mentis
Bullit et in nostro corpore sanguis adhuc

Paratg domus Trophæorum — Si nobis præses nostis diffidis et armis — Dux.
Militis en vires experiere tui
Nullus major honos quam maxima gloria nobis
Ob vestrum Nomen fata subire decus

Princeps — Nil nobis nisi sola deest præsentia Martis
O Numen belli fama Gradive veni
In te belli aleam Fortuna ponimus iste
Unica spes Palma te duce victor ero.

Mars. — Audio signa mei magnam Ducis audio vocem.
Et gemitus Fortes audio flere suas.

Desine Dux lacrymas felices indue mentes
Heroum votis munera nostra damus
Hic Clypeus pectus defendat tempora cassis
Hostes hic gladius sternat ~~sternat~~ et arma Ducem.
Hostis adest ferales edant Classica cantus, — Dux
In proprium miles lumina flecte ducem.
Ipse feram belli primus dux ipse furores
Primus ego Mortes, vulnera tela feram.
Latera vos hostilem vos attendite frontem
Vos trau des reliqui deniq' terga petant.
Flosculus Heroum fortissima nomina Martis — Dux ad versas partes
Dulcis Honos Patriæ gloria summa decus
Fata prehende citus certos vel prende triumphos
Sis cito victor vel cito victus abi.
Ipse dabis miles capies vel vulnera certe
Ipse feres mortem scito vel ipse dabis — Capitur Man[-]cipium ducis
Motorem primum, belli caput accipe Princeps. — Dux
Et scelerum primum comprime magne scelus.
Moverat hic hostes ad bella, coegit ad arma
Hic Author belli verbera, fata ferat.
Siccine Dux efrons nostra tam tempserat arma
Ultrices vos arma timenda manus.
Improbe tu contemptor eras tu bella ciebas — Princeps
Tu belli motor tu scelus atq' caput.
Nunc famuli funes Virgas date ferte catastras
Qui mandata dabat nunc quoq' jussa ferat.
Suppeditet Verna Vulcania vincla catenas — Miles 1mus
Imperium discat quiq' daturus erat.
Compedibus vincite manus habeant sua colla catenas — Miles 2dus
Servilis carcer sordida membra premat
Me miserum Dux nuper eram nunc improbus adsum. — Verna
Verna, tulit clavam fert modo vincla manus,
Nuper ridebat Cælum Fortuna favebat
Hostis terror eram nunc mala nostra jocus
Proh Superi quæ nostræ commutatæ Scenæ
Nos populi risus fabula nosq' sumus.

Miles stius — Saxa feras vallumq' feras crudissime Verna
Nostra miser lureo Siccine Jussa facis
Virgas et mides fustes ac accipe plagra
Crudeles pœnas improbe verna lue

Verna — O miserum! decies miserum me! Siccine natus
Vulneribus patiar vulnera sic ne
Jam ceciderg animi nobis jam gloria ferri
Vincula jam restant nil nisi ferre mihi
Jam desino minas, tristes desisto querelas
Desisto miserum vincula fata premant

Princeps — Astra serena placent nobis lux aurea Phœbus
Auratas Soles explicuere comas
Est ubi placido Cœlo non ficta voluntas
Natorum curas improbe verna lege

Verna — Quid faciam quem fata premunt quem vincula torquent
Si fugiant vallant vincula mille vias
Si ferrum redimam Fortunæ præmia desunt
Cum pretio nobis aurea dextra deest.
Verna petam Si Supplicibus caret auribus ira
Lumina vel nobis esse diserta licet

Servitus — Illa ego (si non dum vultu nostrum tibi Nomen)
Servorum Praeses et illa Dea
Ad gemitus concita tuos ex partibus Orbis
Ultrices animos pectora nostra fovent
Tu vultum Divæ pubes mea lumina Sume
Inq' Solutum animum corpore vinctus habe
Teq' nefas dignum aude aliquod dignumq' Tyranno
Audaces animi Siccine probrat iment.
Fortia vel felis timidus capit acta Leonis
Dum sese rabidi vindicat ore Canis
Non sine Patronis (crede) tua causa Relicta.
Venerunt Stygiæ de Phlegetonte Deæ

Arma geris pro te totus tibi militat Orcus
Audaces animos corda resume citus
Vos Diræ vos Tartareæ decora alta Coronæ
Vos oro Diræ tartara ferte truces
Imperium dominantis Scelera crudissima turba — Furiæ Infernales
Exequemur noster tu quoq' verna comes
Vos Servas merites vos artem ostendite vestram? — Servitus
Iam satis est lusum Corpora ferte procul.
Sisyphe nunc cervica ferat tua saxa labores
Nunc Titius proprio corpore pascat aves
Crudelesq' rotæ rapiant Ixionis artus
Verna: Tempore quàm longo mea compede membra premunt
Terminus adversæ quid mihi Sortis erit
Non segnes animi misero torpebimus antro
Sumus at ignavos improba fata premunt
Audaces Fortuna juvat fac conticeat Avo,
Nullo vel certe publica fama probet
Blandimentum animi pietas Secede Minacis
Arma movet nunquam trux probitate furor
Sævities instar probitatis ~~tibi~~ erit tibi crimen
Inferro virtus sint hæc et arma Deus
Colla parent gemini Patris solatia nati
Sanguine crudeles hoc maculato notas
Hoc facto pænas duro de Patre resumas
Quid titubas vestra hæc crimina digna manu
Vix tantum incusam subter præcordia sentit-
In Lybicis Sylvis pasta Leæna plagam
Concussoq' jugos statuit cito dentibus atq'
Exacuit dentes bestica membra petit
Hoste ocultato furor hostes omnia credit
Et fortus tenues arbores ore secat
Vellit humo, rodit lacerat partitur in artus
Sic unum multo vulnere vulnus hiat
Parce mihi misero meruit quid flebilis ætas — Filius major
Vix formare gradum vix scio verba loqui:

Quid merui quid nostra tibi pueritia fecit
Parce peto infantes vivere verna sine

Vindicta. Quid versas animo versas quid mente severa
Hos oro fluctus pectora Verna move.

Anteproscenium. Pietas. Dokądże dokąd twoy z ty impet godzi
Nieutrzymana w swoych uporach Młodzi.
O iako spiesznym do niecnoty krokiem
Lecisz na zgubę zamrużonym okiem.
Zadne wędzidła nie cofną swywoli
Gdy sobie zbytku z młodych lat pozwoli
Stać przy uporze będzie aż do szyie
Iak w młodych latach złości się napiie
Póki drzewecko cienkim prętem stoi
I miluśinkich którys się boi
Iakże upornym dębem w górę stanie
Nie sprostuie go żadne nachylanie
Na tem leżący w młodości ślepoty.
Zmierzcie się z młodu mieycie się do cnoty
Iak desperackiey miniecie przygody.
Zadney na zdrowiu nieznisiecie szkody.

Princeps. Ergo lares Dno fiunt etiam ne rebelles.
Ac aditum nobis atria nostra negant.
Postibus ac nobis hoc qui nam crimina fecit.
O crimen nostrum dedecus atq; scelus.

Aulicus. Tu Lurco tu grande scelus tu infamia gentis.
Pande fores Domino limina pande citus.

Princeps. Ergo moras ducis te expectant mille catasta
Vincula mille feres vulnera mille feres.
Mille dabis, Miles fustes ac mille flagella
Nil nisi mancipium vulnera sola ferant.

Verna. Vulnera sic ne putas iras ac vincla timebo
Ille minas vestras qui tibi ferre cupit.

Imperium nobis fuerat crudele flagello.
Vincula nos tulimus, vulnera saeva manu
Ipse feres discerq' animis servilibus esse
Ultrices iras, protrahe colla citus.
O Pater o genitor fer opem misero mihi nato — Filius major
In te spem pono tu mihi confer opem
Per cunctos te iuro Deos per viscera cordis, — Princeps.
Parce precor natis nostraq' corda pete.
Accipe Fortunae nostrae tu munera caras
Sis liber Dominus sim peto verna pater.
Sicne petis, petii quondam tu rupis ad instar.
Praeteres eras lacrymis vulnera, vincla dabas.
Pugio ubi testis vindictae gloria nostrae,
Sanguine propino tu satiare pater.
En natus morior, superi vos testor in ultus. — Filius Major
Ultrices iras altera praeda manet. — Verna
Tu succede miser pariter pro vulnere natus,
Tu vulnus scito tu quoq' fata feres.
Siccine me miserum rapiet mors pugio vitam
Sic juvenis mortem, vulnera sicne feram.
O crudele nefas juvenis sic tempora vitae
Rumpis dilaceras, vulnere sicne patrem?
Sicne nefande puer moriens Patris induis Iras? — Verna
Sic lacrymas spernis? pugio corda moves? — Princeps
Siste minas, ultrices iras siste furores,
In me verte manus fer mihi fata Patri,
Ut saevas mentes lacrymas, orantia vota — Verna
Audaces animi condidicere preces.
Vade puer nostrosq' scias meminisse furores
Crude Pater nobis quid facis ergo peto;
Non timeas ullas mortes non vincula quaeso. — Princeps
Promissi certus sit peto verna mei,
Est tibi vox dulcis sunt et tibi dulcia verba — Verna
Ora gerunt hyblas tosica corda fovent.

Non ultra scito vindictæ tempus adesse
Jam fraudes noscunt corpora nostra tuas
Quodlibet hoc Regnum noscat hoc Sæcula noscant.
Quodque vindictæ pectora verna ferat.

Epilogus.

Hæc sunt crudelitatis pretia A: S: hæc iræ et furoris meta, ista Sævientis animi terminus. Fulmen est quod suæ vix non totum ruinæ immiscet Orbem, si vero durior stylus cultum Scenæ ademit id adscribite crudelitati. Dixi.

Exhibitio 2da

Prologus.

Non de toto viviles animas injuriosa natura A: S: Relig: Non unus ab aratro Fabius meretur laureas et victorias. Viles quidem Rusticorum animæ sed triumphorum non incapaces, etiam inter pocula pro aris bella gerunt non sine victoria, has Scenæ dabimus veluti coelestes amphoræ forent, si vero Cui: S: aliquid vilius acciderit tanquam Sol Atomos illustrabis. Dixi.

Mercenarius 1mus Ite procul tristis lacrymantia nubila frontis
Ignabus nostro cedat ab ore dolor.
Ora quousque pedes nostros ac improba dextras
Fata prement. quando meta laboris erit?
Mercenarius 2dus Sic ne miser longe consistam miles in armis?
Hic finis fessi corporis, ista quies.
3tius Quid quereris frustra non proficientia perdis
Verba miser. Siccis planctibus ora rigas.
Cernis ut astra nitent ut rident Solem sereni
Cœli, ac auriferas explicuere comas!
Jam jam telluris luctam linquemus aratra.
Linquemus duros Rustica turba boves.
Sit Rorica procul cũ ~~ligone~~ vomere rastra ligones
Cum gravibus cepis dura Rodota vale.
3tius Tu Bartek tu Orela veni charissime Kuba.
Sit solito nobis clarior ista dies.
1mus Rustica quid profers tu flagra mihi ne minaris
O miserande puer vel meminisse jubes?

Jam noscam jam parce mihi quid pondus aratri | Puer
Ferre jubes? non sum parce juvencus ego.
O duras sortes longo lacrymabile tempus | Paterfamilias
Tempore Rola vacat gloria nostra vacat.
Corela vacat, Sobkusq vacat Matusq, pianus.
Hec grozby prosunt, prozba facitq graves.
Incutiunt nobis audacia verba, timores
Hæc responsa dabit harda macugatibi
Pone modum lacrymis nimio da frena dolori | Villicus
Hoc actu credas sumet aratra Kuba,
Ac tandem proprios repetet cny Corela labores
Nulli Transibit ~~nullus~~ absq labore dies
Consuluisse libet Dominum si tramite currunt
Hoc nostri mores hocq statuta jubent.
Verba placent, faciam votum Dominumq precabor. | Paterfamilias
Forte metu Domini pectore Corela tremit
Consuetosq miser curas ad Kuba redibit
Si frontem ora minas sæva videre velit.
Ibo cito Domino semetq reddamq Kubanam.
Reddam Kaplonum munera nostra Kuram.
Rumpe moras faciet forsan tibi plura Parobkus.
Talia — si velox significabis hero. | Villicus
Incusare scelus grandius me bieda coëgit | Paterfamilias
Ut rapienie meum jussit adire panam.
Deseruit Valcus nostram liquidqchudobam.
Et liquit wolos deseruitq trzodam.
Cannabias sylvas baculos adferte catastra | Dnus
Proh pudor ille meos liquit aratra boves,
Hic artet duros, bene membra rebellia fustis.
Hoc actus stimulo desinet esse piger,
O dilecta mihi longos nō visa per annos | Rusticus.
Delicias nostras Karczmula dulcis ave,
Gorzalkas piwion, prabe, non ora negabo.
Guttura quam ~~quam~~ cernas nostra lyzkare sciunt,
Tu similes haustus facito bibe gutture pleno.
Artem demonstra quid tua lingua sciat

Rusticus 2dus Salve Zydusiu noster depone tabacum
Nobis. Zyd. te simili parthe saluto modo.
2dus Rust. Vivat Layzerek noster cny vivat amicus.
Zyd Pro vestra pariter parthe salute bibo.
2dus Rustic. Addant plura [illegible] nobis ut gaudia cantus?
Cantemus primus tu peto cantor eris.
Uprassam nobis iedno faciamus ucieche
Quos plures Sanctos Sydera celsa tenent.
Zyd Sum senior nobis sunt pulhri barba decores!
Et testamentum gloria nostra vetus.
Sum primus crines tollam de vertice primus.
Si plures fuerint tu mihi piwa dabis.
Abraham, Isaac, Jacob, Josue, Esther, Daniel, Septem Filii
Machabei, cum Matre Sedecias, David Zuzanna.
Rusticus. Iam finis? plures vestrum Caelestia non ne
Tecta tenent? plures continet an ne polus?
Zyd An ne parum? plures monstra tu parthe videbo.
Vix monstrare aliquot forte valebis iners.
Rusticus. Ne forsan fugias est haec responsa datura.
Barba mihi; disces quid valet iste jocus.

Epilogus.

Labori nostro liceat coronidem imponere A. S. L. Stamus jam in vilis animos plausibus, ut si quispiam in arena hac labentes nos viderat videat in suis stantes conatibus et simul Auditor Benevolentissime in tuis constantes obsequiis. Dix

Exhibitio 3tia

de

Democrito

Quas mihi Paternus contulit sortes amor
Resolvo felix. Sed manum non cor tenent
Has ego superbo comprimam gazas pede
Mihi laureas sceptri loco liber ferat,
Suffragium casusve Numenve doceat
Libris suis prosape vatem sat probo,

Charta felix suggeres quo cor vocat
Studiis cum difficile est tum neque equum resistere. — Cicero.
Quid est quid oro fallor an praevenit legox
Ohe juvatu palpebras ut est lege.
Studiis cum difficile est. — Democrytus
Ergone docta ferre Palladis juga / Cogor.
Magni propago sanguinis Princeps meis — Commilito. Ang.
Amice mentibus, quod optas quod jubes
Magnum est, nec uni Principi sed omnibus;
Aeque ferendum est, quas Apollinis manu
Vibrat sagittas arcus ~~vitat unius impetus~~ Has nec ~~[illegible]~~ nec Nestoris
Tardabit ausus. (~~Has nec Nestoris~~ Vitat unius impetus.)
Phoebi notum quisquis regit terras leves
Musis amicus.
Ergo nec aude nec vales, Princeps tua
Pulsare musas mente sed gratas fore
Actum est timor, Musae timor Phoebi movet — — — Democritus.
Favebo Musis consecro me Palladi
In arduo maneat honor radix licet — Comm: 2dg.
Amara sit, fructus tamen dulcis lege
Disces! Democritus. quid audes quid tenellum
Ludere pectus? legam tamen meae mentis jubar — Librum aperit
Doctrinae radix amara est fructus vero dulcis. — Isocrates.
Quocunque mandas ibo quo vocas manum.
Porrigo.
Pallas ~~[illegible]~~ tuis amica mentibus dedit — Lator Literarum.
Ave hac serenus produce ~~serenos~~ beatos ages
O longum dies. Age dum quid adest ~~[illegible]~~ omens loqui

Pallas Democrito.

Quam mente versas cor ambit Pallas Democrite. Noctua tibi placet? displiceat lumen. Solem menti imprimam, quem nubes oculi praedicant. Lumen meum non aliud lumen postulat, quam quod ingenium spargit. Phoebi soror sum,

cui Sagitta pro radio. Oculus mundi Titan majorem illustrat orbem. Minoris mundi palpebra Phöbus Tuam Serenabit mentem. Ande spem de Te eventu confirma. Hac precor Tui pamans Minerva.

Datum Athenis.

Demoritus. O grata! salve pectori docta manus
litera, notum superi notum pectus probant.
Commilito 3tius. Ingens tenella mentis ausus quo precor
Surgit! feret vel luminis noctem amor.
Democritus. Non nulla prodit suum Pallas jubar
Addet. Sat orbe claras, auget cui deus
Minerva felix eruam vel palpebras.
Felix vel oculos eruam si nubibus
Doloq contentum premam felicior
Rerum ordinem.
Commilito 4tus. Novum suo versat
Democritus modum sodales nec puto.
Fallaci imagine Jupiter felix aget
Quidquid placet quidquid ferunt mentes sacra
Musis. Meum vestrumq erit fidem dare
Democrito. Pergat sloq finiat ~~...~~
Ausus cadet. Sat grata cælis victima.
Quæ nubibus sdloq oritur et occidit.
Chorus. Et se serenis æmula nubibus
Perurget ætas, surgite Prædes
vatemq sacratum camenis
Castalio redimite fote
Non astra Trojæ non Agamemnonis
Multo redemptas lumine laureas
canemus aut claras Achillis
Busta, super tumulosq luces
Pallas propinquis luminibus novum
Signavit Annum cum sibi vagiens
Clarissimo plectro sacratum
Nomen emit titulosq vates
Non me serenus non nimis dies
Extinget igni. Tu mihi blandius
O Pallas! immeridianis
Mane refers cynosura flammis.
Te Te supremis luminis inclytam
loquar Parentem, cui vigiles sacram
caput coronavêre stellæ
Auropiare boante flamma.

II

En per supremum deciduus polum
Horae reclinem praecipitant diem
Tibiq; Pallas jam se anhelo
Prona dies senio et supinis.
Inclinat astris pande felicius
Tuo beatos pondere cardines
Stellisq; lucidoq; vatem
Imperio redimire velis.
Impelle flammas dum tibi gemmeo
Effusa surgunt cornua lumine
Permitte defessum sereno
Teste polo, accubuisse vatem.

Cantus.

Audite sortes astra Democriti
Audite quantas stringit adoreas
Cano Minervae lumen auget
Pieridum referendo solem.
Quam grato pectori dies hodie novas
Fert animus horas Palladi dum victima
Nascor, cado cado, sed et nascor simul.
Lux nulla lucet, nulla palpebras tegit.
Solem tamen considero, lunas polo
Inesse sat clare video. Quid qui jubar
In mente fixum, non serenat palpebram?
Fateor nec oculis nec suum menti deest
Lumen Minerva quem regit, sat luminis
Fulgor tenet. Phoebus praeest musis, mihi
Apollo vari-provocat solem sono.
Lucina custos et parens olim mea
Lucis recessit, Proles accessit faces.
Mercurius posthac meas rexit manus
Dedere lucem palpebris, suas tamen
Defendendo noctes. Mens tulit caliginem.
Unica (serenis auribus ferens opes)
Pallas dedit quod sum precatus lumina
Menti feram pro victima lumen meum
Orbem licet non lustrat oculus meq; tenet
Quem vidit oculus mens premit versat regit.
Discite serenus est cui jubar caput
Non oculus auget, hic polo clarus manet
Mutata sunt amissa nondum lumina
Quod palpebris deest feret lumen Clio.

Democritus.

Epilogus.

Lumen exclusit Democritus tua illustris Majestate. Auditor Benevolentissime. Non jam caecutientem palpebram, sed nostros suas serenabit fulgor animos. Eam itaq; quam primis concessisti umbris serenitatem ulterior concedes Minervae. Dixi.

1728.
Apud PP. Franciscanos. dicta.

Ardor Scientiarum Seraphicus Doctor Bonaventura.

JJ Zabielski.

Non extra Pyrrhi Sphaeram, in rostris agam. Si in Bonaventura
integrum Musarum Senatum exhibebo. Ab Ab: Possumus Solem
ex radio; Ganimedem ex vultu; si non integram, totam tamen
ex Apellis tabula, Dianae colligere gloriam; eruditam Viri Majestatem
comprehendere non possumus, nisi ex universo Literarum pulvere
unam, ex Archimedis orbe totam, ex Musarum Iliade incircumscri-
ptam. Utiq doctorum Voluminum Columnae, nondum metam gloriae
figunt Divo Herculi. Sexcenti Lycaearum progressus, vestigia sunt,
quae eruditio pinxit Gygantaea. Super Boni. Quot Apollines ex
cessit Bonaventura: dum adiret; Quot praetergressus Musas, dum sequeret.
Sub Alexandro de Ales, Noctuas Palladis praevolavit, et tantum tri-
umphavit, quantum Parmenio sub Macedone. Eminent adhuc
Parisienses Athenae: quas profundissimo ingenio Doctor extulit dum
erudiit. Ad gallica Lilia Literarum pariter ac Virtutum Flos Princeps.
Et vel in ipsa Ingeniorum Florentia, Rex Florum. Omni profundarum
Cogitationum Casu Sublimior, et Doctorum quoddam Idalium Hesperiumq.
Ubi vero in Seraphicum se succendit Sydus. in ortu magnum
meridiem aequavit, ne dicam excessit. Quod infans flamma, sic jam
surgeret ad radios Capitis, ut solent cani Soles. Habuit ni mirum
unde et Scientiis diem adjiceret, et ardori Seraphico flammam excitaret.
In Aurora Religiosae Vitae, sic caluit, ut nulla unda jugularet aestus. Sic flagra-
vit, ut nullam gelidam non adureret. Sic fulsit. ut nullum Meridiem
non aemularet. Et quamvis jam eo defflexisset, ubi nulla pars Mundi;
ubi ultimae terrae describitur periodus, ubi in humanis diviarii Angeli habi-
tant, quietis tamen impatiens, Cleantis Lucernae, Academi exurebat noctes
In Caelo Religioso, astrum pervigil, an eruditionis excubiae. Putasses Pro-
metheum terras animare, aut immisso meridie Phaetontem orbem exurere.
nisi quod erudita incendia vegetarent Musas, et ingenium exloquerent;
Nimirum extra Vatum Fabulas, incalescebant Apolline excorde, et veluti
Memnones excitabantur ad Linguam rostra, amabant flammas Capita;
Ex quibus veluti Phoenices doctis e cineribus evolabant ad animam.
Fidem Superum! quae ista Capitis Palladijs ardoribus flagrantis praesagia?
Et vero neq repetita in Urbis, et orbis interitum Neronis incendia. Neq ar-
matos in Trojae ~~incendium~~ excidium flammarum Exercitus. Neq excitata in fune-
stas Cupressos fulmina, a capite Bonaventurae, credite illuxisse. Eruditorum
hic rogus est, mentes excoquit, eliquat in Gemmas ingenia: quas magna siti
Triumphatores in arena literaria bibant Antonij. Vestalium flammam
arbitramini? Nisi quod erudita Lauru, non commentis alat. Scilicet illu-
strat, non concremat: inflammat, non adurit. Quare Vestrum sit Flam-
mam Seraphicam calente pectore velut aris Vestalibus excipere. Oratio

ris negotium erit erudito mari (Euripum intelligo) Cynosuram, Soli Theologico
diem Bonaventuram concludere. Diem dixeram! quia Scientiarum ardor Seraphicus
Doctor, et tepidiorem succendet Suadam, & erudito incendio Stylum illustrabit.

Tu magne Auditor si Scintillam dictionis in rogum Triumphalem abire adverte-
ris, aestimabis quod ardori Scientiarum assulgeat ad Gloriam. Sicubi autem veluti ful-
men Periclis caderet Oratio! intelliges, prona ejusmodi ruina, cum reverentia a Te aurem
expeti benevolam, quam si negaveris in Capite, concedes in pedibus, & humilem Suadam si non
auribus saltim plantis excipies, & inde sum gloriae habebit.

Jubetis plorantes annos, albamque Bonaventurae aetatem, in Medium efferri; Unum qui cru-
ditas spes, in herba alerct, Bonaventuram caelo accepimus. Caelo dixeram! quod plus Jo-
vis a Vultu ferret, quam hominis suspenderet a Fronte; Plus Angelici Pudoris, a Facie spin-
geret, quam Sanguinis concluderet, intra venas. Illo nimirum enatavit effando quod Summarum
virtutum plane naufragium est, Omni Fortunae insula beatius. Et pulchre vidisse fuerat Doctorem
inter crepundia, veluti Infantem Jovem, inter Corybanthum choreas, Musis collusisse. Extinguen-
dae tunc fuerant Platonis cerae, ne arsissent, nisi has adamantino Lacrymarum imbre non-
nunquam perpluerct, ut ostenderet quantum eruditis fluminibus abundaret. Quanquam Vagi-
re illi etiam, nisi in Regina Sapientiae Purpuris, concessum est. Quodjam amarent vocem
Doctorum Togae, breis per Apollinum tripodes, Per Eruditionem Exedras, cum oraculis
fundendam. Nec aurorae lacrymas stillantem Pupillam, nisi ostro bibere licuit quod luctus
color fuerit & quaedam eruditi muricis tinctura. Et jam eo se culminis promovit Infans
Bonaventura cum jaceret, ut Doctor pro rostris steterit, antequam stare potuisset, Et erudite dis-
sereret, antequam loqueretur. Virum scilicet supplebat infantia, et silentes Lacrymae Magistrum
Orbi divulgabant. Ganimedem renatum crederes, quod se ad frontem Superum pinxisset.
Hoc uno Jove minor, ne ut Semideus nasceretur, more hominum e sinu Lucinae prodire voluit.
Proinde nascebatur ut Tonans, plorabat ut Infans, nequid in eo esset quod non vocale audiretur.
Gemmarum imitatus Cunabula, quae ut cum aurora defluunt, ad Caeli classica divulgantur, ut
Orbi aureo innotescabit. Faventes Caeli! quae illi tandem Virtutum Majestas inter Crepun-
dia! Nimirum quasi Pietatem pro Anima induerit, primo succrescentis aetatis vere floruit in
rosas suo Sanguini concolores. Jam Virtutum Dominus, antequam Puer, Maturissimae Virtutis
Vir, antequam Infans, Eorum adhuc lacertos non induerit, Superos captabat. Cum caput non attolleret,
Cogitationibus divis inhaerebat. Tantum scit, crevit Divinus aestus in Scintilla! Conjicite:
quantum crescet, ubi venerit ad Incendia!

Sed o iniqua Sanitati funera! prima fronte Semideum putaviriuns, nisi Integerrimum homi-
nem Orator morbus loqueretur. Fidem dabitis, Vorrago vitae dolor, quaqua se succenderat
bruma vultus adussit rosas, infecit Lilia, venas permiscuit, & qua se parte pectori non intrusit,
jam exantlato imposuit Lacerto, ad diem ultimum homini ferendum. Quid tunc ageret
Sanctitas Lachesi onerata! Inopinato monstro territa. Vix longius sese non abduxerat A-
nima. Stabant Consanguinitatis arbores verticibus nutantes, quasi aut fato annuerent
aut in causa novitate, acerbius stuperent. Malo funeris Cruentatae vix non dixerant.
Portate ad urnam funus funera, et pro Virtutis maturissimae dignitate, beata Lipsana
in Exuviis pro Apotheosi adoranda, loco tumuli, altaribus inferte. Jamque non deani-
ma pectori sauciato intrudenda, sed de urna consultatum est: qua gravis morbo infir-
mitas quiesceret. Sed fuit in Fatis ingenium, ut hominem quem grandi casu vis
non ad extremas noctes projecissent, collegissent ad diem, et ipsa mors stetisset Virum

si oculis non caruisset. Ac ne sacrilega videret, illud juventutis clenodium, illis ædibus commendasset, quibus, aut Angeli cubant, aut Semidei quiescunt. Proinde ne extingueret Bonaventura, ignibus Seraphicis incaluesit, ut surgeret à morbo pro anathemate funera ad aras Mariæ cecidere.

Ope Ssmæ convalescit.

O Parcas liberales! o casum sese tollentem ad animam! O pium funerum crimen! jam mihi nihil ad ruinam est si lapsus quoque erigunt et lacrymæ jocant. Illos enim Gygantes morbi ausus, nullus Egidebibisset Perseus, ubi non Gorgonis vertice confligendum fuerat, sed armatis precum globis, non venenato ingenio, sed voto, non armis, sed aris. Sane diceres, Diviniorem Argo, tempestate funerum in spem erigi sanctiorem, castiorem undam, inter scopulos exsibilare pericula, adamantem inter malleum et incudem polliri ad gloriam non atteri; At ipse tantum igne modesta facie tolerato, finita incendia? Commodatus tantum vitæ Bonaventura, non donatus. Veluti Auroræ Filius qui ubi emerserit ad ortum, naucleros radio defluxit ad occasum. Nimirum postquam a funestis noctibus, diei redderet, decretum est, ut animam Seraphico spiritu animatam, religioso interret cœlo, et veluti fixum sydus professionis stringeret vinculo. Factum. Et non è vivis abiit

Ingreditur Religionem.

Angelus Seraphici Francisci, sed è terris. Ex more magni sideris non extinctus est sed occidit. Quanquam ipsa Francisci nox Bonaventuræ affulsit ad gloriam, et multum virtutis maturissimæ in Tyrone Seraphico, sic multum lucis, in nocte fuerat. Quæ se Doctori Divinissimo in radios succenderet Beatorum. Amabat quippe Tyro Seraphicus Francisci vulnera, amabat! Etiam cum dolent, quod nunquam nisi ad integritatem venerint et solatia. Unde tam sanctis arridebat doloribus tantum solatij percepturus, quantum ad vulnus admitti licuerit. Sed ut singula prætercam! (quis enim illustres solis ortus ad situs declamat? Unum est, quod ipsa loquuntur silentia, quod oratio dicendum proposuit, quod mirantur singuli, colunt universi. Rarum hoc Auditores et nisi minio Hyperij notandum, in stella solem, in imo flore Doctorem laureatum, in discipulo Sententiarum Magistrum, unus est, ingens est.

Magister Sententiarum fit cum adhuc Discipulus esset

Minorita nomine, par summis ingenio, major maximis. Tantum nimirum inter umbras Francisci, erudito arserat incendio, ut cœlum Theologicum, a se, velut à Phœbo, ingenij æstus derivaret, et stellas, idest linguas, laxaret ad oracula, et quidquid scientiarum est, erudito Bonaventuræ, biberet cum radio. In focos sic diffluebant rigentes animæ. Toto Vulcano Periclis se se fundebant fulgura. Liquabant Hyblæa Platonis mella., Induebant divinis ardoribus exusti, eruditos Memnones vultus, dum Doctor scientijs incalesceret. Æthnam quandam, aut Vesuvium credite, quod ab æstu eruditi capitis etiam gelidissimæ mentes, in Euripum, diffluerent, aut fontes eruditos. Degenerabant, sub Doctore Seraphico, avitæ Palladis noctuæ, in aquilas, ad solem Theologicum probatas. nec vixerunt, nisi vel diem solis idest ad meridiem mentis illustrissimæ, vel diem Mercurij ad volucre ingenium. Ita sic stupendo prodigio tepentibus ingenijs eruditam flammam

commiscuit ut Asbesti indolem diceris capita induisse, quæ ~~inter~~ inter Athenæos Scientiarum ardores, incalescerent, non cremarentur. Commenta sunt, quæ Vatum fabulis accepimus. Phœbi radium, Memnoni in Animam cecidisse, incutisse Marmor, formasse ad ora, fudisse ad linguam. Ultra fabulas Bonaventuram Seraphici Cœli Solem, an Scientiarum ardorem, cujus Sereno Capitis in Joves inflammabantur esedræ, in Apollines succendebantur sicula, et illustrius loquebantur rostra, quam si cum Rhodio bibissent radium. Tantum sat e Bonaventuræ ardoribus profusus ignis, pectora penetrabat, ut verticem oberraret, præceps flamma; Tantum invadebat Caput ut mentes illustraret; Tantum ora in sui elogia inflamma~~bat~~bat ut Scientiarum ardor diceretur.

Ast non istud tantum Doctori divinissimo, suscitamus in pyras, in rogos accendimus, triumphales erigimus in obeliscos, Tutius Seraphicum est, ibi cum Sole ordiri incendia, ubi Phaeton satisfecit. Placet sat ad Ingenij Scintillas acutiori Palpebra, scrutari volumina, quibus Solem Publicum, accendit Bonaventura. Librum Sententiarum, Musarum bibliothecam credite Omnem Cœli Amplexa est Scientiam Habent unde discant, etiam qui docent. Nec sere folium Quotquot enim ponderosæ sunt Virtutes, uno se scripserunt Volumine. Et Sectio quælibet, integritas probitatis. Quidquid ab illa legitur, et rosa est, et acumen eruditum, Quælibet chartæ facies, oracula divulgat, Caput quodlibet Donum mentem explicat, et margo librarius exundat ad gratias, In uno omnes Musas Pallas habuit. Et illustriorem quam a Xerxis Platano academus umbram, Sed o Ingenium Titulorum! O invidam Scientiis Fortunam! Dum illud Regnorum Flumen, eruditæ tendem animæ, illectum gazis, sub clavis Petri rapuit, quod gemmas excesserit, quas divite fluctu prolatio nutrivit Tyberis. Librum Sententiarum edit

Dextram Capitis
idest Ecclesiæ.
Bonaventuram credite In Cardinalem eligitur
En se ad annulum porrigit Piscatoris.
En Cardinalis galerus plantis advolvitur
quasi
Aut veniam petiturus quod imparem sibi offerat eminentiam
Aut Soli expositurus gradum quemlibet per sublimia virtutum ferri
et quamvis demissionem eminentissimam
Aut quod multum de Capite habeat etiam planta Doctoris.
Rejecit ad pedes Galerus.
Ut incrementum deriv̄aret ab humili Seraphico
En cingit Caput
quasi
Aut ardores galerus temperet
quod in Meridie titulorum Doctor steterit
Aut palam faciat,
in Cardinalitia vota
Bonaventuram Fortunam Ecclesiæ
Et Nomini Consanguineam Purpuratam Eminentiam.

Quid adhuc ~~trabeat~~, in Cardinalium rota tecte et etecte! Credite Alli: Bajulus Ecclesiæ Athlas ut incubantem sibi sensit honorum molem, sic enbuit in ostro, quod scilicet mereri alta noluerit, quamvis ad summa, ivisset per merita. Vix non dixerat, Meane modestia succepstus honor ad Regnorum soles diem, ad Cardinalium rotam, mihine liberum dicit, et per Curias Latij an deme Conquesta dignitas ultionemq inclamârunt. Spreti tituli, et Indole Ulyssis jurarunt Purpuræ, ut meum sanguinem mererentur, Et pretioso honorum nodo Captivum sibi obligarent. Justitiam! Justitiam! Fidem dabitis ut ad Vaticanum tribunal ventum, tanti rea honoris trabea in spheram ab humeris Bonaventuræ dependerunt ut eo ipso summum facerent quod major esse noluerit. O Infelicitatem fortunatam! O castam trabeatam verecundiam. Sed tantumne in honoris cœlo fulgebit ad gloriam sydus Seraphicum, ut non etiam à sydenbus eruditis flammam excitet! Porro nihil de Bonaventura in Bonaventura amiserunt scientiæ. Scilicet ut totus Cardinalis eminentissimus titulis affulsit illustrissimis sic integer illuxit scientiis. Ut faciunt magni soles qui si et honorum cœlo communicant et terris idest arena literariæ non auferunt. Ut Jovis satellites aquilæ quæ eadem oculorum acie et solem excipiunt, et fulmina Periclis sapientiæ subministrant. Quamvis galero caput porrigeret ardores tamen eruditos non temperavit, quamvis manum auro accenderet, ardentem tamen musis à Pirrhi orbitâ gemmam non extinxit. Nimirum æstuabat in auro, fulgebat in Purpuris scintillabat in toto honorum cœlo, ardebat, etiam in cinere sepulchrali scientiarum ardor Bonaventura. Utiq si ad tumulum admittitis visendum hac urna numina conderentur si mori possent. Et dubium est utrum non hoc sarcophago Joves cecidenint quo doctor jacuit Cardinalis quod omnem ursam nisi sanctitas occupasset. Illo nimirum miraculo Doctor in urna procubuit, quod patraret sapientia sepulta. Ad doctiorem scilicet animam inflammabat stoas dum centum sexaginta annis incorruptum verticem conservabat. Scilicet integerrimæ in capite eruditionis etiam post funera documentum. Et vel Cherubim aut cælestem intelligentiam credite quod corruptibile non admiserit. Aut Angelum pacis quod etiam funera non in caput hostes habuerit. Et quid enim in illam profundarum cogitationum palæstram (frontem intelligo) sua Lacheses armarent fulmina quæ integra ut laureata fuerat, sic nullo fatorum tonitru vitianda. Arsit nimirum etiam post funera flamma capitis in cinere sepulchrali ut emortuos eruditionis pulveres suscitaret ad animam. Palladium putassetis nisi Annibalem calor mentis cultissime supplevisset et incendia: Ingenii scintillæ pulveri funereo insepultæ plenitudinem scientiæ aut Angelum lucis crederem: Nisi etiam inter cineres sepulchrales scientiarum ardorem esse liqueat. Etiam veluti ad Panchæum rogum v Sabæo Arabem flammam, sic in meta est oratio. Necdum tamen de se extinguit stylus, quin ad vos etiam prima Seraphici cœli luminaria, et veluti Ima scientiarum sidera, in terminoritico nunc Gygantes animi, prona suo ambitu devolvitur oratio. Videmus utiq quam se majus astrum in vestram frontem veluti Homeri nucleum collegerit: Nihilq a supremo Doctorum cœlo defluit quod in vestrum meridiem non abeat. Omnem Eruditionis marginem profuso imbribus incendio occupatis

Omne Ictus
intercipitis ignibus pluvijs
Latet sub cinereo vestro habitu
Scientiæ ardor Bonaventura
Veluti sub Crystallo solis radijs,
vel Jovis Toga
Collectis ex Dijs color
Cœlum estis
Eruditorum Patrum sidera vultum circumferens.

Et virtutum Pantheon
tot erudita complectens Numina
quot Nomina.
Inter umbras Religiosas
ad radios vivitis Beatorum,
Eximius Solem aspicitis
Quam auroram,
Prius meridiem
Quam ortum.
Nomen ergo
Minoritae Summi
In Pigmaeo Maximi!
Et Ignatij Flammam possidete
Qui ardores estis Scientiarum.
Jam Lojolanae Stellae
Idest Linguae oratori
ad vestrum meridiem extingui
et Honor est
et tempus est. Dixi

exhibitio 4.

seu Declamatio Major.

CERTAMEN

Apollinis cum Baccho

Pro

Parnasso

intra Bacchi ferias

A

Perillustri et Nobilissima scholae Poëseos juventute Collegii Calissiensis Soc: JESU

in Scenam

DATUM.

Anno Domini 1726 Die 27. Februarii.

M. Michaëlis Dobek

Antiprologus.

Luxus solium occupat, corda hominum ad se trahens, sed à pietate expellitur.

PROLOGUS.

Inductio 1ma

Victimæ in Parnasso Baccho immolantur

Inductio 2da

Apollo certat cum Baccho de Parnasso.

Inductio 3tia

Poëtæ in suppetias adveniunt suo Apollini, illumque hastis ~~cu~~ saltu ad ulterius animant certamen.

Inductio 4ta

Accurrunt Poëtæ Baccho famulantes concertatur ab utrisq; senes suum Bacchum saltu exhilarant, quos a Baccho Chorus retrahit.

Inductio 5ta.

Apollo retrahens a Baccho Poëtas ostendit eventus infelices illi adhærentium, sed ab illis expellitur.

Inductio 6ta.

Consuluntur Rhetores cui potiori jure cedere debeat Parnassus Bacchone an Apollini! Rhetores Apollini adjudicant Parnassum.

Inductio 7ma.

Bacchus cursu vincitur ab Apolline. victæ namq dantur Apollini a Poetis transfugis.

Epilogus.

Ad M. D. G. B. M. V. Honorem

#

Prologus.

Tempori par quoq; scribere scenas Aud: Sap: Bacchum inter Bachanalia prologuemur, an tam de illo facundia nostra veteres probent, qui ebrio huic Numini Parnassum consecrâvere. Nos ipsum illic regnare cupimus Apollinem, pro Apolline strenuè decertabimus, certi ante victoriam laureatum quia pro Numine laureato proeliabimur, modò Aud: Sap: faveas certaturis. Dixi.

Inductio 1ma

Cantus.

Bacche subjectis tibi culte Thetis
Bacche Parnassi moderator Antri
Bacche cui orbis sua colla prono
Poplite flectit.

Vota quæ proni tibi dedicamus
Quodq; deprompsit sacro mens honori
Munus oblatum facie serena
Accipe Numen.

Inductio 2da.

Apollo.

Quid tibi Castalijs cum fontibus ebrie liber
Ebria mens docto non bibit illa vado
Implicitas hederis lauros non posuit Apollo
Anguis in hac herba sæpe latere solet.

Bacchus.

Desine certamen, mons hic seu carmine fertur
Est Phœbo Bromioq; sacer divusq; bivertex
Inque diviso stet, Cynthie Numine Bacchus.
Cur non Pieriis plectris sit Numen amicum.

Apollo

Regnis cede meis. hic regnet Cynthius ipse
Possideat Cyrrhæ solus Apollo jugum!
Perge vel extremos de culmine montis ad Indos
Robore quos fereris perdomuisse tuo.

Bacchus.

Imperiis subjecta meis est India Thetis
Sunt aræ Bacchi, colit et Cycladas ille
Nec sibi sacratum vult Cyrrhæ linquere collem
Non Helicon solus Phœbo colit, ille tot orbe
Possidet montes et cinctas fluctibus urbes
Te Cynthus Delosq; sacro reverentur honore.

Te Delphi Tenedusq colunt Rhodiq colossum
Acclinant et Sylva Tibi Grynea viresit
Caetera quid memorem numeremq tot illius urbes?
Nec tamen Aonio vellet decedere Claro.

Apollo. Hic mihi jus primum mentis usurpo querelis
Teq Sacro cupio pellere Bacche jugo.
Cum Deus exitio grandi sis vatibus atq
Despicit e Bacchi fonte, Poeta bibens.

Bacchus Carmina proveniunt Animo deducta sereno
Hic Tibi subrident degere Bacchus amat
Et vicina gerit libro cognomina liber
Cur mihi Parnassi libera Regna negas.

Apollo Cede vel invitus trudam te e vertice Cyrrhae.

Bacchus Par referat tantas in me qui fulminat iras

Apollo Ebria mens animusq Tibi me pellere tentas
Paret Pierii cui sacra turba chori.

Bacchus. Pierii Tibi turba Chori, mihi paret at orbis
Integer! et sacri deposuit coruba Bacchi
Hic regnem Solus cui Regna contulit aetas
Omnis et imperiis Bacchi servire coegit.

Inductio Ita

Unus Poeta. Quis nunc excitae sunt inter Numina lites?
Siccine sunt etiam jurgia saeva Diis.
Saepius esse solet rixarum Bacchus origo
Dispellat satius turbida dicta Sapor.

Bacchus. Cedere Parnassi Phoebus me vertice jussit
Non ergo somno credere membra licet.
Et quando Jovis venit me Numen habere
Linquere Pieridum jubet Antra sacer
Bella movebo Deo! cupidus me pellere, pellam,
Scilicet et Bacchus non leve pondus habet.

Poeta Duo — — Vix nosti stabilire gradus et bella movebis
Phoebo cui dextram fortia tela gravant.
Non tuus iste gradus Parnasso serviet! illo
Culmina nequaquam mentis adire potest.
Siquid pro nostro nos Numine ferre valemus!
Venimus Auxilio Cynthie Magne Tuo
Nosse capis nostras artes, si robora Phoebe!
En vires nostri cordis Apollo proba.
Atq quos videat miser est in ejsare Bacchus

Saltus cum hastis. Ante animus mortem vulnera saeva ferat.

429

Hoc contra Numen forte certate Poëtæ
Nominis et vestri pellite mente probrum. — Apollo

Et mihi jam vatum quid jam militat ergo
Accurrant, Phoebus dum mihi bella movet. — Bacchus.

Inductio 4ta

Ingredimur prompti pro Baccho fundere vitam
Bacchus Parnassi vertice Phoebus erit. — Poëta 1mq Bacchi.

Impia gens vatum sacro nec Nomine digna
Viribus jam vestrum pectora Bacchus habet.
Abitis e vatum numero in Numine tanto
Hic vino mersum non licet esse Deum.
Cyrrha nec abreptos studio curaq bibendi
Sufferet, Aonis turba recede choris — Poëta 1tiq Apollinis

Insimul ad dulcem latices properate Lyaeum
Ut regat hic Cyrrham cedat Apollo jugo. — Poëta 2dq Bacchi.

Curas merge scypho Bacchi ne mearea teneare,
Dulcior effuso Castalis unda mero. — Poëta 3tiq Bacchi.

Ad Bacchum migrare, precor quid causa coegit
Dicite quid Bacchi praecipit arma sequi?
Numen erat vatum pridem si Cynthius illum
Linquere nunc nulla de ratione licet. — Poëta 4tus Apollinis

Nos melius tractat Bacchi clementia, Phoebus
Castalio venam quaerere fonte jubet. — Poëta 4tus Bacchi.

Bacche Pater viridi frontem redimite racemo
Campano vati da fluitare mero.
Da latices hausisse tuos potioreq vena
Incaleant dulci pectora plena Dei.
Praestanti calamum permitte natare falerno,
Fundat metra tuo naufraga penna vado. — Poëta 5tus Bacchi.
Et mihi displicuit Phoebus, qui flumine tractat
Promptius e Bacchi nam metra vite fluunt.

Quamvis Castalio Phoebus de fonte propinet
Fons tamen est omni dulcior iste mero. — Poëta 5tq Apollinis.

ff

Pöeta 1tus Apollinis.

Egregii mens plena D.E.I. metra dissona promit
Pulchrius hic longè sobria musa canit.

Bacchi Pöeta 1tus.

Dulcius est lymphis vinum, Phoeboq Lyaeus
Praestat ad hunc animo non pigriore feror.

Quantumvis sapiat melius de vite Lyaeus
Ast bestrum sapiat qui bene nullus erit.

Pöeta 2ng Apollinis.

Et Crates quandoq bibit de vite suisq
Hinc argumentis non leve robur erat.
Pegasusq elicuit Cyrrhae de rupibus undas,
Hos ergo latices Pegasus ipse bibat
Pro Phoebo Bacchus nobis sit numen amicum
Pro puro Phoebi flumine vina fluant.
Nobilior sic vena fluet diluta falerno
Frigida nec quisquam metra Poeta dabit.
Suppeditant sibi vina novos ad metra calores
Venaq condendis vino agitante calet.
Accipiat lauros Phoebus, nos vite coronet
Liber, et egregius fronte racemus eat.

Pöeta 3tius Apollinis.

Si Phoebus lauros repetet, sub fronde Lyaei
Quid nisi sylvescet frons animusq tibi.

Pöeta 2ug Bacchi.

1 Antiqui coluerunt vates qudis Bacchus amicum
3 Primus et à vobis exposuit Horatius aurem
2 Numen erat nobis hos licet ergo sequi
4 Fortia pro Baccho carmine bella movens.
Nulla placere diu nec vivere carmina possunt,
Quae scribunt aquae potoribus ergo falerno
Versibus affundi vital vatis vigorem.

Pöeta 3mus Apollinis.

Nec veterum quisquam vatum meruisset honores
Transfuga Castalijs si foret ille jugis.

Pöeta Bacchi 3mus.

Narratur et prisci Catonis saepe merô caluisse virtus. Horat.

Pöeta Apollinis 4tus

Debuit impietas dici nec nomine digna
Virtutis, virtus solo animata mero.

Bacchi Dux militum
Certamen.

Arma probent pyvikosq pereant nam bella movebo.
Phoebo zwycięstwo Petra konewka dabit.

Pöeta Bacchi 4tus.

Et senibus vires auget dat lumina caecis
Bacchus dat claudis restituitq pedes.

Bacchus

Turba mihi dilecta senum, fer gaudia Baccho
Decrepitis Phoebus robur adesse sciat.

Pauca quidem pedibus sed Bacchis multa vatemq
Quod nequeunt stepie guttura nostra vident.
Jussa iti faciǫq vos pygravare velitis.

Senex

Meum Bacche veni nos velox turba sequat.

Saltus Senum

Quam bene certatis Bromio pro Numine vates
Hausistis cyathô dum bona vina meo.
Sed quia somnq inest oculis discedo perrumper
Vos tamen haud quidquid cedite colle sacro.

Bacchus.

Quem vatum coluêre Patres sub antra bicollis
Hunc quoq plena sacri nominis antra colent.

Bacchi Poëta itemq

Chorus.

Dokąd się kwapisz niecnoto na zgubę,
Darmo przy kuflu starasz się ochłubę,
Berka ci rozum, y pamięć zaleje
Cnota zemdleje.

Żada wiatr ruszа trunkę opoioną,
Każdemu ta iest osoba wzgardzoną,
Co zawsze mocy swe fortuny w ~~kuf~~ trunku,
Jest w szpaṡunku.

Nasmiech pijaństwo podało którego
Synowi trudku straszy strasnego
Rzymowi niegdys Annibala: w winie
Kordy zwał zginie.

Naposmiech dały y Holofernesa,
Kuffle zgubiły onego Herkulesa
Pysarze w bito gdzie pijaństwo w głowie,
Odięło mowy.

Pasi się Bachusa, nie day się y dary
Jego przekupie pijane ofiary
Mijay, będzie ci godzina szczęśliwa,
Choćiaż bez piwa.

Inductio 5ta.

Apollo retrahens a Baccho Poetas ostendit eventus infelices illi adhaerentium.

Apollo. Ergo jam Baccho tota regnare dicolli.
Gaudetis? partum jo fra fata manent
Luxg Castalias jussit contemnere lymphas
Luxg et antiquum pellere monte Deum.
Tanta jo audentes in quae discrimina liber
Adduxit tratura volutaque jo grav.
Conscia multorum mens ebria namg malorum
Maroris cumulo pectoris ima premit.
Insequitur luxum luctus qui gaudia finit
Quanta parit nobis damna voluptas fugax.
Et cum cordis amor luxg possedit ima
Major in exitium crescere saepe solet.
Quo plg ille refert plg postulat expetit urget
Qui magis hunc sitias hoc magis ille sitit.
Tantalus e lympham medeis qui quaerit in undis
Poma nec inveniens quae propiora videt.

Tantalus. Unde nec fors! inopem nimium ne copia fecit
In medio cogor fonte sitire Thetyn.
Ipideo lymphis sitienti defuit unda
Quis vidit fato deteriora meo
Vix os admovi fugitiva lympha recessit
Mox vaslit miseri ludere ipsa sitim
Poma s Alcinoi pomis potiora videbam
Poma o extensa non mihi capta manu.

Apollo. Enarrare placet graviora pericula luxus
Ut sapiat vatis mens male sana mei
Naufragium virtuti amas laetissima turba
Multorum in cyathis naufraga vita perit

Mars inter pocula. Hic atrox Lachesis mensis alimenta ministrat
Admiscet plenis toxica saeva scyphis,
et bibit e cyathis permistum morte Phalernum
Fusg sit inter pocula dulce tibi.

A 2mas Bacchi Poeta. Maeste Deus nobis quid tantum tristia fatis!
Exitijs mihi solve Tuis et nobia tecum

Apollo. Tristis erat ~~tamen~~ lumen Baccho regnante perennum
Molesta quidem sed vera loquor quod saede cruenta
Funestas mensas nec non convivia dicam
Sobria mens natas novit dispellere rixas
Ebrius et ferro fervet discindere litem.

Kiemy się od złota na komeraus porywaią.
Nec solus cyathis Cleopatrae regna bibisti
Antoni! exhausit luxg tot regna falerno.

ex divite pauper Irus abit subito longi quem pocula vini
Pauperie jussae pati, pretiosa metalla
Intrant in cyathos dum non superabile fundum.

Irus. Eheu! profusg miserum quo luxg adegit.
Irus eo pauper qui modo vesg eram.
Multa tenebat heri prodivite mensa falerno
Ast hodie misero sublevat unda sitim.

Poeta Bacchi A3tius Evatum deiedi choro, commenta relinque
Horing ingenio fingere multa potes.

Incisum lingvo gentem, cirramque bicollem. Apollo.

Sed quia nil possunt eunicte carmina vatum
In sermone potens hic quoque Rhetor eat,
Ille potest dictis duros mollire Poetas
Quos induravit mollior iste Deus.

Poeta Apolli: Attamen

Inductio 6ta.

Consuluntur Rhetores cui potiore jure cedere
debeat Parnassus Bacchone an Apollini. Rhetores Parnassum adjudicant Apollini.

Poeta Apollinis 12mus.

Suppetias petimus vicino, a Rhetore, Phoebo
Perhibet ille Jacrum Bromio Phoeboque bicolle
Hinc quoque divisum per duo regna volet.

Orator 1mus.

Cuius negotii solvendum venit argumentum ad Ora-
tori dedistis, et tanto solidiore fundamento procedit, quanto
magis illud infirmum eque capite ac ebrio gradu nititur.
Jacer libero Parnassus prohibetur sed ab illis duntaxat conserva-
tus quos impia et libertina vitae licentia damnavit infra Stygem illi
subvexerunt in Parnassum, illi Deum bicollis dici, qui flagitio reunde-
mersi ebrio homines vix esse digni merebantur. Illi denique decantant
de ebrio isto numine, quibus eque expeditum ingenium ac corpus tardum
et quibus pugnare ad scyphos consuetum Parnassum adjudicarent, sed quibus
in cerebro plus vini, quam desiccati judicii.

Orator 2dus.

Triumphare Apollinis caussam vel a lauris quas ad honorem sui capitis
quas ad praemium doctorum mentium semper posuit. Quam enim authoritate
vatum fecundiore glebam frondis lauris accepimus. Illius nutriendis Castaliis
fontes, illis fovendis Heliconis colles nati sunt. Auchinant se lauri pondesiunt
gineis manibus nectendae in laureas. Demittit se ramis arboris sub Da-
phnid ad complectendum colle illum quod prius in umbra Parnassi Apolline
fugiens declinabat.

Orator 3tius

Non frigidum quantum vis a fontibus desumo argumentum. Mons ille Par-
nassus loquor celebris est a Castaliis fontibus quibus Poetarum spiritus animati
incalescit animus non a frigida. Vis famulari Tibi Bacche Parnassi latices. Ser-
vient illi sed ad exitium. Certum hinc emerget naufragium Tibi abyssis aquis
fauce suffocando.

Orator 4tus.

Accepimus quosdam ut coronarent capita pedibus cum Atalanta pro corona
certasse. Sed hic judicium esto meum. Illius numinis imperio sese subji-
net Parnassus, illi se in corona quodammodo flectat qui prior velocitate
pedum fastigia montis tenuerit.

Poeta Apolli: Consilium prudens. cum Rhetore pronas adoro.

Hic Bacchus cursu certat.
cum Apolline.

Inductio 7ma.

Dantur victae manus Apollini a Poetis transfugis.

Ergo bicolli culmine Cynthius
Regnet, et reductum numen exultet
Bacchus revulsa vite frontem
laurigeris redimite festis.

Poeta 13tius Apollinis

Nec ille vatis nomine dignus est
Cui vena vino quaeritur exeat,
Cyrrhae bibuli nec Poetis
Castalii sapiunt fontes,
Non novit olim flumina Massici
Parnassus illo Castalius latex
Doctum reducebat fluentum
Metra sacer bibit unda vates.
Nunc plena Bacchus pocula cumbo
Offert sed illo nectare tristius
Latet venenum quod Poetam suave necat
suave necat penitusque mentem

Poeta Apol: 14.
Ergo Parnassi citior procedat ab antris
Solus in eorumque regnet Apollo jugis
Promptius hic potent fastigia scandere montis
utpote tam multos qui gerit ille pedes.

Poetae accedentes ad Apollinem. Seq.
Pro Phoebo nostri bacchi dum militat ardor
Par illi fuerit reddere regna jugi
Mite spatium subdant fastigia Cyrrhae
Primus in obsequium vertice collis eat.

Idem.
Numinis offensi meritas quis sopiet iras?

Antiquus Apollinis Poeta. Reinduit Apollo
Errori veniam Cynthius ipse dabit
Stringit Antiquum se Phoebeos ut Cynthie colle
Deludens Animos culmine Bacchus eat.
Parcite pugnantes veteris pro numine vates
Improbat tenero depulsus Cynthius ausu.

Antiquus Poeta Apollinis.
Parcite et Phoebus veniam conferre paratus,
Iras intentat nullas offensus Apollo.
Stabitque hic Cyrrha, semperque regnet Apollo

Antiquus Bacchi Poeta.
Accipe Bacche tuas hederas et pocula lethi,
Phoebe tuas lauros nostrae superimpone fronti.

Epilogus.
Id nostri Apollinis cum Baccho certamen exitus non sine victoria terminavit A. R. S. Nec tamen numen nostrum sic ea felicitate quod sapientissimi auditoris triumphat gratia quam sui fausse novit proelijs. Ergo etiam victor arenae Phoebus hic victus vobis in me succumbat. Dixi.

Exhibitio 57a.

De Invento Christo Crucifixo in Corde Verna.

Prologus.

Arcanum Cordis quod olim Tyranno patuit tuis oculis subjicimus A. R. S. Numinis affixum Cruci arcanu loco: quod jam praefata adamavit addita ut nonnisi violento fatali Scrutinio illa relinquere cogeretur. Ita illi adhaesit cordi ut jure dubites magisne sua Cruci affixus fuerit Deus. Ita tamen sic cordi exoticum e numen ut a servili in cor Dnastis transmigraverit. Abjecti recessus illi augustissimo commutati putari, tuis oculis A. R. S. nostrae illabentur dictioni. Dixi.

Inductio 1ma.

Rex.

Regalis retinet proh! quanta silentia sedes
Insolita hac nostro solio Regno ve procellae
Praesagit grandem pax, nec nimia ista quiete
Tot terribiles orbi revocentur ad iras
Infaustae fortuna parens e sortis in ictum
Fatales elata manus, jubet ora tenere
Indicit nimium praelonga silentia nostri
Quae nobis post haec praegrandia fata loquatur.

Senator 1mus

Quam Rex imperium meruit Te principe, pace
Aula tenet vestri vultu reverentur honore
atque tacent.

Senator 2dus.

Quatiunt ignavi corda timores
Perfrictae frontis non fausta silentia mente
Formident. O nulla tuas injuria vincet

Senator 3tius

Fatorum mentes Princeps Te fata verentur.
Et mundi terror, pura Tibi ista norma quietae
Regnandi nobis Princeps est portenti ista
Nostra nihil sperare nihilque timere sinistri
Mens, poterit dies laetique Principis adsunt.

Senator 4tus

Incassum funesta suspiria pectus
Torquent Rex si fata silet quod vita periclum
Ingens discrimen vel quod Tua regna silebunt.

Senator 5tus

Non audita augustae movet fortuna stupore
Vestra subesse vix credibilis clementia mundo
Admiranda diis et per sapientia ferme
Et silet in proprio versat nec pectore tanto

Senator 6tus.

Quas condat laudes vel quae praeconia Regi.
Rex invicta feros tua dextera vicerat hostes
Finibus Imperii peut aut ipsa coegit
Crimina non pallor in ~~nauclta~~ inulta his jura timore
Illis victrices dextrae incussere nec audent
Faustae sanxerunt vindictam incipere usque
Asciere nec ultio audet nec transcendere metam
Hostis, Rex pacem nobis soliumque dedisti

Rex.

Vestra placent in nos studia et praesagia rerum
Fataque si vestro voto stent nos beatos
Voluitur imperiis sunt ista silentia voces
Tyrannum tenduntque ~~voces~~ aures ut lumina claudant
Aeternum. Vereor nequid fatale loquantur
Cetiumque ferant mihi fata, silentia post haec
Imperiumque ducibus deserto nemus arma parata
Sint urbes tutas reddant confinia fulmen
Unius caput in nostrum jacit quod vulcania cudit
Ictus armatus malo expectare, feriri
Una non prius gladio quis gutture nostro
Reddere auxit aerem impressa ad vulnera dextra
Obtundet, quisque sicet nunquam arma nocebunt.

Senator 1mus.

Incolumem superi Te longe numina servant
Imperio Patriaeque Patrem Tibi vota salutem
Dant nostrum, vitam nostratia corda tuentur.

Senator 2dus. Tot senior Regni numeravit numina Reges
Tot strenuos bong es Rex augustissime Regum
Hostes inierunt ast intra viscera regni
Hostis clade stetit pro[pri] victoria Regni
Instura mavis hostes in limine Princeps
Expectare tuos proprio qua pine vocari
Ego Te nobis superum clementia servet

Nuncius. Rex auguste legas laurus cpsosq triumphos
Quos fortuna dedit felices vicimus hostem
Qui se sperabat nobis mandata daturum
Ipse tulit caedes et vulnera sustulit hostis.

Inductio 2da. Dux. Impensis Bellona favet fortis gradivus
Vestra qua numero, qua vi devicimus armis
limina transgressos fortes oppressimus hostes
Evati castris alij terrore fugamq
Effugio vitam pirierunt undique ferro
Regis mandatum victos ja[m] cepimus hostes
Hanc fortuna dedit sed non industria cladem
Consilia petara numeras en nomina predam

Rex. Caedidit plantis victore prorq ad ora.
Solliates nostro laude de regno laude labores
En vobis praeda mihi cos concedite nomen

Senator. victoris. Miseros vernas addico catastis

Rex. Unum junge tuo lateri fortissime Princeps.
Mancipium verne quoties ex hoste triumphas
vota placent regale latq tu conjeto velox

verna 1mus Ast carcer reliquos aeterna catasta recondat
Seu infelices aleas regalia vici
Promina, nunc soly miserum gero verna triumph
vincla gravent dextras et dico reste ligantq
Infausta traqant gressus data vincula plantae.

Rex. Adveniat velox nostra responsa datura
frontis conspiciat vultu et verna jocosa.

verna 2dus. Hoste devici nup post mites in armis
Nunc victy dicor Martis nunc arma secutus
Sum nec vir cupiendum retinendum linquere Martem.

verna 3tius. Bellorum grandis nobis stipendia carcer.
Illa dies, o infelix qua prodidit orbi
ne prob fatalis qua me addixit ve gradivo

Miles. Quid frustra quaereris citius vice de catast
Augustus ille Tuis aptus mihi crede querelis.

Servus 1mus. Concedas Animum nobis, et patria verna.
Indulge genio mitem moestos ac exue frontes

Servus 2dus. Et princeps et nos colunq te cernere laeti
Quid regis quaere prostratia corda moramq
Indirectis animos hilari depellito visu.
Augit quid matrem mulier quid patria
versas?

Interitum fortis violentum expendo secandi. Verna
Sancta tibi nostram fuerunt conamina mentem
Ornabit laetos tristis sententia ludos.
Saepe tibi Regis versetur mente voluntas. Servus 3tius.
Hic ludus alius maestissima distrahat ora
Tracto latrones animis ubi vulnera volvo Mancipium.
Insontesq notas passi ac insignia Christi.
Tristia fuerunt Regi facto ora furores
Est vilior verna nullus jucundius illi
Namq fronte jocos laudari censet amara Servus 4tus
Insanos studium pro te terminisq labores
Nostros et toros conamina despicis ore. Servus 5tus
Principis et vestro Divi quo vivo furore
Parcite vos ore moerenti parcite fronti
Hic moeror vultu laeto mihi laetor omni. Verna.
Volvito laeta animo moerere e quanta voluptas. Servus 3tius

Induitio 3tiae.

Imperii sancta feras mea per illiq omne
Regnum festivas laces peragetq triumphos.
Sunt tibi de verna Princeps solatia nulla
Tristati tibi qd donet tua gratia vitam. Ephebus.
Tristis quid misera nubes exasperat fronte
Vel maestis Princeps adamat et Regia soles Rex
Astra minora occupsantur fortissime Princeps. Verna
Ad soles solatii tibi nam consona stella.
Aspiciunt terras porrecta fronte volente Rex
Ipsa sole jubet Princeps tristes exue mente.
Si fortuna fugat felia sorte beasset Verna
Me si Verna fores meus augustissime victor
Fronte triumphare simili me ad vincla dedisti
Non venni.
Principis in te animo fortuna volve favores Rex
Non me fata premunt infortia vulnera tantum Verna
Atq iidem quaero tua lumina deflent Rex
Insons e quis ille precor ne numinis angit Verna
Supremi iidem angitq intonat ligni.
Hic ne dolor cordis mentem et pectora vexat! Rex.
Velit princeps luctus moerentes exue vultus.
Non animos hostes vicisti ex mente triumphum Verna
Non parcas maesto spissa pectore numen
Rex mandat numen prohibet non exuo luctus.
Experiar numen potas quod pectore. Lictor
Adsit: Lictor magne Tuis velox Rex nutibus adsum.
Mancipii lictor ferro cor viscera gaudere. Rex.
Vincito confisi retinent mea viscera numen
Vivum ferre nequit mea mortua pectora vermat Verna
